



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

H.

II



12.

12.

<36604939250017

AS

<36604939250017

Bayer. Staatsbibliothek

E,BR,xx

2°

Jef. I.
(vol. III.)

Gricola

HISTORIA
PROVINCIAE SOCIETATIS JESU
GERMANIAE
SUPERIORIS,
PARS TERTIA

Ab Anno 1601. ad 1610.

AUTHORE

ADAMO FLOTTO
SOCIETATIS JESU SACERDOTE.


Superiorum Permissu.



AUGUSTÆ VINDELICORUM

Sumptibus HÆREDUM MARTINI HAPPACH ET CONSORTIS

Monachij Typis Mariæ Magdalena Riedlin, MDCCXXXIV.





FACULTAS R. P. PROVINCIALIS.

Go JOSEPHUS MAYR Societatis JEsu per
Superiorem Germaniam Præpositus Pro-
vincialis, facta mihi potestate ab admodum
Reverendo Patre nostro Francisco Retz,
Societatis universæ Præposito Generali, librum, cui
Titulus : *Historia Provinciæ Superioris Germaniæ
Societatis JEsu*, Pars tertia à P. Adamo Flotto ejusdem
Societatis Sacerdote conscriptum, per Hæredes D.
Martini Happach p. m. & eorum Consortem, Bibliopo-
lis Augustanos typis edi permitto, iisdemque D. D.
Bibliopolis jus concedo, usurpandi Privilegij Cæsarei,
quo Typographis, & Bibliopolis omnibus prohibe-
tur, ne vulgatos à Societatis nostræ Patribus libros
absque Superiorum, Auctorumque consensu in ca-
dem, aut diversa lingua recudant, vel intra S. R. J.
fines, & hæreditarias S. C. M. Provincias importent.
Facultatem hanc (de prima duntaxat impressione in-
tellectam) manu mea, & consueto officij sigillo fir-
mavi. Monachij 2. Februarij 1734.

JOSEPHUS MAYR.

L. S.

AD LECTOREM.

Tiam si non sit, amice Lector, quod ego te velim: est tamen fortassis, quod tu me velis. Novi enim, avere dudum non paucos caufam scire, ob quam priores duas Historiae partes hæc tertia tam serò sequatur, Hanc etsi satis publicam nōsse omnes poterant: pauci tamen, aut nulli ad eam animūm advertebāt. Abhinc triennio, & quod excurrit, Francofordiæ in vernis nundinis mors è vivis sustulit D. Martinum Happach p. m. Bibliopolam Augustanum, cuius, & Socii sumptibus continuanda erat cœpti Operis impressio: cui & manum admoturus erat post redditum. Quem postquam mors interclusit; nec qui in negotium succederet, adeslet maturæ ætatis filius; res tracta in longum est. Dum enim tot inter haeredes convenirebāt; dum isti à Socio liberi negotium soli suscepserunt; annus interebāt & amplius abiuit. Etiā famosum illud Francofordiense incendium inter alios, Happachianos quoque gravissimè afflixit, ut damno quamprimum resarciendo sex omnino diversis in locis grandi sumptu conducedenda fuerit Typographorum opera. Ipsa demum impressio ultra annum tenuit, quod nemo peritus mirabitur. Habes hic veram, & solam morte quam longæ, tam inculpatæ caufam. Sunt nimirum hæc talia ex rerum genere, quæ unius hominis seu industria, seu voluntate non absolvuntur. Quæ autem à multis pendent, ea multis quoque impedimentis obnoxia esse necessariæ est.



HISTORIÆ PROVINCIÆ GERMANIÆ SUPERIORIS, SOCIETATIS JESU

PARS TERTIA.

Decadis Septimæ Annus Primus

Christi M. DC. I.

SYNOPSIS.

Ratisbonense Colloquium, ejus occasa. n. 2. Collocutores, Notarij &c. n. 8. & seqq. Disputationis initia, leges, Theses. n. 11. & seqq. informis adversariorum disputandi forma. n. 17. duo syllogismi Hunnij & Hailbrunneri, ac mira responsa. n. 23. & seqq. reprimitur à Serenissimo Maximiliano impudentia Hunnij n. 29. vera de Colloquij fine narratio. n. 31. fraus adversariorum in corrumpendo Protocolo. n. 33. fabula ab iisdem sparsa. n. 36. vera de Post-Colloquio inter Conradum Votterum, & fratres Hailrunneros narratio. n. 39. pudet eos legere verba Lutheri. n. 47. nodi ab adversariis non soluti. n. 50. Hailrunnerus à se ipso male defenditur: nova fabula. n. 51. aucta Ratisbonæ res Catolica. n. 55. item in omnibus Provincie domiciliis. ad veram fidem revertentium varia vocatio. à n. 58. Catolicorum inter heterodoxos constantia. à n. 62. Philippus Hailrunner-

guscum nostro disputationem subterfugit. n. 68. Collecti è Brixieni Diœcœsi magni fructus. n. 71. nec minores ex Augustana. n. 73. & Constantiensi, præsertim Ravenspurgi, Autore Georgio Abbe ad Vinea. n. 74. apud Brunovienses item, ac Burgbusianos. n. 77. Joannes Abbas Alderspacensis ad suum Monasterium nos evocat. n. 81. Staviacum Laufanensis Episcopus. n. 84. Biburgensem & Eberspergensem utilissimi labores. à n. 85. Sacramensorum Pœnitentia ac Eucharistia, item sacrificij Misericordia virtus. n. 89. ad confessionem vi altiore compulsi. n. 92. Catecheseos fructus. n. 94. Monacensium in pauperes memorabilis pietas. n. 96. Pontariacensem in Burgundia exempla virtutum. n. 97. Constantiensium ardor. n. 100. cibrosus Justitia ac misericordia Divina exemplum. n. 102. Extincta odia. n. 104. SS. Ignatij & Francisci Xaverij cultus salutaris. à n. 105. Magnorum Principum exempla pietatis. à n. 107. Funera è Fuggerorum Domo: Christophori Fuggeri ingens in Augustanum Collegium munificentia litteris firmata. à n. 114. Joannis Georgij ab Halvveil Episcopi Constantiensis & aliorum magni nominis Patronorum erga Societatem affectus. n. 117. Mecœnates memorandi. n. 123. libri Monasteriorum Rattenbergensis & Schuwarzzenfis ad usum dati OEnipontano Collegio, restituuntur. n. 125. Sodalium præclara exempla. à n. 131. Exercitiis S. P. N. Ignatij vacant magno numero Religiosi. n. 142. Mors duorum è nostris. Edificium novum

Biburgi. n. 143.



Ea-

Aucta Per
sonarum
numero
Provincie.

 Adem Provincie facies, quæ sub proximi decennij principium erat, sub exitum fuit, si Domos: non item si socios numeres; quos augeri novi indies domi, foris que labores polcebant. Ad ducentos igitur septuaginta & unum, quos sub annum elapsi seculi nonagesimum primum alebat Provincia, septem & sexaginta accessere; ut jam universum triginta octo, supra trecentos censerentur, qui coeptos pro DEI gloria publicaque salute labores, coelo auspice, egregius successibus sunt prosecuti. Atque hos modo enarraturum, à Ratisbonensi Colloquio, postremis anni Mensibus nostris inter & Lutheranos Doctores instituto ducere exordium iuvat; quod ita rei in publica luce gestæ, ac per orbem vulgatae celebritas postulare videatur. Eius hæc fuit occasio.

Inviserat Maximianus Bavariae Dux anno proxime elapsi seculi nonagesimo nono ad Philippum Ludovicum Ducem Neoburgicum, Cognatum, at sectæ Lutherane Principem. In familiari colloquio ad Fidei controversia delapsis multam praæbebant differendi materiem editi nuper à nostro Conrado Vöttero Lutherum libelli: quorum unus cum in Titulo *Lutherum Veridicum*, alias *Castum*, *Devotum* alias praæferat: versâ paginâ, allegatis optima fide ipsiusmet Lutheri verbis, insignità *Mendacem*, *Impurum*, *Blasphemum* & demonstrant, ut nulla ullius Hæresiarchæ fœdior Imago prodiérit, quam qualens hic Vötterus coloribus, ab ipsomet Lutherio mutuatis, expinxit. Magistri infamiam ad se pertinere arbitrabantur Praæcones Discipuli. E quibus Philippus Hallbrunnerus Palatinus Lavinganus Scholæ Theologus, ut judicatum ex suómet ore Lutherum defenderet, sparsò in vulgus libello, sublestæ in exscribendis testimonii fidei réum Vötterum egit. At Maximilianus, de Auctoris fide ac diligentia certus, mox à suo Monachium reddit curaturum ipopondit, ut inspectis, collatisque inter se Vötteri, ac Lutheri libris, brevi patesceret, quis jure vel iniuria fuerit accusatus. Philippus Ludovicus insuper operæ pretium fore judicabat; si ambo Principes, selectos ab utraque parte Theologos, de controversis fidei questionibus, in private conventu sine strepitu disputantes audiarent.

Interea Vötterus, si quid Prædicantibus deberet, solutionem differre haud solitus, Apologiam ediderat, quæ, detectis Hallbrunneri convitiis, fraudibusque, abunde confirmabat, quam male studium atque operam colloquent, qui Lutherum layare, ac vendere pro Salamandra laborent. Hunc librum Maximianus Neoburgum ad Principem misit, addito altero Joannis Pistorij Nidani, quem is Antoniam Lutheri inscripsérat; ubi non tantum pleraque legere est, quæ ex Lutheri scriptis à Vöttero allata sunt; sed plura longè, fœdioraque; descripta insuper fide tam certa & integra, ut publicam poenam, infamiamque subire paratum se Pistorius afferat, si vel unius voculæ testimonio malam sđem probare adversarij possint. Litteras Maximilianus ad Cognatos adjunxit, humanitate & sancto ardore plenas; quibus probax Disputationis Consilio, de loco, tempore, modōque agendi occasionem fore scribit; ubi primùm à Mariæ Annæ Sororis, Ferdinardo Austriaco tunc Styriæ Duci, mox Imperatori, despōnsæ nuptijs in Bojariam esset reversus. Mense Martio anni suprà millesimæ

num sexcentesimi hæc inter Principes agebantur; inter quos equidem post Maximiliani ad suos redditum brevi convenit. At inter Partium Theologos de modo, materia, legibus Colloquij plūs anno certum est.

^{3.} Et adversæ quidem Partis Doctores nullum non movebant lapidem, ut omnino à sententia Principem Palatinum deducerent; adeò, ut diu ipsorum Epistolæ, ultra citroquemissæ, spem nullam facerent futuri Congressus. Parendum denique fuit Principi, qui negabat, discussarum se à consilio, quod prior ipse dedisset; nec sacta Bojorum Duci, promissa revocaturum. Ad ipsos dein utriusque Partis Theologos ubi ventum, longum fuit de Disputationis argimento, ac forma certamen; Lutheranis Magistris periculum, quod aperta vi non poterant, per cuniculos amoliri tentantibus. Vaferrimo inde consilia sibi dari obstinate poscebant, quæ à nullo Doctore Catholico admitti posse nemo non intelligeret. Prima omnium, quam inviolabilem volebant, lex erat (ut in omnibus, quæ in medium afferrentur, de fide Controversiis, *salutem verbum Dei scriptum*, norma esset, ac Iudex; quo quidem postulato nullum afferri vel audacius poterat, vel iniquius; ut Catholici nimirum, reje^ctio *verbo Dei non Scripto*, confessâ ante pugnam victoria, id pro regula credendorum acciperent, in quo, communi hereticorum ferè omnium principio evertendo perpetuo consensu & vetus, & hodierna laboravit Ecclesia. Negâfunt proinde nostri: in huius maximè asserti rationem se in Conventu ab adversariis petituros reposuere. Contrà illi in cœpto evertendi negotij consilio firmi, haud passuros se affirmabant, ea de re moveri questionem. Nec nisi agre consensere; ac publicæ tantum ignorantiae metu, cotum nomini adhæsuræ; si assertionis apud ipsos primariae veritatem folido in publicum argumento sustinendi animus defuisset.

^{3. Aug. lib. contra Ma-} Juvat hic observare, quam planè eadem jam olim Arianorum, quæ hodie sectariorum, adversùs ea, quæ in sacro Codice non expressa leguntur, excepto fuerit. Ita disputaturo contra se Augustino Marcellinus ajebat: *Si de Divinis Scripturis protuleris, quod commune est cum omnibus, necesse est, ut audiamus. Ha vero voces, quæ extra scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur; cum ipse Dominus promeat nos, Ego dico: sine causa colunt me, docentes mandata & præcepta bonum.* Quis eundem Arianorum olim, & nostri temporis sectariorum esse spiritum dubitet, quorum tanta est in sententiis, atque ipsis adeò verbis consensio?

^{4.} Formam multò ac pertinacius cum adversariorum calliditate cœlesticam tamen fuit, dum de modo ac forma disputantibus præscribenda, statueretur. Dialecticam volebant nostri, quâ is, qui alterius asserta impugnaret, clausum legitimo syllogismo argumentam distin^ctè proposiceret; cui dein alter, qui respondentis parte ageret, vel concedendo, vel negando, vel ambigua distinguendo responderet. Nihil omnium iudicio æqui, aut in rem præsentem magis necessarium erat. Veritas quærebatur: ergo & via, procul errandi periculum, certa, & sine ambagibus expedita: atqui ab ipsis Disputatricis scientiæ incunabulis, nemo unquam eruditorum ulla in gente fuit, qui explorandæ veritati Lydium lapidem alium, quam syllogismum adhibendū censeret. Hunc unum ad veritatem fidum, certumque Ducem omnium, quæ post eum inventum extitere, ingeniorum consensus in omnium Nationum

Acade-

Academias induxit; & rerum omnium irrefragabilis Magister usus, perpetuo tot ætatum suffragio confirmavit. Sanè ab adversariis nihil postulari absurdius poterat; quām, cūm Instrumentorum arti propriorum usum in quovis artifice laudes; disputaturis tamen ipsa disputandi arte interdilectum velle. volebant nihilominus Lutherani; studioque tam obfirmato excludere cum syllogismo Dialecticam connitebantur; ut hujus odium eximi nullis argumentis posset. Liberam, omnib[us]que solutam legibus, disceptationem postulabant, concionis plurimum, disputationis nihil habituram. Inscitiae propterea insimulabantur, non à nostris tantum, quod, ut gladiatores olim; ignota nollent pugnare arenā; nec armis uti; quorum peregrina ipsis tractatio esset.

Recusante
Lutherani

At propior vero sagaciorum est visa suspicio; qui eām obstinationem, hominum minime ceterā rudium, calliditati haud ex vano tribuebant. Non imprudentem in ea tergiversatione locaverant spem, posse se utcumque honesto titulo exosum tantopere certamen effugere; quippe quod Iohannes alius, quām Dialecticæ legibus, haud essent subituri. Quodsi indeclinabilis esset congregandi necessitas; laxatis tamen legitiræ disputationis repagulis, & velut ex arena in campum emissis, proimptam semper fore, angusta declinandi, quō vellent, digredendi, & noto artificio adversarium à proposito abstrahendi facultatem. Nōrānt perbenē, rem Prædicanticam plebis favore magis quām doctrinam suffragiis stare: at verò fallaciam dogmatum, quam nudam, oculis sapientum Dialectica obiicoret, et ēgi verbosa oratione, imò vestiri ad gultum plebis & plausum posse; quam verborum copiam potius; quām lēnsūm attendere solitam, facilius plerumque decipiat eloquens; quām doctus, at indīlertus, eruditat. Nec movebat, homines, quam & ipsi, & doctrina incurreret, publici dedecoris nota, quando tam operose amolirentur receptam omnium iudicio veritatis asserendæ rationem. Alexandro opus fuit, qui certo iectu, nec declinabili, hunc nodum secaret. Maximilianus tandem, in nullā scientia hospes, prōbè gnarus, omnem Disputationis vim à forma venire, diserte negavit, intersuturum se conventui, in quo adversarij non legitimam Disputationem, sed vagam & exlegem institui confabulationem vellent. Com pulit ea denuntiatio, ut in Principis reverentiam, finita in speciem contentionē, convenirent in leges, quas dein ut in pugna servarent. non promissi fides, non æqui ac honesti ratio, non renovatis legibus ulla Principum efficere auctoritas valuit.

6.
Et promit:
tunt in spe-
ciem.

7.
Patrium I-
dioma pre-
optant: sed
latinum ser-
tuiur.

De Idiomate deinde, quo disputationes uterentur, disceptatum est. Latinum decrevēre nostri; quod ita, in quam conventum esset, Dialectica certaminis forma exigeret. At hæc ipsa ratio adversarios impulit, ut patrij Idiomatis usum consulerent; hac demum via consequi se posse arbitrati; ut, postquām in vernaculam improviso assensu Jesuitæ condixissent, eam deinde ad Syllogismos experti inutilem, abstine-re cogerentur formā tantopere ipsis invisa; quos utiq; à Patrio sermone ad latini Idiomatis usum vis nulla revocasset. Præterea, cūm multa doctis suspecta, plebi tamē ineruditæ adhuc vendi posse pernōssent; ægrè vernaculo, quo solo id facerent, sermone carebant. Facilè, quid ageretur, prudentes advertit, rejecltoque populari sermone, ut latīnē colloquerentur, constitutum est.

8.
Locus &
numerus
auditorum
decernitur.

Ultima de loco ac numero auditorum orta est quæstio. Turbam admitti neuter Princeps volebat, non nisi ad obstrependum idoneam. Ad quid enim, viris doctis, de rebus, summis ac planè divinis tententias, latino sermone inter se conferentibus, nec rerum, neque vocum intelligens multitudo? Igitur, ut præter aliquum utriusque Principis comitatum, non nisi doctis, eorumque certo duntaxat numero, accessus concederetur, decretum: quod quidem quam statutum sapienter, tam negligenter postea est observatum. An eorum, quibus demandatum fuerat, incuria, an populi irruentis multitudo in culpa fuerit? non constat. Poterat quidem designatione loci vitari incommodeum; si, quam Ser^m Maximilianus optarat, delecta fuisset aula Episcopalis, commoda Principibus, & facile claudenda importunis. Sed dedit amicitiae cognac Principis Maximiliani humanitas, ut, quam ille præferebat, Curiam Ratisbonensem admitteret; à qua deinde, civium præsertim, importuna turba excludi tam facili labore non poterat.

9.
Collocuto-
res, Notarii,
Theologi
Catholico-
rum.

Collocutores (sic Disputantes appellare placuit) Principes nominavere; & Maximilianus quidem tardius; quod perpetua Doctorum adversæ Partis tergiversatio pertenuem spem fecerat futuræ Disputationis. Ne multitudo obturbaret, duos tantum utrinque visum est designare; quibus pauci adjungerentur Theologi, testium, aut, si res ferret, Consultoruim loco futuri. Bini præterea assidere jussi cuiusque Partis Notarii, quibus Tertius è Theologis Inspector attenderet. A Serenissimo igitur Bojaræ Duce Collocutores delecti, Albertus Hungerus, & Jacobus Gretserus, Theologæ Doctores ambo: & ille quidem Ingolstadiensis Academæ Pro-Cancellarius: hic è Societate JESU publicus in eadem Theologæ professor: quibus cum Gretseri è catharro laborantis, rauca ceteroquin, & gracilis vox pro auditorij amplitudine ægrè sufficeret, tertius postea Adamus Tannerus accessit, è nostra pariter Societate in Monacensi Schola Theologus.

Testium ac Consultorum locum tenuere Georgius Lautherius, Insignis Ecclesiæ Collegiatæ ad D. Virginis Monachij Præpositus; Antonius Wellerus Canonicus Frisingensis, & Wolfgangus Hannemanus, ad D. Petri Monachij Decanus, ac Frisingensis pariter Canonicus; ambo Theologæ Doctores. Disputantium argumenta & responsa calamo excipere jussi, Notarij duo Cæsarei Doctores Legum, Leoninus Treitvveinius, Collegij Canonicorum Cathedralium Ratisbonæ Syndicus, & Joannes Ernestus, in Landishutana Principis Curia caesarum Patronus. Ambobus Inspector datus, quem priuim nominavi, Wolfgangus Hannemanus. Atque hæc est Doctorum Catholiconum minimè numerosa manus, haud longè petita; sed penè domestica Principi Boico; qui, ut generalem quendam Doctorum Conventum celebrare in animo nunquam habuit: ita de communicatingo cum ullo Principum Catholicorum consilio, vel advocandis exterarum Provinciarum Theologis, nullam unquam cogitationem suscepit,

10.
Lutherano-
rum Collo-
cutores No-
tarii, Theo-
logi.

Aliter Principi Palatino visum: Nam præcipuos sive Ditionis Theologos Nœburgum evocasse, minime contentus, quid sibi, ac Maximiliano Bavaræ constitutum esset; Sectæ Principibus, Saxonis maximè, Brandenburgicis, ac Wirtenbergicis aperuit: qui, cum declinari pugna non posset, delecta è suis auxilia submisere. Advenire igitur, è Saxonia

xonia quidem Electorali: Ægidius Hunnius, & David Rungius, Theologæ in Wittembergensi Academia Professores. Vinariâ M. Joannes Fladungus; à Marchione Brandenburgico Ohnspacensi M. Abdias Wicknerus & M. Laurentius Lælius: è Wirtenbergia Andreas Osiander, Superintendentens Generalis, cum M. Felice Bidenbachio Concionatore aulico. Adsuere præter hos Palatini: Jacobus, & Philippus Hailbrunneri; Tobias Bruno, Christophorus Moroldus, Henricus Tettelbachius, Doctores: M. Magnus Agricola, Abrahamus Manne, David Schrambus. Hi omnes, haud exiguo Principis sumptu, Neoburgi ad Istrum mature congregati, sedulo conventus agere, suas primùm inter se opiniones conformare, de Disputationis materia modo, eventu serio deliberare, privatis disceptationibus se mutuo ad pugnam exercere, nihil denique prætermittere, quod facere ad fulciendam causam posset. Omnibus hunc in modum comparatis, Collocutores à Principe designati sunt: Jacobus Hailbrunnerus, & Ægidius Hunnius; reliqui omnes sive testium, sive Consultorum nomine adesse jussi. Notariorum partes commissæ Georgio Gauglero Secretario Palatino, ac Joanni Bernardo Gass, Augustano. Inspector iis impositus Christophorus Moroldus, Heydeggensis Dynastiae Superintendentens.

His ita constitutis, ambo Principes cum suo comitatu, vigesima sexta Novembri Ratisbonam sunt ingressi: dictisque Disputationi dies ejusdem Mensis vigesimus octavus. Eo sub matutinum tempus insummam **Adem Bavari** Principes Maximilianus, & Albertus, cum Catholicis convenere; ubi, celebrato soleanni ritu de S. Spiritu Sacrificio; Supremum Numen in vota vocatum est. Inde, primâ post meridiem horâ, cum ambo Principes, & una Wolfgangus Guilielmus natu maius filius Philippi Ludovici filius, cum suarum quisque partium Collocutoribus, Theologis, Notariis, & sat copioso auditore in numero comparuerint; datum est in destinata Curia Ratisbonensis Aula initium. Leges primo recitatae, quibus observatis clara, moderata, ac profutura esset Disputatio. Inter alia jubebantur discute Collocutores: *Argumenta syllogismo, vel alia in Logicis probata argu- mentandi formâ includere. Agere modeste & placide, loqui clare & perspicue, ut intelligi; tarde, ut dicta percipi possint. Ad qua- sita respondere disserere, affirmando, vel negando, vel distin- guendo. Fugere Sobificam, à scopo proposita quævis declinato- rem; neque recto pede ad cuiuslibet argumenti veram confirmatio- nem, vel confutationem procedentem. Vitare convicia, clamores, strepitus, intemperivas interpellationes; quibus necessaria rerum explicatio interrupitur, etiam denique & inutiles declamationes.* Saluberrima sane omissio, &c, ut fructus, qui sperabatur, existeret, ne- cessaria: Sed quæ servatu impossibilia sibi, æquè ac Decalogum, Pre- dicantes ostendere. Hungerus quidem, paucis præfatus, actis Principibus pro laudabili veritatis studio gratis, communī nomine statutos recepit æquissimis legibus. Jacobus vero Hailbrunnerus, de sua re- ligionis veritate prolixè; de legibus servandis dubie, ac restrictè præ- locutus, conceptis verbis Divini Spiritus opem imploravit. Quod li- cet publico, ac solemnî ritu, in Ade Principe paulò ante Catholicî exsecuti fuissent; ad præcludenda tamen ora male loquentium, Grec- ferus

serus, id primos nos & palam præstissime præfatus, ut positis in terra genibus Catholici secum iterarent, admonuit; ac respondentibus usitatem in Ecclesia Divini Spiritus invocandi Formulam elata voce prævit.

Tum, ut perspicuum fieret, quid cuilibet Partium vel tuendum vel oppugnandum incumberet, lectæ palam fuere Theses, quarum, ut ^{12.} Ejusdem argumentum de Judice controversiarum Fidei. Consueta Sectariis ad alia divertendi præcluderetur occasio, unam unicum nostri posuerant; provido consilio, sed apud statariæ pugnæ im-patientes, frustaneo. Et prior quidem Jacobus Gretserus illam his ipsis, quæ in tabulas relata extant, verbis prælegit: *Sacra Scriptura non est Index omnium Controversiarum Fidei, sed Religionis Christiana.*

Est quidem Norma infallibilis; verum nec sola, nec unica: sed præter hanc necessario admitti debent Traditiones, sed Ecclesia definitiones, Doctorumque orthodoxorum Consensus. Atque hæc, „subjungebat, contradicit omnibus Thesibus vestris; quarum quam-„vis sint numero duodecum; re autem tantum una est: Non igitur ne-„cessarium, omnes legere; sed tantum primam. Verum ad unam omnes ex ordine Hailbrunnerus recitavit. Non erit abs re, unam saltem alteram exscribere, unde clarescat, quoniam eum, qui falsum venu-der pro vero cupit, memorem esse dictorum oporteat; ne prius asser-ta, inox alia, quæ sequuntur, evertant. Primam hisce verbis conce-pere: *Verbum Dei Prophetarum, Evangelistarum, et Apostolorum*

^{13.} Plures, sed male coherentes Lutherano-rum. *SCRIPTIS comprehensam, doctrinam, CULTUS, ac fidei Christiana UNICAM, certam, atque infallibilem normam, regulam, ac MENSU-RAM, cui propter ipsum Deum aut borem fides per se babenda sit, indubitanter agnoscimus.* Quarta hunc in modum proponitur:

In verbo illo Divino omnia, quæ nobis ad verum DEI, AC VOLUN-TATIS DIVINÆ AGNITIONEM, ADEOQUE AD SALU-TIS ÆTERNAE CONSECUCTIONEM, NEC NON AD CUL-TUS DEO PLACENTES, necessaria sunt, sufficienter contineri minime dubitamus. At vero tertiam audiamus. *Quod cum verbo Dei scripto CONCORDAT, RECEPIENDUM, ET APPROBANDUM:* quo ddiscordat, simpliciter sed sine omni exceptione repudiandum, et damnandum esse censemus. De postrema hac assertionis parte non erat laborandum. Repudiandum esse, quod scripto DEI Verbo repugnat: approbandum recipiendumque, quod cum eo certo concordat, vetus & perpetua, ante omnes sectas, Catholicorum confessio fuit. Nam præter verbum DEI scriptum credenda & admittenda quædam, Catholicæ Ecclesiæ semper quidem professa est: *Contra Scripturam credi ali-quid, suâ auctoritate, vel fieri nunquam admisit.* At cum tertia illa Thesis, vera utique, sed nostra, tuæ illæ priores quædem ratione co-hæreant, quisquis Lutheranus es, vide. Vide, inquam, an non rectè quis ita conluserit: „Si ea, quæ concordant cum Scriptu-

^{14.} Clarum hu-jus rei spe-cimen. „ra, non sunt ipsa Scriptura; tum is, qui in materia fidei ac religionis „sive cultus, (de quo solo hic quæritur) etiam id, quod cum Scriptu- „ra concordat, recipiendum & approbandum asserit, necessariò „aliquid præter, sed extra Scripturam recipit; nec sola Scriptura est fidei „& cultus tota regula & mensura: at ea, quæ concordant cum Scriptu- ra

„ra, non sunt ipsa Scriptura: ergo qui in materia fidei, ac religionis, „etiam ea, quae cum Scriptura concordant, recipit; is aliquid præter, & extra solam Scripturam recipit; adeoque non *Sola* Scriptura est fi- „dei & cultus tota regula, & mensura. Tanti erat, Lutheranarum Ec- clesiarum, è remotis Provinciis convocari oracula; ut, collatis curis con- siliisque, duodecim Theses proculderent, quartum una subverteret; quod ceteræ adstruxissent.

Respondentium in prima sessione partes nostri suscepserant; & né-
mo non avebat audire, quo primum argumento vel in nostra insurge-
rent adversarij, vel sua tuerentur. At statim patuit, nullis legibus
caveri satis posse perpetuo SeQariorum artificio; qui, si laxum, cui tol-
lendo non sint; objeceris; eorelicto, alio divertere, ac post se trahere
in sequentem laborant. Et frustra tu ad semitam ex composito aber-
rant revocaveris: quæ tamen, quam molesta dudum omnibus,
tam ipsis, absque confessò dedecore exire pugnâ volentibus, necel-
faria contumacia est. Unicam, ne evagandi libertas esset, Thesin sta-
tuerant Doctores Catholici; quæ sanè ambigua, vel manca nemini,
ac ne ipsis quidem adversariis ante confitum visa est. At vero, cùm
argumentum exspectaretur, quo vindicata *soli scriptura*, controversias
de fide causas dijudicandi auctoritate; assertionis id negantis falsita-
tem demonstrarent: illi mancam esse Catholicorum Thesin, & obscu-
ram questi, plenioris explicationis nomine, primò quidem controversia-
rum sibi Judicem diserte nominari; deinde Traditiones omnesq[ue] sin-
gulas, quas præter expressum in S. Codice DEI Verbum tenendas af-
firmaremus, descriptas tradi postularunt. Patebat astutia, & vel me-
diocriter doctis clarus erat hominum, intacto generali quæstionis pro-
positæ scopo, Disputationem ad singularia quædam distractiendi con-
atus. Admonebantur ergo officij, ut invicto quopiam arguento ad
concedendam soli Scripturæ vera dogmata à falsis discernendi potesta-
tem, adversarium cogerent; & eodem iectu, cum Traditionibus om-
nibus, quemcunque Judicem alium prostratum irent. At surdis cane-
batur. Vicit auditorum patientiam nullis legibus cessura obstinatio.
Ut Judicem nominarent nostri, collocuti inter se Principes petiere. Gra-
tias Hailrunnerus egit; velut æquum censuissent, quod dederant im-
portunitati.

At Greserus, id in reverentiam Serenissimorum, contra Dispu-
tationis leges, à se fieri præfatus, clara voce, quæ sequuntur, enuntiavit:
Judex generalis, legitimus, ordinarius, omnium controversiarum,
quæcumque possunt oriri in negotio Religionis, est Pontifex Roma-
nus; sive solus definiat aliquid, sive definiat cum Concilio Gene-
rali. Iste Judex semper est infallibilis, quando ex Cathedra de-
finit ut Pontifex, nulli errori obnoxius: Et speramus, hoc die, Et
hac ipsa hora, hoc munere judicario fungi Sanctissimum Dominum
nostrum Clementem VIII. Pontif. Opt. Max. Atque ista elocutus
subjicit: Hactenus non tam fuit Disputatio, quam contentio: di-
sputesur scholasticè. Nihil his motus Hailrunnerus, Traditiones in-
super speciatim omnes proferri petuit, Serenissimo Maximiliano palam
jubente absistere hominem, cederéque tandem in uno, postquam in
altero ipsorum votis concessisset Catholicorum humanitas. Acquie-
cens Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VII. C turos

Obstinata
Lutherano-
rum tergi-
veratio.

16.
Gratifican-
tur Catho-
licis revo-
rentiam
Principum.

Nominat
Judicem
Greserus.

17.
Prædicantium infor-
mis dispu-
tandi for-
ma.

turos se in Principis voluntate respondit quidem Hunnius: at terminata non fuit prima sessio; cum, nonnullis pro Jūdiciaria Verbi DEI potestate è Pentateucho allatis testimonis, tota ad veteris Testamenti Traditiones ab adversariis traducta, nec finita contentio est. In una hac sessione specimen ceterarum ferè omnium habes. Prædicantes sui moris retinentes, nihil agere ex legibus, declamando, explicando, atque ea, quæ in Neoburgensi conventu in chartas congesserant, legendō, dictando, tempus extrahere, implere folia, Notariorum manus, omnium aures fatigare, ut serendo longius tædio impar Leuchtenbergz Landgravius, postquam semel interfuerat, Ratisbonâ discesserit.

18.
Ægrotanti
Greifero
Tannerus
additus.

19.
a Luther-
nus Rungius.

20.
Lepida de
voce forma
male intel-
lecta histo-
ria.

Eadem die Gretserum, in revocandis ad orbitam adversariis, voce frustrâ consumpta, raucedo ad disputandum inutilem fecerat; insitque Serenissimus Maximilianus Joachimum Dornspergium Aulæ Cancellarium, ut Adamo Tannero nostro Collocutoris partes deferret; quibus ille suscepit, cum in proxima sessione adversariorum tela retindere occiperet; insurgens Hunnius: *At tu, ingerebat, non es nominatus Collocutor.* Postquam verò Maximiliani voluntate Gretsero, defecili vocis laboranti, additum intellexerunt; confessim & ipsi Hailbrunnero ac Hunnio tertium pugilem Davidein Rungium adjunxere. At vero, qui, ut eundem, cum Catholicis Disputantium haberent numerum, tam scrupulosè cavebant; ij, ut eandem cum iisdem ex legum præscripto disputandi methodum tenerent, non fidei haud servatæ pudore, non indignatione audientium, non exprobrantium Antagonistarum vocibus, potuere compelli. Credenda, agendaque omnia, vel sacris libris inserta legi, vel legitimè hinc posse deduci, clamabant identidem: simul legitimam, id est Dialecticam deducendarum consecutionum formam, quam solam & orbis litteratus agnoscit, & leges præscribent, incredibili obstinatione aversabantur. Quæ res cum necessitatē nostris imponeret, solennibus disputantium verbis, identidem exorbitantibus inclamandi: *ad formam: in forma;* occasio data est lerido, & hodie celebrato errori: nimirum è Bojariæ Ducis famulitio quispiam, latinæ linguae ignarus, quotidie disputantes audiérat. Cumque *ad formam, in forma,* toties ingeminaretur; ob quandam vocis similitudinem *ein Fubrman, ein Fubrman* (quæ vox germanis *aurigam* significat) clamari autumans, à latinitatis perito doceri petuit; quis demum *auriga* ille vel sit, vel fuerit, qui tantū quotidie Doctoribus facessat negotium? Edoctus est autem, esse eum tortorem Prædicantium, non de nihilo exclamantium, cum adhibetur ad exprimendam, quam sponte sua nunquam edent, confessionem veritatis.

Tannerus tandem, ut manifestum fieret, spem nullam erwendæ unquam veritatis fore, si Prædicantibus, quæ præparassent, è charta sine fine dictantibus, in scholasticam prælectionem abiret disputatio; imitatus est adversarios: ac postquam uterque magno audientium tædio dimidiam temporis præstituti partem dictando præripuerat; alterum dimidium solus etiam ipse dictando implevit. Et apud Principes quidem haud caruit effectu consilium. Statim de adhibendo remedio deliberatum, ac in proximo confessu. quæ sequuntur, recitata sunt.

Cum

Cām Serenissimis & Illustrissimis Principibus consultum videretur,
ut, redimendi temporis gratiā, deinceps a dictando abstineretur,
sequentes leges sunt consignatae.

Prohiben-
tur dictare.
Forma Dia-
lectica ite-
ratō pre-
scribitur.

I.

*Ne in posterum ad calatum dictetur: tardē tamen & distincte,
ut percipi possint, loquantur.*

II.

*Singula argumenta in forma Dialectica singulatim, & seorsim
discutiantur, & uno discurso ad alterum, modo jam
predicto, procedatur.*

III.

Lex quinta, priore Instructione proposita, accurate obseruetur.

IV.

*Qui proponit argumentum, non confirmet illud; donec responso
data sit.*

V.

Transgressores legum pro arbitrio Principum in ordinem redigantur.

Sed frustrātu lēges hominib⁹ scripsi s̄i, quās si observent, suam
īpsi causam iugulent, necessē sit. Post sextam Sessionem conditæ
à Principibus hæ leges, ac traditæ partium Ducibus fuerant: cūm in
septima confidissent; tam prolixè iterum, quæ domo attulerat, è
charta dictare Hunnius cœpit; ut non recenti interdicto vetitum, sed
novo præcepto jussum existimares. De alio quidem processu conven-
tum esse Tannerus admonuit, qui prohiberet, vel argumenta partium,
vel responsa dictari ad calatum: at veluti contrarium monuisset
noster: ita fatigato Hunnio, Hailbrunnerus prolixus æquè dictator
successit; ut coactus Tannerus fuerit, (ne soli & semper, quæ libuiss-
set, Prædicantes declamarent) & ipse Notariis scribenda dictare.
Tandem in octava Sessione, obtestante Tannero, Syllogisnum mo-
liri Hunnius cœpit, h̄is ipsis, quæ in tabulas relata sunt, verbis: *Si Ecclesia*
superstructa est super fundamentum Prophetarum, & Apostolorum, Et vix corporis rursus de-
seritur.
id est supra doctrinam eorum; sequitur, quod extra Doctrinam
Prophetarum, & Apostolorum, nullum sit aliud singendum Ecclesia
novi Testamenti Fundamentum: At prius est verum! ergo & hoc Affert syllo-
gisnum
Hunnius,
sed formam
deinceps
aperte re-
citat.
postremum. Inficiante Tannero sequelam primæ, sive majoris propo-
sitionis, ad solitas explicationum ambages dilapsus est. Cūque, reci-
tata etiam quarta ex novis legibus, ad negatæ assertionis veritatem
syllogismo adstruendam iterum, ac tertio urgeretur, multum iratus:
Ego, reposuit, ab adversario toties interturbatus, disertissime
*profiteor, nolle me cum isto bomine amplius disputare; nisi permit-
tat, ut explicentur, & evoluantur dicta Scriptura; nisi enim ra-
tio illa sophistica coērceatur, nihil possumus cum illo agere.* Ita & in
decima Sessione, cūm modis omnibus ad servandam denique formam
adigeretur; palam indignans: *& quæ, aiebat, est illa forma Je-
sus Christus.*

suitica? In proxima, *sophificationem* appellans, *se realia respicere affirmabat.* In decima tertia tandem, ut ab omni forma se non sine Scripturæ suffragio liberaret: *ego, reponebat instantibus, Formam seruo, à Christo, Apostolis & Patribus observatam.*

Nec Hailbrunnero melior, quām Hunnio fuit ad dialecticum præ- 24.
Idem facit
Hailbrunne
rus.
- Eius Syllo
gia eius.
liand morem animus; postquam Sessionem quartam ab invicto, ut credebat, syllogismo auspicanti, negata assertio est, cui probandæ, quod pro certa habuisset, nihil antè in chartam congesserat. Placet in medium producere Achillem improvidi bellatoris, quem ea parte, quā maximè patebat vulneri, nudum reliquit. Igitur syllogismum se afferre præfatus, Scriptum duntaxat DEI Verbum esse unicam fidei, doctrinæ, cultuum, ac controversiarum normam, his, ut in tabulis extant, verbis demonstrare aggressus est. *Qui reprobendit, & punit eos omnes, qui à scripto DEI Verbo quacunque intentione recedunt, & vel ad dextram, vel ad sinistram deflecent;* *is hoc ipso facto perspicue testatur, scriptum Verbum debere esse UNICAM normam, ad quam cultus omnis conformari debeat: DEUS in veteri testamento reprobendit, & punivit eos omnes, qui à scripto suo Verbo quacunque intentione recesserunt:* ergo hoc factō toties iterato, perspicue testatus est, *scriptum Verbum esse debere UNICAM normam Religionis & cultum.* Dein Majorem, quam negatum iri nemo dubitabat, claram asserens, totus in Minorem, quæ extra discrimen erat, muniendam incubuit. Septem, quæ cum in finem è sacro Codice descriperat, exempla recitavit eorum, quibus à scripto Numinis mandato discessisse impunè non fuit. Cum Gretserus, collatum malè tempus incusans, & Majorem inficiatus, eam ut fulciret, admonuit. *Putabam, reponebat, Majorem non negatum iri; cùm illa clara sit, ac manifesta;* eamque mox iterum, ac tertio confiditum aggressus, cùm ipso medendi conatu debilitatem illius deprehenderet insanabilem, ad alia conversus, incuratam reliquit. Et sibi quidem nihil Dialectica spei, metus plurimum esse, in ipsa ad Colloquium Præfatione ostenderat: quando cupere le, abesse hinc scholasticas disceptationes, aperte professus est.

Postquam hunc in modum per octo Sessiones cum adversariis, sine ordine, sine lege pugnantibus, jurgatum magis, quām disputatum fuit; illis alia ferè semper, quām quæ fuerant negata, probantibus: supererat altera Colloquij pars, quā, delata ad nostros impugnandi provinciā, ad objecta responderent Lutherani. Syllogismum ergo Tannerus attulit, quo ex cuiusvis Reipublicæ recte ordinatae natura necessitatem intulit, statuendi, præter legem scriptam, Judicis, qui & partium argumenta inspicere, & explicato legum sensu, sententiam ferre, &, ut eā stent litigantes, compellere possit. Verū non diu, tenuit legitimus ordo. Pro Hailbrunnero se ingerens Hunnius, cùm distincte le responsorum assereret; veteri more concionem exorsus, ut intra præscriptam à legibus methodum se contineret, adduci non potuit. Mox, & ipsorum Ecclesiam, alterum extra Scripturam agnoscere Judicem cùm affirmasset, edicere jussus, DEUM ipsum nominavit. Cūque ostensum esset, per prolatas in facio Codice ab hoc ipso Judge sententias, adeò causas non finiri, ut iis lectis, relectisque, pars ultra-

25.
Incipiunt
oppugnare
Catholici.

utraque pro victore se gereret: ad verbi ministros descendit; quibus examinandi, dijudicandique controversias facultatem potestatēmque ita attribuit: ut, si quidem cum Scripturis conveniret, expers erroris esset eorum sententia; falsa, si discordaret. Instantibus: si diversarum Ecclesiarum Ministri, perpetuo apud ipsos more, in oppositas abirent sententias: qua tandem decisione, quo iudicio standum: novam planè, ac vulneratae causæ fatalem distinctionem attulit, qua *judicium incertoatum* (ita vocabat) quale præsens omne in hac vita esset, à *consummato* altero, quod non nisi sub finem mundi extiturum sit, secernendum docebat. Quod aliud non erat; quā aperte negare, ullam de fide controversiam in hac vita perfectè componi, aut, qui veritatis, qui errorum sint Magistri, certo sciri ante ultimæ diei Judicium posse. Quo portentoso dogmate & suam de sufficiente, ac perfecto in hac vita (de hoc enim agebatur) Judice causam ingulavit, & ex Ecclesia labyrinthum fecit.

Nec mitius ab eodem deliratum in ceteris. Ut sua Ecclesiæ assertur in constituenda *DEI cultu* auctoritas; adducta est à nostris celeberrima, cui & Acatholici parent, de Paschate, non cum *Judeis* Lunâ decimâ quartâ celebrando, decifio, tam sacra Patribus, ac veteri, quæ Patrum tempore extabat, Ecclesiæ; ut Tertullianus, Epiphanius, Augustinus, Quarta-Decimanos, contrarium docere ausos, inter haereticos numerent. Facile intelligebat Hunnius, eversam hoc ariete funditus quartam Thesin, spectantia ad *DEI Cultum omnino* omnia in sola Scriptura contineri affirmantem. Diu se torsit, & per varias verborum ambages quæsivit effugium: cùm undique conclusus, ne, quam factio sequebatur, Ecclesiæ auctoritatem, verbo concederet; inexpectata temeritate, stupentibus cunctis, negavit: *celebrationem Paschatis esse cultum Divinum*. In dignoscendis verâ Divinarum Scripturarum libris, cùm jam in prima Sessione ultrò concessisset, in veteri quidem Testamento ex Traditione, non ex sola Scriptura discerni debuisse, quinam veri, quinam supposititii essent: ab eisdem Traditionis, in novi quoque Testamenti libris admittenda, ne cessitate nulla unquam ratione expedire se valuit.

Horam ipsam alteratio tenuit, qua Hunnius urgebatur; ut dialeto more vel unī syllogismo responderet; quo, exempli causa, Matthæi Evangelium Canonicum esse, è sola Scriptura non evidenter constare, ostendebatur: atque ut idem ab homine obtinerent, iteratò leges recitari Principes jusserant: at vi nulla adigi potuit, ut se in casses indueret, quæc explicare se deinde non posset. Premente tandem nostro, cùm admississet: audiendam hic esse *Ecclesia testificationem*; cam tamen dici proprie posse *Traditionem* quandam *non Scriptam* negavit; nemine non agnoscente responsi vanitatem, quâ cùm rem, qua de quærebatur, concederet, de voce tricaretur. Aequè justam auditorum indignationem promeruit, quando fateri compulsus, esse quadam infallibili ac divina fide credenda; qua tamen in sacrissimis band legantur: adeò quidem, ut, qui fidem iis denegaret, ex merito hereticus appelleretur, Et sic: tamen, ne thesin suam de non credendis, nisi quæcripto *DEI Verbo* exprimuntur, aperte abdicaret, inanissima loquacitate inter fidei articulos, ac res alias in *Verbo DEI* re-

^{26.}
Absurde
pronuntiata
ab Hunn.
Judices
Controver-
siarum mi-
nistros con-
stituente.

^{27.}
Negat ab-
solutam is-
hac vita dedi-
ci decisio-
nem posse.

^{28.}
Negat Pa-
schatis ce-
lebratio-
nem peri-
dere ad cul-
sum dñi.
ann.

^{29.}
Traditionis
vocabulum
relicit, rem
admitit.

*sed apud. diffinxit. L. hastimperi lubricus, nec unquam certo pede con-
fessus, & multis verbis nihil respondebat; & non raro, quid negaret,
quid concederet, negatus, verborum diverticulis magis omnia invol-
vens, neutrū se laudere, palam offendit.*

29. *Quod cùm lessione docimā tertia, nimirū certi respondens, iterum
agrot, ac ideo versipellem appellaret. Tannerus, id ille non ferendū
existimans, ad Sorenissimum Bavare Ducem conversus: Serenissime
Illustrissime Princeps, reiebat, affectis sumus injuria: dum aliquo-
tis vocati sumus Versipelles. At Sorenissimus, & quād nulla ipsis in-
juria fieret, & quād gravem ipsi fecissent Pontifici, memor, his accu-
satori verbis respondit: vos appellatis Romanum Pontificem Anti-
christum, quæ est clarissima, & insignis injuria. Ausus est ef-
froris Blatero, impudentiā plusquam Prædicanticiā, regerere: oportere
scapham appellare scapham, ligonem ligonem: insuis Ecclesiis id
non esse injuriā. At majore etiam enēgia repetuit Princeps: imo
est insignis injuria, qua redundat in omnes Catholicos. Qua vobis re-
gressus calumniator, ultrā nō est ausus obgantires. Quod si nostri
Doctores Lutherum proclamassent desertorem, perfidum, Sacrile-
gium, Concubinarium, faciem Germaniae, à Supremo Magistratu, sa-
crae profanoydamnum, ac proscriptum Hæresiarcham: quā laturū
patientia fuisse, qui versipellis titulum vel discipulo Lutheri judicarunt
esse intolerabilem. Et tamen nec scapham scapham, nec ligonem
ligonem quisquam verius dixerit; aut ulla Nobilium avitos titulos tam
publicis, tamque authenticis Instrumentis, ac qui vis Catholicorum
istos Lutheroydarios, propriosque probaverit.*

Jam stomachum plerisque everterat Prædicantium, perpetuò è
chartis prælegentium, ac sub ipsam disputationem à disputando ab-
horrentium mos, aduersus leges, ac monitores quoscunque contu-
max. Et sane dubites, obstinationis certiora, an imperitiae signa
ediderint; cùm ad Dialecticam adacti formam, vix ceptam descre-
rent, & nostrorum Syllogismis, plerūque quid affirmarent, quid ne-
garent, incerti, vitia objectarent; quæ tamen, ut mālē imputaverant,
ita eventu semper infelici, nitebantur ostendere. Abruptum ergo
à principibus, citius, quam constituerant. Colloquium est; de cuius
fine, cùm multa falso in vulgus sparsa ab adversariis sint, duobus
post mensibus edita in lucem à Tannero nostro vera narratio est, è qua
qua ad exitum Colloqui pertinent, compendio dabo.

30. *Per novem omnino dies a 28. Novembris ad Septimam Decem-
bris conventus duraverat, in quo decies & quater considerant. Ea
ad huc nō nisi argumenta restabant, quibus ostenderent, solam Ecclesi-
am Catholicam Romanam esse veram Christi Ecclesiam, & quod inde
consecularum esset, penè hanc esse legitimam, ortas de Religione con-
troversias decidendi, auctoritatem. Jamque, qua id præstituti erant,
octava Decembribus illuxerat: cùm post septimam matutinam in expe-
ctatum ex aula Boica ad nos tres desertur. nuntium. Serenissimum Pa-
latinum, ut Notariis ad relegendas Protocoli tabulas, Collotitoribus
ad respirandum à fatigatione tempus esset, petiisse à Serenissimo
Maximo.*

Vera de
Colloqui
In terra-
tie.

Maximiliano, prorogari sessionem. A prandio conventuri credebantur. cum novus ex aula adest monitor: haud ultra disputatum iri. Conventum esse inter Principes de imponendo Colloquio fine.

Patientiam Maximiliani exhauserat Lutherorum exlex agendi dicendique ratio, qua, nulla spe fructus, tempus sibi ac sumptus perirent. Missis ergo ex aula Primoribus, Palatino Principi amicè significavit: quotidianis documentis palam constare, adversæ partis Doctoribus non datæ fidei, non legum, non Principum reverentiam tanti esse, ut legitimam disputandi methodum servent, quæ si abforeret, neque se ad futurum repetitis litteris pridem antè significasse. Cognitorum Principum amori ac honori à se datum, quod, legum paciarum memoria toties ingestæ, semper contempta, durasset. Contumacia supervenisse audaciam, qua Romanum Pontificem, Catholicorum omnium Patrem, atque Pastorem, Anti Christum dici credique debere, intolerabili petulantia asseverasset, iterata etiam post reprehensionem calunniâ: quæ injuria quam latè pateat, ad quos pertinet, omnes nosse. Sibi pro sua, quæ sacra sibi semper fuisse, in Pontificem maximum, Cæsarem, Catholicosque Imperii ordines obleviantia, hominum tam in omnes irreverentum coetui adesse longius, nec jucundum, nec decorum esse. Cumque & negotia domo prescriberentur, quæ nec differri, nec se absente tractari possent, & novum à valetudine incommodum accederet; gratum fore, si bona Principum voluntate Conventus solveretur.

Tam facile in Aulæ Boicæ vota Serenissimus Palatinus consensit, ut optasse videretur: quippe qui probè nosset, suauum partium Doctoribus nil magis in votis esse, ac quo cunque in speciem honesto titulo disputationem finiri: quæ apertius quodiè prodaret, quam infirmi in hac arena pugiles essent, quos veluti invictos Lutherani exercitus Dices, & tot Provinciis evocatos, ante signa constituerant. Nihilominus illi, cum certi jam essent de sententiâ Principum, animosi homines Catholicis exposuere: haud equidem cupere se, ut sua, quæ supererant, Catholicî argumenta proponerent: petere tamen, ut sibi liceat, ad comprobandum suam thelem, quasdam ex novo Testamento Scripturas addere, atque ita Disputationem concludere. Opposueré Catholicî: si quod adhuc alterutri partium tempus concedendum videretur, id sibi deberi; quibus adhuc bidui polulandi jus, & quarta classis argumentorum adducenda supersit. Locorum e Scriptura, & longum ante delectum fuisse, & abunde, si numerum species, altarium. Hiscausæ consultum non sit, æque parum ab aliis praesul fore.

Hunc in modum à disputatione cessatum est, curaque à Notariis recognoscendis, conferendisque inter se Protocolis adhibita. Hic egregia fraude sui vestigium Prædicantes reliqueré. Inserta fuerant Hunni verba, quibus in Sessione 13. post diuturnam & incredibilem tergiversationem, edicere compulsi: essetne aliquid fide Divina & infallibili credendum: quod tamen nec aperie in Scriptura extet, nec ex easola evidenter dedicatur: his plane verbis responderat: multoties responsu me est: esse aliquid necessario credendum, ut tanquam Historiam a Spiritu Santo TRADITAM; & quidem fide infallibilis;

^{32.}
Causa ab
sumptu
adversario
rum exlex
disputandi
ratio, & in
jurie iusta
ificem.

^{33.}
Audax Lu
therano
rum & ioi
qua posse
latio.

^{34.}
Fraus Præ
dicantium
in Corru
ptione Pro
tocolis

quod tamen nec dogmatis, nec articulationem habeat. Facile intelligebant, quām aperte vox illa *traditam* cum eorum doctrina, ac Thesi pugnaret. Igitur, insciis Catholicis Collocutoribus, & deceptis, quos vocum diversitas haud advertebat, Notariis, eidem supposuere vōcem : *descriptam*, laxiore nimirum sensu, imo in hac materia prorsūs alio, minūs noxiā; quod hodiecum videre est in authentico Serenissimi Bojaric Duci Protocolo, utriusque Partis Chirographis & sigillis munito; ubi levilitura vox illa: *traditam*, ita delcta est, ut legi adhuc clare à quovis possit, imposita suprā vōce altera: *descriptam*. Ista in adulterandis publicis Tabulis, quæ, ob Fidei publicæ & sigillorum reverentiam, sacræ ac inviolabiles esse debuerant, commissa fraus turpior est, quām ut illa excusatio ab infamia curari autores possit.

At illi, primo doli successu animati, etiam alterum tentarunt, quamvis irrito conatu. Eos, allatis adhuc aliquot Scripturæ effatis, nuntia responsa fulcire voluisse, suprā memoratum est: quod cūm jure negatum à nostris Doctoribus fuisset; à Notariis impetrari posse per malas artes sperabant. Unus ergo Notariis Catholicis affirmare non est veritus: impetratum à nostris Protocoli Cogitoribus esse, ut sacro è Codice testimonia, quæ sub ipsam Disputationem tacta leviter, nec integrè recitata fuissent, jam prolixè omnia describerentur; quibus cūm fidem nostri adhibere cunctati, num vera dicerentur, ex ipsis recognitoribus exquisivissent, deprehendēre fallaciam; cūm tale quidquam concedere illorum nulli unquam venisset in animum. Quis apud compertos fraudum artifices veritatem querat?

39.
Gaugleri
Germanica
linguā illud
vulgatus.

Imp. per
Nicol. Elen.
ricum Mo-
nachij
1502.

His profecto armis uti non solent in veritatis arena victores: quæles tamen, ut vulgo saltem & longè dissitis viderentur; mirum, quibus artibus adversarii, quām indignis sint usi. Harum vix illa turpior, & cum infamia conjunctior fuit, quām qua colloquij tabulas, latino primū, mox patro sermone Lavingæ vulgatas, Gauglerus, Notarius idem, ac Interpres corrupit. Andreæ Montani Censura Monachij edita, quinque ac triginta locos notavit, quibus aperta fraude à veritate discessum est. Nec fugere censorum diligentiam potuit latini pariter exemplaris vitium, quo Palatinum typis editum non unâ solūm paginâ discrepabat à Bojco; cuius quidem synceritatem integritatemque nemo unquam adversariorum arguere est ausus. Quam vero tu bonam fidem exspectes ab iis, quibus pro nihilo est, Tabulas publicas, per nefas violatas, offere eorum conspectui, quibus adhuc recens Actorum memoria, & scripta in manibus atque oculis erant? Et ediderant illi, qui obligata Principibus fide; ne qua exemplorum diversitas esset, quotidie inter se, quæ exceperint, contulerant. Quia Gauglerum posthac honestis viris admuneret, qui idem instrumentum, quod Notarii fide latinum conscriperat, eadem manu, cum Germanicum ederet, adulterare non horruit, tam foedæ, tam publicæ fraudis se ipso teste, sua manu convictus? frustrà, ne quid hic cum partis adverlæ probro peccaretur, Serenissimus Princeps Neoburgicus cavebat; dato Theologis mandato, ut Gauglerianæ Interpretationis puritatem synceritatemque accuratè expenderent. Nam hi ipsi erant, quorum commodo, ac suggestione Interpres à veritate discesserat. Non potest.

poterant ii non laudare factum, quod fieri nullius magis, quam ipsorum intererat. Commissam dein tanto consensu fallaciam excusantium, nescio, an levitas major, an audacia fuerit: cum bona fide a se actum affererent; plerisque cum admiratione querentibus: qualis tandem fides mala Prædicantium esset, quorum vel bona fides non careret fallaciis?

Ceteræ, quæ & ante, & post, & sub ipsum Colloquium sparsæ fabulæ sunt, ipsa absurditate viluere. Omissis trivialibus, quæ tunc in hostium vulgo regnabant, partem tantum earum, quæ publicis impressæ pagellis, in omnem ferè Europam cum auctoritate sunt diditæ, adnotasse sit satis. Et primum quidem, ut suis Pugilibus Nomen ex Antagonistarum claritudine facerent, inter Partium Catholicarum Duces eos collocare sunt ausi, quorum illustrior tunc fama erat, & major à partis victoriis metus. Gregorium in primis de Valentia, cuius in difputando vim extimescentes, pleraque adversum se scripta, intacta reliquerant. Hunc Româ evocatum, Ratisbonam advolasse scribebant: veluti in Bavaria viri Jesuitis decesserent, quos Hunnio & Hailbrunnero opponerent; aut ab talium clade multum inclarescere Valentia posset.

Huic addidere Joannem Pistorium Nidanum, quem ipsa Lutheri Scripta, obsita sordibus, & nusquam secum concordia, Catholicum fecerant. Ab hoc Heroe, Romanam fidem paulò antè professo, Jacobi ambo, Schmidelinus, & Herbrandus in Badensi Colloquio vici cum fœdi dedecoris nota discesserant: quæ res tantam Pistoriani Nomini formidinem universæ Prædicantium nationi injectit; ut, cum Jacobus Badensis Pappum, magni nominis Argentinæ Doctorem, ad novum cum eodem certamen Hachbergam invitasset; is vetari se gravissimo Magistratus interdicto rescriperit, severissimè suis Præconibus omnem cum Pistorio congressum prohibentis. Et ægrè tandem in duellum condixit cum Zehendero, Concionatore Principis, adhuc dum Lutherano, qui objectis à Pistorio dissolvendis se imparem fassus, arma potius accepturus ab ipso, quam illatus accederet. Emmetin-gam vero profectus ad Principem Pappus, ubi eundem Pistorium adesse intellexit; non antè comparere in arena sustinuit, quam sciret Emetingam exiisse Nidanum. Et sanè cum de exteris advocandis nunquam in mentem Maximiliano venisset, adversariis tamen non vanum fuisse à Pistorio metum, eo maxime argumento patuit, quod ceteris conditionibus illam quoque apponi voluerint: ne quisquam, qui ab alterutra religione descrivisset, Collocutor accederet; quam securitatem sibi à Pistorio pactos, nemo non intelligebat. Nec causa id agentibus deerat, Hunnio præsertim: cuius nondum in cicatricem, plaga coierat, à Pistorio inficta, cum publico scripto reum peregisse centum omnino mendaciorum, quibus medium Præfationis, septem pagellas complexæ, partem, Evangelicus ille Doctor ornaverat. Hanc totam centuriam visi sunt crassiori alio, quod multorum instar esset, voluisse abstergere; quando Pistorium, desertis Catholicorum castris ad Lutheri signa rediisse, turpissimo commento quaquaretur, sum divulgârunt.

Pronum est intelligere, cum in alios tam largè hos mosculos spar-
gerent; quam liberaliter in Jesuitas conjecterint; in quibus, cùm
Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII.

36.
Alius fabri-
larum fasci-
culus.
De Valen-
tia & Pigo-
tio.

calumniandi libido incessit, edere hodiisque artis specimen solent. Vicinas omnino Theses (& describebant argumenta singularum) oppositas à se Jesuitis fuisse, jaetabant; ad quas, auditis, quibus astrebantur argumentis, ne hilcere quidem contrà sint ausi. Tannerum, in ultimas ab Hunnio coactum angustias, ad respondendum scripto inducias paetum: & præsentaneam nodi solutionem urgenti Hunnio, haud posse, palam confessum: atque ut hæc in tabulas referretur victoria, debuisse concedere. Piguit alios, tam modestè mentiri. Ut plausum augerent, scripsere: eundem Tannerum vi argumentorum compulsum fuisse fateri, Papam esse Anti-Christum; eamque confessionem sua manu firmasse. Duos Jesuitas, manifesta novi Evangelij luce convictos, Papismum, ductis etiam uxoribus, ejurasse: duos alios sociorum exemplum sequi recusantes, subitanea cæcitate percussos. In proximo esse, ut Catholicorum Tempa Ratisbonæ claudantur: triumphare Protestantes; Papistas, ignominiae impatientes, passim deficere: prona omnia in Lutherum vergere. Quæ omissa longè falsofissima, mirum quâ impudentiâ inter Lutheranos sparsa, qua aviditate excepta, qua obstinatione credita fuerint.

38.
De ipso
Serenissimo
Bavarie
Duce

Nec Serenissimum Bojariz Ducem sua dignitas exemit à calumniis hominum, quibus, ubi semel frontem perfricuere, nulla ullius Ordinis, aut Gradus reverentia est. Eum quippe, vulgaverant, imperitis Disputatoribus Jesuitis succensum, ambos compiegisse in carcерem. Reim per se dignam sibilo, alias error adhuc magis ridiculam fecit. Ecclesiastico nimirtum carcere, ut prionior esset comimento fides, attineri captivos scriplerant. Hunc cùm, nescio quâ causâ, vulgariter pridein nomine *vaccam* (die Kuhe) appellare soleant; auctor fabulæ memoriam lapsus, *vacca taurum* substituit, ambosque Jesuitas tauri conclusos scripsit, man habe sie in den Ochsen gesperret. Nondum satis videbatur peccatum in Principem; quem Catholicæ Religionis Achillem ut concussisse crederentur, pro multis victoriis erat. Igitur addidere, deliberatum esse Maximiliano, Jesuitis, Monachisque omnibus Bavariâ exactis, novi Evangelii Præcōnes sufficere: in quos quam pronosticavit animo, quotidie patuisse, quando finita Sessione, despectis torvum Jesuitis, facilem se Hunnio, ac penè blandum præbuerit, percussis leviter humeris, longiori alloquio plerumque dignatus. Indignabantur, qui Maximilianum noverant, vanitati simul, ac impudentiâ hominum, tam alienâ à gravitate Principis, ac religionē vulgarium. At debebat Hunnius, (siquidem volupe erat plausum ex fabulis capere) curam antea impendere, ut è publicis Tabulis Maximiliani verba corruptores eraderent, quibus eidem, Papam Prædicantico convitio Anti-Christum proclamanti, os obstruxerat; iterato calumniatorem appellans, jubensque, ut ea animi offensi declaratio actis inserta in publicum iret.

39.
Act de pri-
vato Vötte-
rum inter
ac Hail-
brunneros
Colloquio.

Tandem, ne aliqua sui parte sincera narratio esset, etiam ad relationem privati Colloquij, quod Vötter cum Hailbrunneris post publicum, intercessit, transitio per figmentum & fabulas facta. Nein pè ipsummet Ducem Neoburgicum, Jesuitarum quotidie succumbentium infortunio motum, ac pro cognati Principis, ad quem id pertinere videbatur, honore sollicitum, auctorem fuisse; ut à publica Curiæ luce,

luce, ad privatum quoddam in arce Episcopali conclave disputatio avocaretur; ubi nempè inter paucos devicti Jesuitæ levius suum pudorem ferrent. Reverà ne in novi dedecoris, quod Lutherò inde ac Lutheranis incubuit, notitiam veniretur, sic eum Conventum propnere placuit, ut ab ignaris etiam pro testimonio, ac compleimento haberetur victoriæ; quâ Prædicantes, more suo, modestè usi, Jesuitis dedissent, ut publicè cœptam privatim absolverent. Non simplex ea fallacia fuit; quandoquidem in eo congressu nec argumentum idem, nec Pugiles; nec omnino Disputatio fuit. Rem, ut gesta est, accipe.

Qualem Vötterus, repetitis identidem libellis, Lutheri Panegyristen egerit, suprà memoratum est. Id agebatur, ut, quæ ad stupendam illius hominis improbitatem demonstrandam, ab eodem scripta dictaque Vötterus collegerat; ea nunc in iis, quos adnotaverat, libris, iisdem planè verbis expressa ostenderet; fidéique liberaret, quam pessinam illi Hailbrunnerus publico scripto affinxerat. Non theses positæ; nullis ultrò citróque argumentationibus actum, nullus hic vel Gretserus, vel Tannerus auditus: Vötterus tantum, Hylinus nostro summæ Ædis concionatore comitatus, adfuit. Inspectis libris, oculorum judicio decisa lis. Breve totum, ac paucularum horarum negotium fuit, eo, qui sequitur, modo peractum.

Nonâ Decembri, horâ post meridiem secundâ, in ipso consilio Serenissimi Bojariæ Ducis, quod in Aula Episcopali habebat, conventum est. Ex parte Catholicorum Maximilianus Dux, cum Fratre Alberto, Georgius Fionbergius Vice-Dominus Landishutanus, Joachimus Dornspergius Aulæ Cancellarius, nostri demum Vötterus, atque Hylinus adfuere. Acatholici contrâ; cum Serenissimo Philippo Ludovico, Wolfgangtis Guilielmus natu major Filius, Johannes Ludovicus à Sperberseck Præfectus aulæ, Georgius Ludovicus Frelich Cancellarius, Jacobus denique ac Philippus Hailbrunneri fratres convenerant: aliorum admissus nemo. Ubi,stantibus circum reliquis, Principes consedere; Jacobum pauca præfatum, secutus Hylinus noster, an verba duntaxat Lutheri, an sensus verborum exquireretur, rogavit? In primo enim facile ac breve negotium fore: in secundo vereri se, ne tricis aperiatur & altercationibus campus. Verba exhiberi, abstineri explicationibus, harum saturi Principes voluerent.

Chartam ergo Vötterus protulit, ad se nuper ab adversariis missam; in qua, è tot Centuriis, locos non nisi quatuordecim adnotaverant, quos palam ostendi à Vöttero cuperent. Ille, Lutheris suis, quo-ruin ad eam diem duodenos ediderat, mensæ impositis, primum è designatis locum clara voce prælegit, miro omnium, nec hiscere contrâ ausorum, silentio. Mox novi alterius loci, quem non adscriperant, exhibitionem Hailbrunnerus postulavit; ratus deprehendi posse, si improvisa exigerentur. Fefellit sua hominem opinio, eadem, qua prius, promptitudine fidem liberante Vöttero. Petuit hic, ne tempore excluderetur, ut jam sua quoque postulata, quæ quatuor tantum erant, proponendi facultas esset: in oram tamen rogantibus cessit; acternis insuper locis, quâ integrè sua cum ipsa Lutheri scriptura conveniret, monstravit.

^{42.} **Frivole
fraudem suam excusat** **Jac. Hail-
brunnerus.** Verum ultra perrecturis latam collocuturis legem opposuit; quæ tempus ex æquo dividi, diceréque partes, & audire alternis jubebat. Cùm ægrè obtinuisselet; ex quatuor articulis, jam ante Congressum adversarium missis, primum recitavit, quo petebatur: offendere Philippos Hailbrunnerus, quo loco Jesuita scripsissent: gravius esse peccatum, matrimonio jungi, quam fornicari? Ille defendere non ausus calumniam, id duntaxat voluisse significare aiebat: nostro- rum sententiâ, matrimonii personarum solemnis castitatis voto ligatum gravius, quam fornicatione delinqui; quæ excusatio quam nihil sinceritatis, quam multum contrà mali doli haberet, prolixius, quam Auctor vellet, Vötterus ostendit. Hyline deinde, hanc non Jesuitarum duntaxat, sed totius Ecclesiæ, ac vetustissimorum Patrum communem, ac perpetuam esse doctrinam afferenti, Jacobus Hailbrunnerus Hieronymum opposuit: qui Virginem, etiam post votam DEO castitatem, si uri se sentiret, nubere jussit. Noster, tam fœdam à S. Doctore amoliri calumniam certus, gravissimè instabat, ut locum monstraret, quo hæc Hieronymi sententia legeretur. Siluit tum quidem, inops responsi: at cùm non ex vano metuerent, emanaturum ad plures hoc indecori silentii probrunn; paulò post Philippus scriptam à se Post-Colloquii (sic enim Conventus appellatur) relationem cum amicis communicavit; insertis ex Hieronymo duobus, quæ fratris dicta firmarent, testimoniosis.

^{43.} **Philippe
eius fratre
malè addu-
ctus Hiero-
nymus.**

Tam occultè hæc agi non poterant, ut non aliqua ad Vötterum notitia, quin & ipsum Scripturæ, per manus Lutheranorum euntis, exemplum veniret. Primus labor fuit, explicatis Hieronymi libris, notatos ab adversario locos inspicere. Perlechi sunt ambo: quin vel syllabam legere esset eorum, quæ ille, velut ad Eustochium scripta, protulerat. Jam aliud Exemplar, alio loco, ac tempore editum, cassi labore excusserat: cùm qui in partem laboris se adjunxerat, socius: age, inquit, omisso Hieronymo, Bellarminum inspicimus: mentiar; nisi hunc vulgato Prædicantium more Hailbrunnerus expilaverit. Probatur consilium; & libro vix aperto deprehenditur artificium; quo veluti à se inventa Hailbrunnerus adduxerat, quæ olim à Petro Martyre male objecta, clare solidèque confutabat Bellarminus. Nimirum, ex quo suos Controversiarum libros is edidit, creberima Ministrorum exempla secutus, etiam ipse, objecta ad tuendos errores argumenta exscripsérat; dissimulatis, quæ eorum vanitatem demonstrant, responsis. Exscribentis insuper, præter fraudem, incuria patuit, ad Eustochium scripta notantis, quæ ad Demetriadem fuerant.

^{44.} **Ex Bellar-
mino, more
veteri Prä-
dicantium.**

^{45.} **Quid re-
sponsum ad
Doctores
ac doctri-
nam falsa-
ribus
Jesuitis.**

Hoc domi post redditum ab adversariis peccatum: non minor in ipso adhuc Colloquio fallendi audacia fuit. Petenti Vöttero, quo jure Jacobus ex Gulielmo Rosse, aliisque Scriptoribus, hæreticum quemcunque Principem Tyrannis adnumerantibus, Jesuitas fecisset, quales tamen nunquam hos fuisse constaret? hanc fraudis turpissimæ causam reddidit: eos omnes, quibus Jesuitarum doctrinam imposuerat, saltem Papistas fuisse: Papistarum verò ac Jesuitarum doctrinam eandem utique esse. Parùm igitur referre, Rossei, aliorūmque, à se nobis adscriptam fuisse. Hic sanè nescias, quid magis mirere: an gravissimè nos calumniantis malitiam, an impudentiam excusantis?

Nihili-

Nihilo melius purgatum ab eo alterum infame flagitium. Libello à se vulgato nomen præfixerat, *Speculi Jesuitarum*, cuius ultimam paginam probrossissimis in Societatis universæ famam commen-tis implérat. Postulavit Vötterus, ut aut vera ostenderet, quæ cum tan-to nostri honoris præjudicio scripsisset: aut fateretur calumniam. Nullius ex omnibus probationem ausus, haud aliter detractoris foedissimum nomen defendit; quamquod ea non à se primùm inventa, ab alio mutuatū assereret; quamvis Auctorem postulatus, ne hujus quidem nomen ediderit. Eodein in libro Jesuitas auctores fecerat *Indicis* cu, usdam *Expurgatorij*; in quo, arrogata sibi censoria potestate, veterum Patrum Scripta notārint, eliminatis iis, quæ Papismo adversa, Evangelio faverent. Negavit scilicet eum solis à se Jesuitis attributum, sed iis ceteros Papistas additos: acsi levior ex eo calumnia fieret, quod non ad unum, sed plures pertineret injuria. Verum etiam in hoc fal-lacem Vötterus ostendit, prolatis postea in lucem illius verbis, crudis & quæ ac mordacibus; queis solis Jesuitis, nulla aliorum facta men-tione, scriptum illud attribuit. Denique Lutherum vindicare jussus est; quem in *Lutbero suo veraci* sex gravissimarum calumniarum Vötterus postulaverat, quibus Catholicorum doctrinam falsò infamasset; numeris, quibus easdem in libellos suos retulerat, adnotatis. Cùm vero Lutherum nec fateri mendacem vellet, nec posset negare, respondit: se haud satis intellexisse, quid numeri illi, in scheda ex-pressi vellent. Instantibus, ut prolatis in medium Lutheri Tomis, jure, an injuriā à Vöttero accusaretur, examinaret; iterum opposuit, non intellectam satis Vötteri voluntatem; quæ causa fuerit, cur eos Aucto-ris libros afferre omiserint. At vera tergiversandi causa facile etiam, Lutheranos advertit, qui, nostris libros è domestica Bibliotheca frustra offerentibus, ut ad alia magis prompta transirent, petiere.

Ergo (quod sexto loco petierant Lutherani) è Tomi primi Wit-tenbergensis §. 2, folio 96. oltensum est, scripsisse de se ipso Luthe-^{47:}
rum: *ego sum Christus*; ac in ira excusanda dicti temeritate labo-rantibus Hailbrunneris, pluta in eundem sensum objecta sunt; quæ In rubore
omnem effugiorimam præclusere. Nihil tamen ita, ferreorum cete-roquin hominum, ora pudore implevit, uti turpissimæ sordes, quibus
Tomi octavi Jenensis §. primo paginam 215. stercoreus Propheta opple-verat; cujus loci memoriam sic callide Vötterus ingessit, ut improvi-dus futuri Philippus exhiberi suo malo deposceret. Ergo librum
Vötterus in mensa explicitum, obtulit homini, palam omnibus legen-dum; hōcque, in ipsum regerente legendi labore, conversus ad
Principes; pudore se, ne id saceret, prohiberi edixit. Hailbrunnerus
ergo, hortatu suorum lectionem exorsus est. Verum vix ultra lineam
progressus, subito cum rubore conticuit; non ferens scurrilitatem
Magistri. Pergere coactus unam alteramque adhuc phrasin lutulen-ti Doctoris enuntiat. At, cùm gravitis, quæ sequebantur, olerent; mo-vore ultrà camarinam noluit, clausumque librum à se removit. Atqui,
subjicit Vötterus, hic ipse liber ultimus Lutheri partus fuit, uno ante
mortem anno editus: qui utique non prima rudi spiritus lineamenta,
sed perfecti consummatique effigiem exhibit. Verum, ut ut Conra-dus instaret, ut vel lineolam inde posthac legerent, exorare non valuit.

40.
Contionans
Alcorano
doctrina.

To. 2. Jen.
fol. 310. a.
5. 2.
Anatom.
fol. 63. in
marg.

Ad alia dein progressi eas Lutheri sententias inspexere, quæ sa-
cta abdicandi conjugem, novique thori adeundi amplissima potesta-
te, quam proximè cum Alcorano consentiunt, cuius impurissimi dog-
matis tam clara fuere, legentibus ipsis adversariis, testimonia; ut doctri-
nain inficiari non ausi, id tantum reponerent: non debuisse hæc in
Lutheranismi contemptum adduci; quod in exemplum non iverint.
De Doctrina hic tantum quæri, Hylinus respondit: Vötterus ex Pisto-
rii Anatomia etiam exemplum adjecit. Cumque idem ad tuendum
validius *Lutberum suum Turicum*, librum offerret, adductis ex eo-
dem Lutero sententiis demonstrantem, quam aperte in multis, atque
ad eo in ipso de Divina Trinitate articulo cum Mahomete sentiret, depre-
hendo in libri fronte Auctoris Pistorii nomine, manus ab eodem ocu-
lo que abstinuere.

44.
Blasphem.
in DE.
UM ac San-
tos.
Tom. 4.
Witt. fol.
305.
Tom. 2. Witt.
fol. 266.

Post *Lutberum Turicum* prolatus in medium est *Lutberus Devo-
tus*, sive *Religiosus*; librique ante oculos positi, in quibus inter alia
asserit: *veros Christianos debere esse, ac manere grandes validos-
que peccatores*. Non esse possibile vitari a nobis quodcumque pecca-
tum. *Esse nos captivos Diaboli veluti Principis, ac DEI nostri. De-
bere nos facere, qua velut ipse, ac suggestat*. Ex Lutero dein
Angelico illæ paginæ evolutæ, quas pluribus diabolis, quam lineis im-
plet, suosque alloquens Lutheranos, ait: *alterutrum ut fiat, nece-
farij esse, ut aut alii ipsis, aut ipsi aliis diaboli fiant*. Tam cla-
re, tam abundè, quæ ex Lutheri Tomis in suos libellos Vötterus deri-
varat, in ipsis fontibus spectata sunt; ut satius visum fuerit, in iis, quæ
exploranda supererant, fidelitatis laudem Vöttero concedere; quam
ultrà Lutерum, in suum juxta ac suorum dedecus, non impiè minus,
quam fœdè delirantem audire.

50.
Nodi atii ab
adversariis
non soluti-

Porrò nostri, occasione, quam alias promptam habituri non
erant, utendum rati, identidem objectabant, quæ probè nōrānt, nec
inficiari ab adversariis posse; nec defendi. Ita rogabant; explicare
sibi ne graventur Vaticinium Prophetæ Islebici, quo Septuaginta Con-
siliarios Saxonicos olim honorāstet, cùm ediceret: *fore, ut sua (Lu-
theri) excrementa adorarent: ad litteram, an de doctrina intelli-
genda esset tam bella prædictio? neutrum cùm luberet asserere; silen-
tium pro responso fuit*. Cùm verò Disputationis proximis diebus ab-
ruptæ mentio fieret; appositi nostri sciscitabantur ex Hailbrunneris:
Cùm tam certo & expedito, Controversiarum in fide omnium, Judice,
Scriptura scilicet, Lutherani uterentur: qui tandem fiat, ut ne duos
quidem Doctores, *Hunnum*, atque *Huberum*; ex eadem Cathe-
dra Wittenbergæ opposita dogmata obstinate tuentes, decisa lite,
Judex Scriptura componat? notiores enim illorum, se mutuo hæresis
damnantium discordiae erant; quam ut tegi ullo effugio possent.
Ergo, ne nihil dixisse viderentur, notandum maximè, aiebant, Huber-
um esse Calvinistam. Instante nostro: cur *Judex* suo non
fungatur officio, absolvendo Hunnum Lutheranum, dam-
nando Calvinistam Huberum? dissimulata responsione, ad alia
est facta progressio.

Tan-

Tandem Philippus Hailbrunnerus suæmet defensionem causæ
adversus Vötterum suscepit; qui libellum nuper vulgaverat, quem
ille supra mensam explicans: viden, ajebat, tuum hoc scriptum: in
quo quatuor & septuaginta, supra centum, mendacia mihi obiicis?
Mox dixi in unum, idque numero centesimum vigesimum tertium
intento: adverte sis, inquit, num argui læsæ veritatis possim, dum
scribo: ex voto ac mente Jesuitarum, profano Magistratui in rebus fi-
dei, ac religionis, non propriis, sed alienis utendum oculis esse? cuius
quidem asserti testem, vel auctorem proferre Jesuitam Blyssemium pos-
sem. Et Blyssemium quidem, vetus ac commune Catholicorum dog-
ma, de Causis religionis ac fidei, non nisi ad Ecclesiæ tribunal deferen-
dis tuentem, egregie Hylinus noster defendit; ex quo clare simul in-
tellectum est; recta illa, Catholicaque Blyssemij sensa, quam callidè
Hailbrunnerus, composita ad invidiam oratione, retulerit. Quasi Je-
suarum duntaxat inventum sit; quo Politici Magistratus arcentur à
ferenda de fide, ac religione sententia. Satis habuit Philippus, nec ul-
trà in sui defensione progressus, reliquam falsitatem impositam sibi mo-
leam innotus sustinuit. In eam Post-Colloquij narratione, quam
scriptam postea cum amicis communicavit, in animo sibi fuisse, ait,
de aliquot adhuc suis sententiis, inter mendacia collocatis, cum Vöt-
tero ex postulare. At mirum est; scribentem non advertisse, hæc ad
confirmandam magis valere, quam depellendam infamiam. Parùm
sanè est, ex numero tam grandi, tam pauca purgâisse; quando depul-
sis etiam quinquagenis, adhuc plura centenis incumberent. Nec diffi-
mulandum Vötterus censuit, palam omnibus exprobrans: nihil un-
quam ab ipsis adversum nos, aut Religionem Catholicam editum,
quod non exemplò confutârit. At vero ad tot libellos contrà Luthe-
rum, ac ejus doctrinam à se vulgatos, ad hanc diem nihil fuisse ab eo
responsum: ut vereatur, ne tantopere observatus solvendo non sit. Utque
dicta firmaret, tredecim suorum libellorum titulos ex ordine recensuit,
ad quos Praecones Lutherici, quantumvis irritabiles, adhuc dormirent.
Debitum diffiteri non ausus Philippus, exsoluturum promisit.

Hunc in modum hæc partium disceptatio, cui horæ dimidium de-
stinaverant Principes, ad horas quatuor, atque adeò ad sextam usque
vesperinam extracta est. Surgentibus inde Principibus, quorum, di-
cta lectaque auscultantium mira humanitas, ac patientia fuit; primi col-
leq; quos attulerant, libr; Hailbrunneri ambo discessere; Hyline
ac Vöttero in conclavi remanentibus: quos Serenissimi Principes ju-
niiores Albertus Bojus, & Wolfgangus Palatinus, clementissime allo-
cuti, detinuere; variis de fide questionibus, atque iis, quæ primùm
ex Lutheri scriptis audiérant, præbentibus sermocinandi materiam.
Cum Duce Neoburgico, alia interim parte colloquebatur Maximilia-
nus; qui, cùm Palatinos ambos invitasse ad coenam, etiam nostris id
gratiæ iteratò obtulit; deprecantibus tamen, & quâ par erat, reve-
rentiæ missionem exorantibus; quod nox ingrueret, & precum sacer-
dotalium pensum exsolvendum restaret. Ita inter singularis clementiæ
argumenta dimisi, nihil dubitavere, ad sua pariter diversoria Præco-
nes festinasse; quippe qui ad colloquendum jejuni accesserant, quod
inter eas, ut aiebant, angustias temporis, se ritè parandi necessitas
prandendi moram haud induxisseret. At cognitum postea fuit, eos mo-
ram traxisse in aula, coenamque cum Principum ministris sumpsisse; id

De fine col-
loqui vera
narratio.

52
Predicati
uum voca
tus.

quod mira deinde, ac falsa cum auxeli, etiam scripto extulere in vulgus. Se nimis à Principibus (quod falsissimum erat) mensæ adhibitos, Maximiliano invitante, ac mirè comem se ipsis præbente: dum Jesuitas interea, truci vultu reprehensos, se domum referre jussisset. At leve hoc & risu dignum, si cum alijs compares, quæ typis impressa per omnem latè Europam fudere: stupentibus, qui rem nōrānt, atque ipso præcipue Maximiliano, incredibilem hominum tam publicè, tam manifestè, in re tam comperta mentiendi audaciam.

53.
Et crassæ
mendacia.

Juvat hic colligere nonnulla, quæ in publicas pagellas divisa Typographi sparserant. Primâ Adventûs Dominicâ Conradum Vötterum, duodecim criminum falsi adversùs Lutherum commissorum, in præsentia quatuor Principum convictum fuisse. Eundem conclave ingressum, his ipsis à Serenissimo Neoburgico verbis exceptum: Tûne es ille nebulo, tam in Lutherum injuriosus & eaque Principis voce exanimatum, ad genua accidisse, non aliâ dignatum gratiâ, quâm ut Serenissimi Maximiliani imperio solum vertere sit iussus. Idque tanta, tam concordi asseveratione vulgatum, ut crederent permulti: alij dubitarent; nec nisi oculis, ad ipsum Vötterum adducti, fidem haberent. Scripsérat alius, M. Conradum adductum ad Principes, jussimque, Lutheros suos in orbem sparsos, cum vero Luthero componere, librisque ante oculos positis, sua, an Lutheri verba recitâsse, ostendere: digressum primo, velut ad ferendos domô libros, simulâsse. Moram tandem pertæsis nuntiâsse per alios: nescio, quo facto, elusam haec-nus omnem investigantis diligentiam; nec posse ullos reperiri. At suspicatum id, quod erat, Bojariæ Duce mississe, qui libros unâ, ac Vötterum sisterent. Collatis mox inter se, quas ipse, quas Lutherus scripsisset, sententiis, patuisse malas artes hominis, Luthero, quæ vellet, per injuriam adscribentis. Ità fraudis convicto, acerrimèque reprehenso, gravissimè comminatum Maximilianum: si paria deinceps auderet. Hoc tam crassum mendacium pro veritate vendere minimè puduit, gnaros licet, agnituros fraudem Principes; quorum alter Serenissimus Neoburgicus plerasque Lutheri sententias ex ejus libris palam ipsem legerat; id unum semper agentibus Hailbrunneris, ut orationis improbitatem, impuritatemque quæsita explicatione mollirent.

Hujus porro Colloquii successum scribentium vel ignorantia, vel calyminandi libido etiam tum intellecta est, quod & de Hunnio, qui nullus unquam interfuit, narrare libuerit: eum adeo Vötterum, maxime fidei manifestum, presisse; ut non haberet, quod præter pudorem reponeret. Cui proin Serenissimus Bavarus in faciem dixerit: Conrade Vöttere, alieni scripti tam infida corruptio, non est opus honesti viri. Intelligimus tandem, has tuas tuorūmque Sodalium artes; quibus id unum agitis, ut fucum & speciem allinatis doctrinæ, quam in libris cathedrísque venditatis. Hunnio contrà, percussis leví manu humeris, arrisisse; ac cum eodem postea manu prehensio aliquamdiu deambulâsse. Hæc talia fabulari de Vöttero, ac Hunnio libuit; quibus, dum viverent, nulla unquam notitia, nullus sermo intercessit. Tandem etiam in publicis pagellis, magno Lutheranæ plebeculæ plausu, legere erat: compulsum fuisse Vötterum, in criminis admissi pœnam suo ære, suos omnes de Lutherò libellos coemere, igni sacrando.

Quæ

Quæ tamen plurāque alia, cùm de se scribi credique Vötterus, intelligeret; nihil moratus, aliam, eāmque synceram gestorum narrationem edidit, qua vanissimorum hominum commenta, liquidissime, & affuso, quod merebantur, lixivio diluit.

§4.
Quid bis
tibus que-
rant?

Atque hæc Ratisbonensis utriusque Colloquii origo, hic modus; hic exitus fuit: quemut gloriosum sibi fuisse periuaderent, tot malis artibus adversæ Partis Scriptores certarunt. Nostris ad refellenda opinione telum unum suffecit, lyncea authenticaque rerum gestarum narratio. Id verò videri mirum, rem prima fronte adspicentibus possit; haud quidem, quod malis artibus pugnet, qui tueri se veritate non possunt: sed quod sumos vendere in eorum conspectu lubeat, à quibus se fraudis convictum iri, dubitare non possint. At, qui secum exponerit accuratius, quo loco, quoque in statu hi talium architecutarum sententur: laudabit cum Servatore villcos iniquitatis, ex aliena injuria parantes, unde famam vitamque sustentent. Nempe copiam Catholicis calumniæ manifestos teneri, nihil pudoris afferre assuetis solet. De scitorum duntaxat, à quibus omnis eorum sors, & vita, & qualiscunq; que existimatio pendet, favore laborant. Et magnates quidem, aliqui, qui supra id, quod domi audiérint, sapiunt, dudum hos verbo-ruin artifices tum suopte judicio, tum ex ipsorummet jurgiis estimare docti, quid in sua vel Religionis causa dicant, scribantve, pensi non habent. Generalem plerique, quæ nullam excludat, fidem complexi, partes ducésque discordiæ rident, religionis, si certam sequi lubeat, ipsi sibi auctores. In plebe hi verbi ministri omnes fortunarum, famæ, ac spei reliquias collocatas habent: cuius credulitati illudere, expertis est facile. Nec se in credita, pari, quâ recepit, facilitate dimittere vulgus solet, retinens plerumque erroris, qui primus infederit. Ita, quot quot à primis seculis infeliciter pugnárint, Sectarii, clade accepta, fatis habuere, famam occupare, ac falsa narratione veram prævertere. Atque, ut non perinde hæc fallendi peritia valeat, ubi catholicorum industria larvam detrahente fabulis potest: at cùm id ubique non possit; iis certè in terris triumphant, ubi post Religionis exilium audiri pridem veritas desit. Age enim, quis Saxones, Cattos, Borussos, Danos, Suecos, de parta à suis adversis Papistas, & Jesuitas viae Præconum voce, manuque edocetos, dédocebit fallaciam? à quorum oculis manib;que veriora narrantium scripta, & insitum odium, & Magistrorum industria prohibet. Ita cum plausu iturus ad posterorū error inducitur, paucissimis, quævis veritatis noscendæ cupido & otium est, perlectis Catholicorum scriptis, dissentibus fraudem; exiguo sanè; aut nullo Præconum damno, pro nihilo ducentum, à paucis nosci; dum turba ignoret. Donec vulgi credulitas fraudulentæ pretium ponet, nemo eos ad inimicam suis rebus veritatem adegerit. At potuit hos vulgi plausus non invidere mendacio viatrix veritas; postquam Wolfgango Guilielmo, Palatini Ducis hæredi Filio, ita ab hoc congressu despere Lutherus cœpit; ut converso deinceps omni ad veritatem indagandam studio, agnitam illam, difficultatum omnium, quæ multæ gravesque obstabant, viator, palam complexus, subiectum unum populum ad avitæ Religionis signa reduxerit.

^{55.} In ipsa porrò Ratisbonensi civitate, quam clausis Catholicorum Templis, in sacra novitia pronam Lutherana fama vulgaverat, adeò nihil detrimenti Religio cepit; ut tres ac quinquaginta, abjurata hæresi, Catholicorum numerum auxerint: quos inter Tübingensis, homo literatus, ut inter Ordinis Religiosi tirones reciperetur, impetravit. Per ambi deserto, quem apud hæreticos ad eam diem obierant, famulatu, maluerunt deteriore conditione; minorique mercede servire Catholicis. At, quibus à Magistro discedere per opificij leges haud licuit, iij antelucani ad audienda percipiendaque Catholica sacra advolabant, adhuc altum dormientibus heris. Tantum præterea apud multos in Religionem amor ac reverentia valuit; ut clerialibus diebus pane & aqua victitate, quam carnes comedere cum heterodoxa familia malent. Quin & è remotioribus circùm urbem hæreticorum pagis, oppidisque, haud infrequentes ad expiandos peccatorum confessione animos adventabant. Certè paganos Irrenbachio nostro vicinos, qui eodem ad sacra quot hebdomadis convenienter, prohibere non valuit. Præfecti Palatini severitas, exilium initiantis, cui intrepidè unus reprouvit: Patria, siquidem exigatur, carere se posse: vera Religione non posse.

^{56.} Pia Colloquia con-
versionis ad fidem in
adolescentie initium;

Bavarica quoque in silva, quò Ratisbonâ excurrerant nostri, dicentibus paßim adstabant hæretici permixti Catholicis, quorum duo ac viginti, perspecta veritate, nuncium errori remisere. Quin & hoc eodem anno egregius adolescens, civis minimè pauperis filius, fidei causâ Ratisbonam deseruit. Salutis initium Sodalium Marianorum pietati debebat, quos saepius de studio pietatis, Sanctorumque exemplis colloquentes audiérat. Exinde suos primū Sodales, alia omnia in medium afferre solitos; mox ipsam fastidire sicutam cœpit, clam deinceps nostrum in summa Æde dicentem audire solitus. Hunc eundem post paulò convenit, & aperto, quo in Catholicam Religionem sit, animo, ut modum suggereret, quo voti dānnetur, rogavit. Ille, nullam adolescenti inter suos amplectendæ veritatis spem esse certus, fugam Monachium suasit; quò feliciter elapsus, nostrisque discipulis additus, paupertatem mirâ patientiâ, dæmonem ipsum, nocturnis larvis infestum, Crucis signo, sacrisque amuletis superavit.

^{57.} In viro. Di-
vinorum officiorum in Templo
Monacensi Majestas.

Eandem in civitatem appulerat aliis quispiam, ærisfundendi præclarus artifex, qui omnem ferè Germaniam peragraverat, dubia semper fide; nec hæresi certæ addictus, nec Catholicam, in quam profendebat, Religionem professus. Monachium denique, atque inde die sexto Templum nostrum ubi ingressus est, perspecta Divinorum Officiorum Majestas & ordo dubitationem ornarem sustulit. Ad Collegium enim properans, & Catholicum se magno ardore professus, affirmavit, nihil se ulla in regione vidisse, quod sic animum cepisset, ut hæc sacrorum Ministeriorum tam splendida ac Religiosa tractatio. Virum quoq; nobilem, haud multum ab hoc diversum, familiaris cum uno è nostris consuetudo sanavit. Hæresin edocitus à puero, nostram fidem, per-

perpetuo cum Catholicis convictu, ac societate, didicerat; inde pro Catholicis palam se gerebat, & habebatur, nec expiatus unquam, nec fidem rite professus. Detexit celatum studiosè ulcus Patris sagacitas, à quo de erroris gravitate admonitus, & peccata confessus, ejurata coram testibus hæresi, catholiceus non jam haberi tantum, sed esse cœpit.

Untus in ipso itinere à Numinis Providentia interceptus, quam minime quærebat, veritatem invenit. In urbe hæretica, hæretico patre, Principis aulico concionatore, natus, in præcipuis suæ Sectæ Academias celebriores eorum Magistros cum egregia profectus commendatione audierat. Accedebat ad dores ingenij elegans corporis forma, vivida indoles, morésque, ob aulæ consuetudinem, culti. Jam Successorem patris plerique destinabant: nec abnuere ipse, postquam itera-
ta ad populum dictione placere, laudarique se sensit. Verum ante, ut Catholicorum, quos exagitare decreverat, mores inspicceret propriis, Italiam, & Caput Religionis Romanam adire decrevit. Eo itinere delatus Monachium, ut loco celebri eum substitisset, proximo die festo, Jesuitam dicentem auditurus, nostram Ædem ingressus est. Fortè fortunâ controversam de Fide questionem tractabat noster, & adversæ sententiaz vanitatem copiosè juxtâ solidèque demonstrabat. Id Sectæ probrum ad se pertinere ratus, cum ira discessit, quid auditis responderet, incertus. Ei curæ intentum implicabat ipse extricandi labor, cùmque in prima coricione non inveniret, quod argueret, ad alteram, terriamque reversus, jam penè agnoscebat, errorem esse, quam fidem crediderat.

Præconis
heterodoxi
filius in ipso
Romam
itinere à
Dei Provi-
dentiâ intercep-
tus.

In alteram hebdomadem animi, errore magis, quam malitia, laborantis fluctuatio tenuit, cùm, ne se patefaceret, peregrinitas, & pudor vetarent. Imperavit tandem sibi, ac finita concione rogavit æditum: essetne cuvis adeundi nostram domum, & quæ vellet, proponendi libertas? Affirmat ille, &, quæ ingressus pateret, ignorarum ipse deducit. Adestit nostris Sacerdos, quocum cœpta de Fidei controversiis disputatio, paucos intra dies, sic dubium omne discussit, ut patios errores palam execratus in Tridentini verba jurârit. Inde nostros in Scholâ publica audire Theologos cœpit, quibus per annum cum diuidio ingenium æquè ac mores abundè probavit. Denique & mundus fastidio, & cognita propriis Religiosorum vivendi ratio esse in desiderio cœpit. Ad Societatem adjecerat animum! Verum cùm, non nisi decursu Theologiæ stadio, aditum votis tandem fore intelligeret, ad Franciscanos se vertens, magna Superiorum voluntate receptor est. Sacro habitu mox induendus, nostrum conscientiaz suæ arbitrum, animæque Patrem, supremum salutans, vim magnam lacrymarum profudit. Causam rogatus, non unam sibi esse, cui fleret, reposuit; cui tantum temporis in hæresi, absque ullo boni operis fructu perüsset: quemque nihilominus, è medio nunc mundo extractum, in Domum suam, inter carissimos filios coelestis Pater adlegeret.

Neque hōc anno defuere, quos ab tristis hæresi exilio, in Dominum DEI Ecclesiam, electorū omnium Mater reduxit. Hac meden-

Oettingæ
B. V. mili-
tem reducit
ad fidem
Catholi-
cam.

te Oettingæ veteris, notissima Marianæ beneficentiaæ sede, militi in Hungariam tendenti, ipse, qui nolentem stitit, morbus salutem attulit. Is diversæ à nostra Religionis cùm esset, de vitæ periculo edocet, Eucharistiam sibi dari sub specie utraque petivit. Negatum est, quod cum more, ac Religione loci pugnaret, suasumque, ut Jesuitam accenseret, meliora simul, ac veriora docturum. In furias hominem egit auditum Jesuitæ homen, nihil sibi cum ejus gentis, hominibus negotij esse, aut fore unquam vociferantem: & accessuero, si quis auderet, etiam pugnos minabatur. Vocatus nihilominus Pater, déque hominis fide animoque præmonitus, suaviter illi, aliisque omnia sub accessum locutus, brevi mitigavit ferociam, lectuloque rogatus assedit. Mox & de rebus fidei illatus sermo, ut placidus æque ac solidus erat, capere visus est hominem; quin tamen se dederet: adeo, ut discedentia se Patti edicoret, sua se in secta moriturum, & si terra negetur, avibus pabulum fore.

Militari jactantiæ adscribens id noster, Nosodochij Præfetum admonuit: sine mora se accenseret, si vocaret ægratus; quem certo præsentiat, Catholicum fore. Aculéum omnino reliquerat, infixa animo quantumvis rudi, veritas, curamque homini, ac vigilias fecit. Sub undecimam noctis, voce, ut audiri posset, animoque ad DEUM versus, dum in re tanta lumen contentius efflagitat, pedibus adstare Mulierem albata videt, hisce verbis se affanteum: Heus! cinnate (cincinnos enim alebat circum aures pendulos) resipisse, & Christianus efficere catholicus, majorēisque credentium partem sequere. Propediem sum redditura: tunc comitaberis. His dictis digredientem dum insequæger festinat, humi collapsio, luxatum ferè ex casu brachium est. Nec moram ferens, à nostro confessum accito pleniùs catholicam doctrinam hausit, ac duobus è Senatu præsentibus, eorum, quæ narravimus, veritatem ritè testatus, catholicorum adscriptus est numero, identidem sibi auditus irasci, quod tanto tempore (sic enim aebat), canis Lutheranus fuisset. Nec multo post recepta valetudine, & magis animi salute, latus, in Hungariam ad exercitum abiit.

Et Monas-
chij juve-
nem artifi-
cem.

Par Matris credentium pietas in juvenem artificem fuit, qui Monacensium Patrum diu fatigavit industriam, oppositâ argumentis omnibus pestinaciâ, errare malens, quam doceri. Rogatus tandem à nostro, ut vel semel vicinum D. Virginis Templum ingressus, salutem suam per Matrem Salvatricem suo, DEI filio, commendaret, ægrè paruit. Et paruisse hic quanti interfuit! satis, ut à Matre salutis audiretur, vel tantillum obsequium fuit. Cum brevissima prece finivit hæresin, eademque horâ ad Magistrum reversus, DEiparam deinceps Matrem, & Ecclesiam habuit.

60.
Auguste
pena resi-
plicere car-
nivorum
sogit.

Etiam sola poenitudo suffecit, ut Religionum nostrarum contempnentes ab exitio liberaret. Durabat Augustæ Vindelicorum catholicorum in tuenda Religione mira constantia, & in servanda præferti diebus veticis à carne abstinentia, ultrà quam locorum, rerumque conditio posceret, severus rigor. Lutheranum hominem religiosi moris contemptus in vita disciplinen adduxit. Nam bolus, quem cum risu & sarcasnis ori ingesserat, tam in gutture pertinax, & immobilis hæsit, ut animam

inam elideret. Evasit, quo nescio suafore, periculum, votis ad Dei Matrem conceptis, adjecta sponsione, se Catholicum fore.

Ea ipsa in urbe, ut promiscua inter se Catholicorum ac Lutherano^{rum} conjugia s^æpè multū Religioni incommodant; ita occa^{tionem} non raro præbent illustribus virtutum exemplis. Inter alia felix hoc anno exstitit catholicæ Matris conatus, pio astu Lutheranum Maritum falleptis; è sex liberis, claram Patre, quinos per ætatem maturos ad Confirmationis Sacramentum adduxit, tamque sedulo, ac circumspicte Catholicæ fidei rudimentis instituit, ut & Sacramenti, & maternæ institutionis vim invicta omnium probaret constantia, adeò, ut cum puberibus, ad Magistratum adductis, jure patrio eligendæ Religionis libertas fieret, Pater in eorum vel uno ad Lutherum pertrahendo operam omnem perdiderit.

E contrario alterius adolescentis, è Patre Catholico nati, virtutem illustravit hæreticæ matris saevitiam. Nihil ea intentatum reliquit, ut præclaræ indolis puerum suæ sectæ adjungeret. Fortiter diu, ac in modo destituta, conatus omnes frustranti, tandem vehementer irata: aut parvobis, inquit, aut meis te nunc ædibus obstinate ejiciam; simul ad focum accurrit, titionem raptura: quo quidem tunc abstinuit, in aliud tempus dilato furore. Interea libros puero ausert; scholis, ac omnium nostris commercio interdicit. Frustrà fuit: etiam exarmatus ille ad lacra, scholaisque perroxit. Post triduum in aliam versu, mollissimis verbis, merisque blanditiis pellicere natum ad Lutherum aggreditur, juvete tanto acrius propugnante veritatem, ac errores execrante. Tum deum acta in furias, accepto fuste, iam nunc, ait, volo, hanc vestem exuas, ac nudus procul à meo conspectu, in malam crucem abeas. Paruit exemplo filius, vestibusque melioris notæ matri redditis, laceros ab ea centones recipit, calceis undique perforatis pedes induit, terna rejectiij panis frustilla capit, domoque exclusus in ipsa Patria exilium subit. Movit omnium animos eo habitu conspiceta virtus, quæ captus maximè adolescens Patrius ad materteram cum adduxit, quæ exceptum hospitio, ac vestibus à matre redemptis rectum, deinceps alumnaum habuit.

Sex & triginta præter hos Ecclesiaz restituti. Quin & Mahometanæ dux nostro Magistro credere in Christū doctæ, salutis undâ iustraz sunt. Tandem Augustanorum Operariorum fructibus & illa adnumerari fessima debet, quæ dudum virum mentita, novennio suspendia pro milite fecit. Insuper aliam nihilo se meliorem circuinducebat, quam septennio abhinc publicè sibi dari in uxorem curaverat. Tandem nostro flagitium fassa est, qui cù prudentiâ tractavit delicatum negotium, ut nullo suo vel famæ, vel fortunarum damno, ad sexum unâ, vitamque se decentem redierit.

Cum superiore adultæ virtutis adolescente de palma contendere Virgo possit, quæ & ipsa datam semel DEO & Ecclesiaz fidem diu in ipsa per fiducie arce servavit. Hæc Lausannæ, medios inter hæreticos, opulentis parentibus nata, quod patriæ Religioni quotidie magis differeret, Friburgum Helvetiorum se contulit. Inde, veritatem probè à Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. H nostris

61.
Fides ma-
terne insti-
tutionis firm-
ans,

62.
Adolescen-
tis Catholi-
ci adver-
sus Matrem ha-
reticam in-
viata con-
stantia.

63.
Pessime vir-
rum mer-
ita conve-
ntus.

Item Virgi-
nis Lau-
nensis co-
stantia.

nostris edocta, amplexaque, animosa ad suos redit, eadem, quia inter Catholicos, libertate, fidei apud eos professa. Re ad loci praecones delata, pristinis puellam erroribus implicare, acerius fuit omnium, sed frustraneus labor. Sævissima à domesticis tempestas incubuit, & unam omnium odia, linguae, sapè etiam manus impetebant. Illa suscepit fidei semper retinentissima, ut credere tandem, ac vivere Catholicè posset, desertâ in perpetuum patriâ, Friburgum rediit, magna cognitorum, constantiam admirantium, voluntate suscepit.

64.
In sola Religione Catholica quietem animi inventi juvenis Calvinus natus.

Victoria de cognatis.

Idem asylum adolescenti Calvinistæ patuit, quem gravium peccatorum recordatio in gravissimum animi moerorem dejecerat. Is enim ingestis à Praeconibus solatijs vanitate adeò sanatus non fuerat, ut in operam silvam egressas, parato in eam reu cultro guttur secare decreverit. Inde opem inter suos desperans, Friburgum abit, nostroque Concionatore auditio, detegendi, quo premebatur, morbi propositum capit. Ab eo Calvinianæ ecclesiæ falsitatem, mediorūmque adversus stygem inopiam doctus, ubi hæresin uniuersitatem ac crima sincera confessione depositus, miram animi consecutus malaciam, nulla unquam abrumpendæ viræ tentatione pulsatus est. Tam manifestum divinæ virtutis argumentum adeò & hunc, & alium adolescentem in agnita recte fide firmavit, ut nulli, quos identidem domo mittebant, nubij persuadere redditum valerent, voce calamoque testantibus, non patriam, vel parentes, vel fortunas, imò nec vitam sibi unquam Religionem forciarem. Cui sanè responso & illud simillimum extitit, quo adolescentis in hæresi natus, ac Lucernæ veritatem edocitus, tabellarium ad se domo missum expedit; ut pertinaciam, quia primò restiterat, pari constantiâ æquârit. Intellexerant ejus sat pingui fortunâ parentes captum mutandæ Religionis propositum antè, quam in verba Tridentini jurâset. Adeò exemplum litteris, & imperio, qui adolescentem reduceret, nisi patriâ carere, & patrimonio vellet. Ille sibi permisus, prolatò sine mora Rosario, viden hoc? inquit. Age, & iis, qui te ablegarunt, ex me dico: patriâ, opibus, amicis me facile cariturum; at hoc signum non nisi cum vita dimissurum.

65.
Catholici opifici, inter hæreticos degeneris fortuna.

Nec minùs fortibus exemplis inclinavit veterum Catholicorum inter heterodoxos degentium spectata virtus. Basileæ opificum Catholicorum nonne in confederat, quem cives haud diu quiescere passi, quibus poterant modis, evertendum sumseré. Minis, blanditiisque superiorem experti, ne omnino nihil profecisse viderentur, coronatum datus receperè, qua die DEiparam angelica salutatione venerari omitteret. At egone, reponit ille, tam venalem in animo fidem circumferam, ut meam erga DEI Matrem Religionem coronato vendam? Nihil erat, quod non promitterent Calviniano dogmate Romanum inutatu. Vos vero, respondebat immotus, doceatis me, velim, quia tandem ratione impetrare à se ipso vir honestus, ac veri amans possit, ut sciens, ac volens, falsum vero anteponat? Eò deventum, ut libros pios, unde eum haurire hæc sensa credebant, ad unum omnes auferrent. Quo facto intelligens, nihil sibi ultrà pacatum fore, terrenis lucris saluti postpositis, convulsavit, ac, desertâ Basileâ, ad Lucernates migravit.

Ma-

Majori ferè animo, quām hic adversariorum consorta fugit, fōemīna haud procul Ingolstadio in medio illorum in viēta stetit. Palatinatūs cō tempore acatholici vicinia Lutherano illam matrimonio immexerat. Eo casu in virum inciderat, quem naturā ferocem Religionis oditum sic effeberabat, ut innocentem, sed catholicam, quotidianis verberibus, nec incruentis, affligeret. Non pauci, miseratione moti, fugaz cōsilia simul & media suggerebant: quibus illa sceno vultu, actis pro affectu gratiis, reponebat; pro Religione quidēm non verbera se tantum, sed & mortem optare. Altero cōcio visum. Lapsus ex edito loco tortor, cervices fregit; eratque una omnium, etiam heterodoxorum, vox: metitas saevitiae pœnas DEO exsolvisse inhumanum carnificem.

In ejusdem sexū infirmitate divinæ Gratiæ virtus enīuit clariūs alio facto, quod Landspurgensium nostrorum fasti commemo-
rant. Mulier celebri loco, & impensè Lutherano, nata, Præconi insu-
per nupserat, de fidei suæ veritate ad eam diem nihil dubitans. Cūn
seme maritum pro concione dicentem audiens, hæc maximè verba
notavit: Papicolas non hodie primum de Purgatorio igne fabulari: jam
ante annos plus septingentos hæc eadem delirasse. Teli instar animo-
hærebat dictum, ita secum ratiocinant: si ante tot secula purgato-
rium ignem esse Majorum religio tenuit: qua tandem ratione nos eti-
dem negando novitatis artolemur infamiam? Ex hoc, captatis oc-
casionebus, familiariūs cum Catholicis agere, discere Religionem,
amplecti velle. Lutheranam adeò coenam aversata, lustralia ortho-
doxorum sacra avidè conquirebat. Plura indices & apertius agebat,
quām ut diu maritum falleret: nec dubitavit roganti, quid in animo
federet, fateri. In furias hominem egit inexpectata confessio, dede-
coris nimirūm & Magistratum in eum, qui accrimè exprobraturi es-
sent vecordiam, quod uxor domi, sub oculis posita mariti, ac Pasto-
ris, Catholicam imbibere, ac discere fidem potuerit. Ergo saevit in mi-
seram, ac perleveranti convitia ingerit, verbera cumulat; nec gra-
vidæ parcit. Cūm viam illa semel reperit, quā clam se ad Catholicos
proripiens, absolvit ab hæresi, ac recipi in Ecclesiam rogat. At loci Cu-
rio nec habebat eam potestatem; nec litteris (quas statim dedit) im-
petrare ab Episcopi Vicario poterat. Ita spe sua dejecit, plorantem-
que cum sterili solatio ad suum carnificem remittunt, hoc unum adden-
tes: occasionibus invigilaret, si quam forte nancisci posset, convenien-
di Jesuitam. Dum hæc aguntur, ultro in eam urbe inveniunt tres no-
stri tirones, more Societatis, ex Superiorum imperio mendicatum missi,
qui inter alia loca, ubi stipem peterent, etiam hunc notatum accepe-
rant. Commodū eos inter Sacerdos erat, nec novus in cura ani-
marum, & suæ gnarus potestatis. Is certior de re tota factus, per fi-
dum hominem Matronam accivit, & perspectâ probè, quæ tot ex-
perimentis induruerat, constantiā, præ gaudio exultantem Catholicis
aggregat, & opportunis monitis instructam diuinitit. Longum sit,
omnium factas ad Ecclesiam accessiones referre, quibus in Catholicis
castra nostrâ operâ hoc anno adducti sunt plures quadringentis.

Inde mirum videri non debet, Acatholici gregis Pastores tantope-
re abhoruisse à congressu nostrorum, ut eundem viis omnibus etiam
nomini suo parùm honorificis declinandum putârint. Juvat ejus rei
adducere specimen, quod ad hunc annum Dilinganæ Academiz an-

66.
Et feminis
marito ha-
retico, ju-
erit.

67.
Alterius
Præconi
conjuncta
in fide in-
scipienda
ingens an-
tus.

68.
Phil. Hall.
brunnerus
Lavinga in
publica die
spurcatione
congregati
cum nostro
non audier-

nales scriptum reliquere. Lavingæ, urbe Palatinæ ditionis, Dilingæ proxima, in Schola publica Lutheranæ Theologizæ cathedram moderabatur Philippus Hailbrunnerus, magni apud suos nominis, quem pro pediem disputationi publicæ præfuturum, Dilingani Patres amicorum relatu cognoverant. Invitabat eos loci, non ultra horam distantis, vicinia, & hominis vix aliâs in pugnam eliciendi occasio. Pergit ergo Lavingam è Theologizæ Professoribus unus, aliquot suis auditoribus comitatus, & rectâ ad locum, ubi jam cœperat disputatio, progreditur. Non poterat excludi litteratus hospes, cuius inexpectata præsentia omnium in se oculos, & expectationem convertit. Nec mora: ubi tempestivum credidit, disputandi copiam sibi fieri iterato rogavit. Cùm ad eum conversus Præses: quid tibi mecum est, inquit; quem vestri virum bonum esse, ac honestum negant? tûne cum tali venire in certamen potes? hærebat enim animo recens aculeus, ab edito nuper Vötteri libello, quo is sparßas in illius libro adversus Societatem, & Catholicos universè, calumnias refutans, centum & amplius mendaciorum reum auctorem sine palpo & fuso egerat. At noster: non id, inquit, nunc agitur, quis aut qualis tu sis, vel habearis ab aliis. De argumento publicè ad disputandum proposito bona cum venia non nihil in medium allaturus huc veni. Obstinatè negavit Hailbrunnerus, prôferendi quidquam copiam fore, nisi palam ediceret, quo ipsum loco haberet? Ita noster, cùm verum dicere tutò non posset, falsum non vellet, & inanissimo effugio pugnæ discrißen averti nemo non intelligeret; maluit tandem, nullo proposito arguento discedere, quâm hominem, non unius calumnizæ manifestè convictum, honesti viri titulo compellare. Humanius cum nostris in alia Imperij urbe heterodoxa est actum, quò ex itinere delatos pueri sibilis ac ludibrii cùm excepsissent, monitus de petulantia Ludimagister, & improbavit factum, & ipse ad Senatum detulit; qui gravi edicto, ne quis ultra in hospites religiosos, aut Catholicos injurius esset, prohibuit.

69.
Dilingæ pp.
per Rheti-
am, sc
Sueviam
utilissimè
laborant.

Ea in oppida, ubi Catholicî vel immixti hæreticis, vel propinqui degunt, evocata spéciis Patrum Dilinganorum opera plurimum in conservanda, restituendâve Religione profecit. Wallersteinum præcipue, & Oetingam Rhetiæ, Comitum Oetinganorum invitatu profecti, humerum ubique auxere Catholicorum, reductis passim hæreticis. Revocati in usum multi ritus Catholicî, qui penè jam exoleverant; sparsi in vulgus utilissimi libelli, necessarium adversus doctrinæ venena antidotum: quod & in Rhaina Bojorum, Kirchberga, Elvaco ab hæretis per Sueviam sparßæ vicinia servatidis factum. Et Elvaci quidem, præter septenos Luthero subtraëtos, unum pessimi exempli crimen sublatum est. Virum nobilem & Catholicum, uxore carentem, jam undecimum annum, maxima omnium offensione, concubinam domi aere à Patre compertum est. Non destititile iteratis alloquiis fœdissimæ fœi horrorem iniçere homini, atque ad fœminam, si carere nollet, legitimo sibi matrimonio jungendam hortari. Dedit tandem vietas manus, & ambo, multis cum lactymis peccata confessi, magna orthniuum approbatione, trupissimum concubinatum honesto conjugio commutârunt.

Erat.

Erat tunc Dilingani Collegii præclara per Sueviam præcipue
famay & suminorum quoque virorum insignis existimatio. Quos in-
ten Campidonensis Princeps Joannes Albertus Gente Hoheneckius, jam
ante nos in suas editiones evocaverat; & expectationi responderat
fuerat. Hoc enim anno ad se Campidonam mitti virum è nostris
petuit, cuius in rebus magni momenti uti consilio posset. Profectus
est ipse Collegii & Academiæ Rector, quem, perspectâ viri doctrinâ
prudentiaque, octo dies detentum, cum multa propensi erga Socie-
tatem animi significatione dimisit.

70.
Evocat und
Joan. Alber-
tus Hohene-
ckius Prin-
ceps Cam-
pidonensis.

71.
Alium Oe-
nipontio
Christo-
phorus Aus-
dreas Spau-
rius. Episco-
pus Brix-
enensis.

et Pari erga nostros in Tiroli studio ferebatur Christophorus An-
droas è Spauriorum Familia, nuper à Gurcensibus Insulis ad Brixinenses
translatus. R.P. Joannem Fabrum Collegii Oenipontani Rectorem, ab Engelhardo Wolkensteinio reducem Brixinæ primum amantissi-
me interceptum aliquamdiu tenuit. Mox cōdem revocatum, de Ec-
clesia sua rite ordinanda acturus abdixit Bruneggium, ubi major com-
municandi cū se, quæ vellet, solitudo esset, & opportunitas. Su-
um deinde Generalem Vicarum admónuit: exquireret in rebus ar-
duis cōsiliū viri, multo-xerum usu, & spectata prudentiâ clari. Is
duodecimam tunc annum Oenipontanum gubernabat Collegium,
cujus fasti hodiēdum testantur, multum eam domum illius industrie,
prudentiae, ac magnanimitati debere. Hoc tamen anno ad alias cu-
ras superiorum voluntate translato successor datus Bartholomæus
Wellpergius, antecessorem virtute, at non regiminis diuturnitate,
æquavit.

72.
Plaurlin-
gana Missio
cum primis
fructuosa.

Nec deerat Oenipontanis Patribus tanto Pastorí sua obsequia
alibi probandi occasio. Flaurlinga pagus, magnum animarum com-
plexus numerum sex horarum itinere Oeniponto distat. Parochus,
quod agri jam dudum silvescentis repurgatio supra unius hominis vi-
res esset, saltem unus sibi Oeniponto in Iubsidium ut mitteretur, ro-
gavit. Missus est P. Michael Rheiarius, laborum ejusmodi avidus & quæ,
ac pasiens. Tanta erat in neglecto diu populo rerum Religionis im-
peritia, ac discendi incuria, ut signum Crucis formare etiam adulteri
nescirent. Contra vigil in sui diffusionem hæresis viam invenerat,
illudendi plebeculae, dum libros sua peste infectos, cœu arcana cæ-
lestia continentis in legere scientium manus inseruit. Hos pro magi-
stri exemplo se gerentes cū litterarum ignari audirent, doctrinæ
purum DEL verbum identidem crepantis, specie decepti, ea, quæ do-
cebantur, obstinatione vix ullis deinceps rationibus cessura, tenebant.
Felici non minùs, quam sapienti consilio ducem ipsum aggressus no-
ster, eo devicto haud magnum in reducendo grege laborem habuit.
Erat is barbatus senecio, qui, ætate in evolvendis Lutheri Bibliis, aliis-
que sectæ libris contrita, ceterorum se magistrum ferebat. Eum
verbis obsequisque devinctum, patitorum congresuum placida in-
stitutione sic in errorum cognitionem adduxit, ut annis pessime collo-
catis multum illacrimans, prōlati & abjecti ad pedes docentis no-
centissimis chartis, vitam omnem anteactam gemitus inter ac suspi-
ria recensuerit, eoque factò impo gaudil finem nullam fecerit agendum
gratiis, illud Simeonis centos iterans: *Nunc dimittis servum tuum
Domine &c.* Factum id sanè maximo suo, & pari aliorum bono;
Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. I qui

Presertim
in extin-
guenda her-
esi per li-
bros illatos.

qui eadem facilitate, quā errantem lecuti fuerant, nunc sequi gaudabant resipiscerent. Erat tunc in gente tota Confessionis usus, extra definitum ab Ecclesia tempus, planè nullus; neque, cùm utebantur, alius, quām generalis accusatio sui, non speciem ullius peccati, non numerum referens. Hæreticorum contrā librorum, amuletorum magicorum, superstitionum apud omnem ætatem notitia, & asuetudo. Deteclis portio hæreticorum fraudibus, errorumque gravitate, mox patuit, ab optimæ intentis hominibus non tam malitia peccatum suisse, quām ignoratione veritatis. Turmatim accurrebant ad lacrum tribunal, & mille omnino sub Pascha auditii, quorum quingenitis plures ab ovo sunt exorsi. Ut orantium votis fieret satis, & fermentis radices ageret, tertio fuit redeundum; ubi omnes, ceu nemini ab hominum memoria visam, sunt admirati, quod festa Assumptæ in Cælum Virginis luce sexaginta, ferii, Natalitiis centum ac triginta ad sacrum epulum, accesserint. Eximenda tamen passim opinio fuit, quā post acceptam à Sacerdote Eucharistiam, Dominicum sanguinem ab æditio hauriendum præberi, obfirmatē tenebant.

& publicis
œdiis.

Inter alios saluberrimos hujusce Apostolici laboris fructus diu per ora laudantium ibat gravium odiorum extincio, quæ nusquam, ut in rustica plebe, pertinacius ardent. Madebant omnium oculi, cùm filium cernerent, post inveteratam cum longævo parente inimicitiam, à nostro persuasum, amicorum primum, mox sua voce, odiū tam scelerati veniam petere, & à parente non minus ad ignoscendum duro impetrare. Ad communem verò totius populi lætitiam pax illa pertinuit, quæ Curionem inter, & rusticos nonnullos, obstinate ab eodem dissidentes, coaluit, frustà ad eam diem à Decano ac Præfeco tentata, neutra partium quidquam alteri volente concedere. Ea, adspirante Numine, ita à nostro perfecta est, ut firma posthac solidaque duraverit. Nec enim erat, quod Patri negare quisquam vellet, quem, ut prodeisset omnibus, sui penitus oblitum cernebant. Nam bis Dominicis Fettisque diebus pro concione diebat: catecheticas quæstiones explicabat quotidie: & si vel parūm ocii relictum erat, per dispersa in montibus mapalia circumibat, ne ullum solatii fructusque expertem relinqueret.

73.
Landspers-
sonibus di-
tiones suas
excolendas
tradunt
Henricus B.
picopius
Augustanus,
& Cathe-
drales Ca-
nonici.

Ut in hæc veteranorum Ducum vestigia tironum nostrorum juventus adolesceret, Henricus Augustanus Episcopus, & Cathedralis Canonorum Collegium, campum aperuere. Multi, iisque amplissimi pagi partium Episcopo, partim Capitulo parent, qui tunc vel cultorum inopia, vel incolentium negligentia, magis in dies silvescebant. Nobis agri passim in lolia degenerantis curam committere cùm vetus erga nos studium, tum capta non semel experimenta suadebant. Regitur cùm superioribus communicata, terni lecti sunt Sacerdotes veterani, totidemque adjuncti tirones quidem, sed queis tuto credere partem laboris possent. Et nequa terum necessariarum cura Missionarios avocaret ab animarum obsequio, de domo victuque ubique provisum liberaliter est ab iis, qui misserant. Adiecta ingens rosariorum, imaginum, piorumque libellorum copia, necessaria sub hæc tempore non tam paryulis, quām adultis sapellex.

App-

Appetente verno jejunio, magnis animis bini ac bini demandata sibi provinciam ingressi, sic laborem partiti sunt, ut unus loco totius tractus præcipuo affixus, præter dies Dominicos sextâ quavis serâ verba ad populum faceret; ac pomeridianis prætereà horis Christianæ Fidei explicaret rudimenta, eo ubique auditorum concursu, ut mille non minus capitibus censerentur. Par aviditati in gente docili-
tas, & vel in pusilla ætate tantus ardor, ut, qui nec litteram nō
sent, brevissimo tempore catechismum totum, nunquam fallente me-
moria, coram populo stupente recitarent. Alter laborioso perquam
circuitu intra horas quatuor & viginti, conciones plerumque quater-
nas instituit. A Sabbatho initium ducebat, post vespertinum saluta-
tionis Angelicæ signum dicendo ad populum. Manè proximo ad vi-
cini pagum tam matutinus ibat, ut, suo ibi munere functus, sub
meridiem veniret ad tertium; ac vespere demum in quarto ultimum
sermonem absolveret.

Eximendus tamen sub initia metus fuit, quem vicini hæretici, aliique solo ferè nomine diversi, injecerant populo, ne nondum bene cognitis fiderent. Ita, qui primi ad Patrum pedes confessionis causâ se abjecerant, trepidè id fecerè, & veluti vadum tentantes. At secundi à primis edicti tam nihil afferebant metus, ut deinceps longè ante occuparent tribunalia, per quinas sèpè horas adventuim præsto-
lati. Plerique ab ipsa pueritia accusationem exordiebantur, quod graviora permulti, vel inscriti, vel pudore celaverant. Ita paucorum virorum cum pari ardore ac ordine peractus labor eos, favente cæ-
lo, successus habuit, ut non impletas duntaxat, sed superatas fuisse conceptas spes gratulati fuerint tum sibi, tum nobis ejus Missionis Auctores. Erant, ad quos iste labor se extenderat, pagi unius ac viginti, in agro siti, qui ab Augustanæ Civitatis finibus Oberndorf-
fium usque porrigitur, quorum catalogum hic adscribere inutilis labor est visus. Accessit Schongavium, cui ad civiam preces pro tempo-
ris angustia pauculi dies impensus.

Ast nihil hoc anno ad memoriam illustrius exhibit Landspur-
gensium fasti, quam collectos trans literam in Constantiensis Dicœc-
seos agro amplissimos fructus. Unde minimè sperari poterat, pulcher,
rima messis collecta est. Ravenspurgum, nobilis olim Comitum Al-
dorffensium sedes, nunc, siis pridem extintis, libera Ithperii Civitas
est. Tribas ferè passuum millibus à florentissimo Benedictinæ Familiæ Coenobio ad vineas (Weingarten) situm, fertilem æquè ac a-
mœnam planitem occupat. In eam, ut in alias civitates liberas, ubi
magnam partem populare imperium est, nata inescandæ plebi Luthe-
rani Evangelii libertas irrepsit. Inde, scissa in partes civitate, major
plebis ac Senatorum numerus, novitate ac molitie captus blandum dog-
ma complectebatur, retinentibus antiquam Fidem cum parte saniore
ternis consulibus; penè quos ibi suprema potestas est, reliquis Reipu-
blicæ muneribus Senatum inter ac plebejos divisus. Hæc quidem tum
Ravenpurgi, Religionis ac Civitatis facies erat; donec aliena Pax
Westphalica, Rei Catholicæ parùm fausta, induxit.

74
Ravenspur-
gensia Mita-
onis occi-
sio.

75.
Georgius Abbas ad Vineas no- strum ed- mittit, in lo- cum Paro- chi demor- zui. In eo animorum divertio, dum Catholici amore quietis im- providam in concedendo lenitatem, Lutherani in petendo audaciam, pro regula habent, imminui quotidie res Catholica, crescere Luthe- rana coepit. Accedebant ad credendi vivendique libertatem quorun- dam Clericorum parum laudati mores, sacrorum neglectus, & in tractandis sui munera partibus ignavia, inscitiae. Diu tot malis re- medium optaverant boni: cum DEO vilum est porrigerre auxiliarem manum per Georgium Abbatem ad Vineas, virum omni laude majo- rem; cuius in tuenda Religione maxima erant in omnem circa vici- niam merita. Nam ecce! dum in alios usus more annuo unum e nostris Landsperga evocat, Ravenspergensis Parochus, annis mor- bisque consecutus, vitam una gregemque deseruit. Pertinebat ad Prae- sulem cura sufficiendi in demortui locum Pastoris. Adventantem igitur nostrum gratulabundus excipit, & commendato Catholico gre- ge, mox Ravenspergum dimittit, futurum, quantum per Societatis In- stituta liceret, loco Pastoris. Qui lubentissime obsecutus magna ani- mi alacritate suscepit insperataam praecelare de re Catholica merendi occasionem.

Mirus Ca- tholicorum ad Concio- nes affluen- tium ardor. Primis concionibus ac cathechesi, sic auditorum animos occupa- vit, ut vehementer, & palam dolerent, tam sero eum sibi obvenis- se salutis magistrum. Qui quidem animorum affectus tum maximè se prodere visi, cum inteligerent, breviorem, quam ipsorum vota, ac necessitas poscerent, Patris commemorationem fore. Crevit inde au- diendi, dum liceret, ardor, parentibus etiam parvos secum trahen- tibus liberos, & reviviscente latissimis incrementis inter Catholicos pietate. Sub festa Natalitia, quod nemo meminerat, sexageni post factam exomologesin sacro epulo pasti: numerus pro temporis loci que conditione vel cum maximo conferendus. Ad Pascha produce- re noster Missionem jussus, jam ita ad audiendum se haereticos quoque illexerat, ut certatim cum Catholicis in templo, ac scamna irruerent. Et quamvis, quod cum secta opum quoque ac fortunæ mutationem timerent, paucis ad redditum sufficerit animus, apparebat tam in pluri- mis non obscura propensio. Certè cum in libera civitate numero ac po- tentia valerent; Concionatori, nostra quotidie confirmanti, & ad- versa confutanti, nihil odii, nihil à quoquam adhæsit calumpnia: id, quod pro animi à veritate subacti, ac dexteritatis in dicente singula- ris argumento habuere, quoquot loci & sectæ ingenium noverant.

76. Civium af- fectus adstrinxerit. Nam valere auditorem pro concione jubenti, soluti in fletum suspiriis tantum & singultibus respondebant; viris non redditum. Sub discessum clare patuit, quā arcte sibi omnium ordinum animos valuit teneræ ætatis spectaculum, quæ inter sonoros ploratus Patrem complexa, viisque præpediens, turmatim domum est pro- fecta. Eandem deinde ingressi Confules, amplissimis verbis gratias regere ob mutata in melius, & confirmatam, quæ Catholica est, in majorum Religione civitatem, id magnopere extollentes; quod cum tantopere profuisse Catholicis, sic tamen ardorem animi prudentiam temperaverit, ut nihil in odium aut invidiam trahere haereticos pos- sent. Ad Georgium deinde Abbatem missi legati, qui communio-

nomine gratiarum actione fungerentur, pro submisso tam opportuno inclinatis Catholicorum rebus subsidio, unāque impensè orarent, ut viri ad se redditum impetrare à Societatis Superioribus vellet. Paucis post transeuntem Ravenspurgo Provincialem Roseffium ipsimet cum summa grati animi testificatione obtestati sunt, ut idem Catholicorum solatio, ac communī Religionis bono concederet.

Idem sui desiderium reliquēre, quorum labor fuit Catholicorum ubique excitare corporem, qui tempore ac hominum vitio apud mul-
tos penē in veternum abiérat. ^{77.} Brunovium, jam aliàs excoli coeptum, excurrunt
nostris haçenūs operariis caruerat; quòd Octingani Patres, quini
plerumque vel seni, nequitiam ad omnium votis gratificandum suffi-
cerent. Hoc anno Civitatis optimè erga nos affectæ precibus Sacer-
dos unus cum fratre laico concessus, insigni operæ pretio. Per
duodenos Adventūs Dominici dies, novies dicendo ad populum, ita
sibi obsequenter habuit, ut ducenti ac quinquaginta palam Sacra-
menta suscepint: cùm, qui longissimè meminissent, nunquam sub
has serias septenis plures accessisse assererent. Una concio è Boico,
quod urbem tenebat, præsidio sexagenos ad expiandas inveteratas
animi labes induxit. Agerrimè dimissuri erant tanti fructūs opera-
rium; nisi promisso ad majus jejunium redditu: qui poste à tanto iis
jucundior accidit, quòd, qui ex unius Sacerdotis labore tantum pro-
fecerant, digni æstimati fuerint, qui duos acciperent, Quadragesi-
mam omnem in civitatis obsequia divisuros. Ambo strenuè perfun-
cti officio, laborem ita partiū sunt, ut quinques ac vicies unus è
cathedra; tricies alter è piano instruerent populum, Catecheseos in-
primis tam avidum, ut, cùm præter Dominicos Festivosque dies se-
cundā insuper, quartā & sextā feriis ad eandem vocarentur, nemo
aut obrui le, aut fatigari quereretur: crantque & ludimagistri in col-
ligenda adducendaque juventute mirè alacres, ac indefessi. Et verò
ad imbuendos necessariā doctrinā majores magnum veniebat à tenel-
la ætate subsidium. Sacramenta rite percipiendi rationem adulti non
facilius discebant, jucundiisque, quām cùm necessarias super ea re
quæstiones proponi simul ac solvi audirent à parvulis, miro studio in
medium provolantibus, & audiri rogantibus.

Nemo tota in urbe vel agrorum, vel valentium erat, qui non ^{Restituenda}
conscientiæ arcana communicaret cum Patribus, qui, ne ullum omit-
terent hominum genus, visendis etiam leprosis statos dies designave-
rant, ut & his institutionis æquè ac Confessionis opportunitas esset.
In desuetudinem multa abierant, quorum usum nostri restituere.
Piacularis unda sic eviluerat, ut eam domi servarent perpauci, veteri
magis parentum more, quām reverentiā. Ejus virtus pro catechesi
explicata diligentius, id statim effecit, ut recentem quot Dominicis
cum reverentia è templo domum asportarent, & coemptis certatim
vasis ad religiosum familiæ usum suspenderent. Par erat olei sacri ne-
glectus, quo inungi horrebant omnes, queis vel tenuis supererat recu-
perandæ valetudinis spes, quam omnem eo corpori admoto erepa-
tam credebant. Dedocti & hunc errorem, ac intellecta tam salutari
Mysterii Sanctitate, deinceps omnes, quos per id tempus gravior
morbus in discriminem conjecerat, eo muniri rogáruunt; ut affirmaret
Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. K ^{ædi-}

æditus; ex quo nostri adessent, plures extremum intinctos fuisse, quām ipse, aut quisquam alius ab omnibus retro annis meminisset. Etiam, quod effectu difficile omnes crediderant, sublata in capo-
78.
Emendatæ
præve con-
suetudines.
nis compotandi consuetudo, nec auditæ, ut antè, ullæ per urbem temuleritæ voces; quia tamen indignè quisquam ferret dissipatos conventus. Imò, actis pravi moris extincor gratiis, modum doceri ro- gabant, quo consuetudinem prorsùs exterminarent, sibi, familiæque perniciosaam. Blasphemorum, temerè jurantium, spurciloquorum, officii admonitorum non minor fuit parendi promptitudo, pariter non irascientium medicis, sed remedia postulantium. Libri hæretici vel empti à scientiis, vel imprudentibus obtrusi, crepti volentibus sunt, & ad flamas damnati. Sacrificio Missæ debitus honor restitutus; cuius, etiam die festo neglecti, ut quotidie copia esset, Patrum alter summo manè litabat, operarum maximè ac famulantium bono: & æstimasse beneficium, frequentia docuit.

79.
Gratitudo
civium re-
tinerere no-
strorum que-
rensum.
Hoc tam egregii proventus labore sic mutatum in melius, tamque Brunoviun est, ut ad nostros domos egressos passim se cives adjungerent, porrectâ dexterâ gratias agerent, missis munusculis affectum testarentur, identidem asseverantes, non interituram apud se unquam nostri, dictorumque memoriam. Promittebant nonnulli, alteram se quadragesimam jejunaturos, si tantundem temporis manere secum statuerent. Unum saltem relinqu orabant, Ecclesiastæ munus obitum, domum, redditumque stabilem, atque ab omni alio inunere immunitatem polliciti. Cum verò à discedentibus ne invaticum quidem admitti quidquam ultra necessitatem cernerent, missis post paulò ad Oettinganum Domus nostræ facellum pretiosissimis pro Sacerdote vestibus compensarunt Missionariorum abstinentiam, multa cum laude Societatis.

80.
Missio Burg-
husiana re-
ta nitur.
Quæ hunc in modum longius Oettingâ dissitis impendebatur cura, negari non potuit vicino Burghusio, probatam superiorum annorum experimentis operam iterato exposcenti. Solidum propè annum occupatum tenuere excurrentem ad se identidem operarium. Is Dominicis æquè ac Festis diebus è cathedra, & à meridie catechesi instituebat accurrentem undique populum, magno etiam hic, & nocessariò adultiorum æquè ac pueritiae bono. Extra eas horas in sacro pluriusque tribunal consedit, ubi semper eum audiri rogantes vel accedebant, vel opperiebantur. Inde morbidos, ac moribundos consolator adibat, prospero semper in ritè ad exitum preparandis successu. Uni præsertim foeminæ saluti fuit. Ea, cùm pejus in dies è morbo haberet, omissis aliis, Patris tantum adventum suspirans, per aliquot dies id frequens ingeminabat: O mi Pater! quando ad me redibis, ut ritè tandem confitear, tibique committam, quæ alteri mortalium nemini? Proxima festa luce adest ille, deque mulieris desiderio funul ac periculo monitus, confestim, ut erat à pedestri itinere madidus, ac luto conspersus, ad eam properat, confitente audit, ceterisque morientium præsidiis muniri curat. Et illa tunc quidem mente ac sensibus integra, paulò post utrisque orbata, postridie funus fuit. Juventutem verò & hic tam omnium, quæ docebatur, avidam, tam retinentem ac intelligentem reperit, ut discedenti in docendis adultis

ma-

magistra succederet. Nec invitatos habebant auditores, circumstante passim parvulos doctores radium turbam, admirante sacræ doctrinæ peritiam, ac majorem in explicanda inculcandaque, quam pro arte, ardorem impensa locis aliis circum Oettingam sitis, ac novæ præsertim Oettingæ Dominicis Festisque diebus dicendo obsequia inter consueta habebantur.

Id novum, quod celebre Cisterciensis Familiae Asceterium Oettingam nostros ad suorum obsequia advocavit. Alderspachium, ignobilem antehac inferioris Bavariae vicum D. Otto Bambergensium Episcopus celebrem fecit, inductis olim Canonicis, qui Alcuino Praeposito, sub Religiosis D. Augustini signis merebantur. factum id anno post Christum natum supra millesimum centesimum trigesimo nono. Ottone autem hoc ipso anno è vivis sublatò, vivente adhuc, & tum maximè per Europam in clarescente D. Bernardo claræ vallis Abbatem, octavo post anno, Canonicis alio translati, locus Cisterciensibus traditus in hanc diem ab iisdem incolitur. Hoc tempore, anno post millesimum quingentesimum octogesimo sexto, vigesimâ quinta Octobris, Abbatis dignitatem sponte dimiserat Andreas Haydeckerus, quem ad id munus postulatum à Monasterio Cæsareensi accepserant. Suffectus eadem die, magno elgentium consensu Joannes Dietinair, eandem sacram regulam in campo Principum professus vir nulli sui ævi ac Ordinis qua pietate, qua doctrinâ secundus. De præcellentí doctrina suffragium tulere testes exceptione maiores, Albertus Hungerus Ingolstadiensis Academæ Pro-Cancellarius, & GREGORIUS noster de Valentia, qui raram eo tempore Doctoris Theologi lauream eidem decreveré. Virtutem viri, quo loco sui haberent publico universi Ordinis judicio patuit, quo eidem gravissimum Visitatoris munus demandatum est. Patria ipsa intra Ordinum Provinciæ Deputatos, ut vocant, adlegit, cui officio inter ipsa Comitia Monachii est immortuus, anno hujus seculi duodecimo, secunda ac vigesima die mensis Januarii.

Hic tali pietate ac sapientia Præfatus unum è Patribus Oettinganis Alderspachium accivit, & sacris suorum obsequiis intentum ultra mensem detinuit. Partus uno labore fructus mox alium peperit. Nam & tirones nuper in religiosam militiam adlectos, fratresque laicos instituendos dedit, crebras ad totum coetum habere adhortationes voluit, lacris S. Ignatii Exercitiis ipse cum quattuordecim sacerdotibus miro ardore, dirigente nostro, vacavit, perspecta etiundem suavissima vi aperiè dictans: ultimum hoc demum esse remedium, quod non languentem duntaxat animum, sed vel mortutum fusciter. Nec ii, qui Cœnobio ab obsequiis, aut è subditis propinquiores erant, Missionis fructu caruere. Centenis plures ad expiandum confessione animum induci, atque hos inter octo & quadraginta audit, qui vitam omnem relegebant. Sanxit præterea religiosissimus Præfatus, ut servi omnes Monasterii, antequam ad diurnos labores irent, Missæ sacrificio assisterent, statisque anni temporibus Sacraenta suscepserent.

83.
Törringia. Crevit his successibus de Patrum in juvandis animis studio pe-
gente Fug-
gera sua so-
re nostro
mortem e-
vadit.
ritaque existimatio, & eos ambientium numerus. Videbatur cœ-
lum apertis favoribus venire velle in partem laboris. Ita haud pro-
cul Oettingâ ad Familiae Törringanæ arcem evocatus è nostris Sacer-
dos in afferenda etiam corporis salute supra spem felix fuit. Penè
cum morte conflictabatur loci Domina, gente Fuggera, cui acutissimi alterius lateris dolores spiritum intercludebant. Huic malo post-
quam tussis accessit, erecta insuper voce, ob dolorum vehementiam extremis proxima credebatur. Ad vigilabat ægræ per noctem Pa-
ter, & desperata videns humana remedia, in spem altiorem erectæ Oct-
tinganæ Virginis memoriam ingerit, & vota concipere ad eandem
suadet. Et ecce! vix obsecuta hortanti, nescio quid asperum ascen-
dere per guttur sentit; mox in tussim acta lapillum exspuit grandiu-
sculum. Eo vix ejecto, minor aliis sequitur; desinunt simul dolores,
ac manifestis in dies incrementis redit integra valetudo, plaudente, quæ
ut perditam deplorârat, Familiâ, ceteraque nobilitate, quæ pleraque
ad expiandum animum vel accedebat nostros, vel evocabat.

84.
Ad Stavia-
cenfem Pa-
reciam ac
Monasteriū
à Lauzanen-
si Episcopo
mittitur P.
Ægidius
comes.
gnari æquali studio in bonum animarum ubique laboravimus. In
Staviacensi Friburgensis Reipublicæ oppido cives Parocho, & sacræ
DEO virgines Confessario carebant. Petente Episcopi Vicario P. Æ-
gidius Comes missus, utramque ad tempus curam suscepit. Expiatæ
statis diebus Virgines, & adhortationibus crebris virtæ religiosæ finem
modumque edocet. Cives vero adeò mutati in melius sunt, ut re
ad magistratum perscripta, æquum is judicaverit, ut ad Collegium
gratulaturus unâ & gratias acturus, cum lectis Senatoribus ipse Prætor
accederet.

85.
Biburgo-
ses Patres
in carceri-
bus Aben-
sperge cum
fructu labo-
rant.
Fominam à
desperatio-
ne & infamia libe-
rant:
Neque eorum, qui in ergastulis sepulti extra hominum memo-
riam vivunt, calamitas intentam in omnes charitatem sallebat. Ar-
benspergæ hoc anno præcipue pleni erant reorum carceres, quos
præter loci miseras inclemensia quoque custodum vexabat; quibus
per nostros Biburgo excurrentes, ut lenius aliquantò ac benignius
haberentur, impetratum est. Vehementer ea caritas miserorum
animos cepit, ut pronissima voluntate acciperent, quæ morte vel
exilio damnatis ad piè moriendum, aut Christianè posthac viveendum
præcepta tradebantur. Evenit tunc fortè, ut fœminam honesti viri
conjugem, tunc uterum ferentem, exorta violati thoris suspicio in car-
cerem detruaderet. Eam ex infamia tristem, inopemque consilii ma-
lus dæmon impulerat, ut illata sibi morte captivitatem unâ vitamque
finiendam decerneret. Cingulum igitur solvit, ac superiori ansæ os
innexo collum indit. Sed eo mole corporis rupto in terram dum ca-
deret, excitata strepitu lictoris uxor, accurrens fatalem nodum dissol-
vit. Commodum noster obibat carceres, qui, re intellecta, primùm
illam ad spem mentemque meliorem revocavit: mox ut confessione
levaret animum, Agnūmque ceretum, præsidio adversus dæmonem
futurum, collo appenderet, persuasit. Quo facto, paucis post diebus,
deprehensa suspicionis vanitate, vinculis liberam maritus domum re-
cepit. Abenspergenses prætereà institere, ut præter Catechistam Sa-
cerdos concederetur, qui sub verni jejunii festos dies ad populum di-
ceret;

ceret; quod eo civitatis bono ac solatio præstitum, ut id obsequii ad festum usque Assumptæ in cœlum Virginis apud se continuari iugis precibus petierint, atque etiam impetrarint.

Ab his ipsis nostris Biburgi incolis Thaumaturgæ Allerstorffensis ^{86.} B. V. Aller-
ædem splendide ornataim, ac dedicatam fuisse, superiori anno memo-
ratum est. Cœpit ex eo inclarescere loci celebritas, ac vetus reli-^{in clientes}
gio, aucto pariter cœlestium beneficiorum, & se gratos propterea
sistentium numero, Gloria Virginis, & loci ratio ad nostram curam
spectantis postulare videntur, nonnullorum memoriam transmitti ad
posteros. Mulier uterum ferens in exaniimi capite defixerat oculos.
Inde, cum stato tempore partu solvi non posset, compulsa doloribus,
aditaram se Allerstorffense templum cum novem fœminarum comitatu,
sacrûmque solemne curaturam vovet. Auditæ sunt preces, ac mulier
liberata periculo se voto exsolvit. Alia huc septem stipata virginibus
venit, ut votum impleret, quod exequi deinortua soœris neglexerat
quæ, ut suo nomine eum laborem susciperet, per quietem admonuit.
Filiam herculeo morbo laborantem afficta mater habebat. Eam, si
sanaretur, adductoram se vovet, candido amictu ornatam. Evanuit
malum, sanâque mater adduxit, & albam puellæ vestem beneficij
monumentum in templo suspendit. Quinquenni filiolo alia febris
extuanti, medicinam adhiberi à superstitione mulierē passa, repente ar-
dores noxios e nati corpore in suum translatos persensit. Tam re-
pentino morbo attonita, suspicatur id, quod erat: causam inval-
itudinis esse, male quæsumum nati malo remedium. Detestata igitur
crimen, ab Allerstorffensi Thaumaturga poposcit auxilium; ad quam
profecta, & expiata à noxis, Divinóque Epulo resepta, inditum à Stry-
ge malum feliciter expulit.

Est & aliud vicinum Biburgo Templum, nostræ curæ commis- & D. F. L.
sum, cui à Divo Leonardo nomen ac veneratio est. Impensum & gardixea
huic exornando laborem ac sumtum, gratum vicinia & cœlestis Pa-
tronus habuere. Lunatico furor, & fœminis duabus laterum dolor
concepto voto sanatus: quæ ut gratum animum Divo probarent,
zonâ ferreâ lumbos cinctæ annum totum incessere. Puella pedibus
jam inde ab ortu capta gressus redditus: quam Mater voti rea, cir-
cum aram genibus reptans, in admirantis populi conspectu cum can-
dida in manu face incedentem duxit. Ab aliorum corporibus, eodem
Divo deprecatore, tormina, lumbagine, cephalalgiam, epilepsiam,
fæstidia stomachi, membrorum tumores, aliavæ mala depulsa fuisse
votiva multorum dona testatum fecere. Movit celebrata per Bava- Ser. mi Guta
riam, harum Ædijum religio Guilielnum Bojaræ Ducein, ut & hoc
anno unâ cum serenissima Conjuge ad utramque inviseret: & ad Al- Helmus &
lerstorffense quidem pretiosum ornatum attulere, quo & terni Sacer- Renata Al-
dotes, & totidem Altarium frontes vestirentur. cum donis
venientes.

At Eberspergeni D. Sebastiani Sacrario eundem honorem quartum habuere Serenissimi Principes: septenis aliquando, alias octonis ubi crescit
diebus ea religione consumptis. Fatebantur se impares explicando erga D. Se-
bastiani Catholicon vexillis, cœlitum cultu nova in dies per Bavariam
Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. L. in-

incrementa capiente, dum interea tot aliæ regiones, admissa in visceria hæresi, hoc cœlesti præsidio nudabantur. Iis maximè diebus è vultuum serenitate pientissimorum Principum sancta lætitia emicar visa, quibus ex eorundem voluntate ad placandum Patriæ Numen Eberspergæ quoque per horas quadraginta orabat accurrens ex frequenti circum agro plebecula; cuius in precando modestia, & simplex ardor præ pompa urbana placebat. Nec dectant nostrorum studia, novos identidem modos excogitantum, quibus caperetur gens, pietatis aida, & fleti facilis. Triplex in eum finem à tenebra juventute cum magno animorum motu institutus Dialogus, quorum primus Christi nascentis, morientis alter, tertius in cibum se præbentis amorem spectantibus explicabat, & ut redderent, postulabat. Restituta Indulgentiis ab Ecclesia concessis æstimatio, ac reverentia, eo successu, ut, postquam impetratas nuper à Clemente VIII. pro duobus per annum diebus fama vulgaverat, impar futurus fuisset auditu volentibus Sacerdotum ibi præsentium numerus; nisi suppetit annuentibus venissent Monachio.

Sodales Mo-
nacenses
supplex ag.
men addu-
cunt.

Hæc inclyta civitas supplex D. Martyri agmen adduxit, diu omnium ore celebratum: In eo tempora, quæ sola non savebat, Soda- lium tum litteratorum, tum civium pietatem tanto reddidit illustrioreni. Nam licet effusis imbris maderent omnes: nemo tamen à signis recedere, aut ordines deserere visus. Merebatur tanti exempli patientia, ut, cum in conspectu Ebersperga esset, cœlum per sesqui horam suspenderet pluvias; dum Clerici linteati, musicis populoque comitantibus, ad inile passus obviā progressi, exciperent optatissimos hospites, ac debito cum honore in Templum inducerent.

88.
Beneficia à
D. Martyre
clientibus
præstata.

Verū sparsa latissimè beneficia non è Bojaria tantum, sed ex remotis Provinciis peregrinos traxere. Hos inter à corporum peste viceni: tricens plures à gravibus se morbis servatos Divo Sebastiano adscripsere, allatis, quæ voverant, signis. Crucifixi etiam Servatoris imago in Templi propylæo suspensa, venerationi multis esse pervexit, postquam in cultu religiosi præmium alii à dentium, à viscerum alii pedumve doloribus, unus etiam à phrenesi liber fuit. quod idem beneficium D. Joanni Christi Præcursori, cuius memorie erectum in Templo altare visitur, debere se professus est unus, qui, voto ad Divum concepto, esse phreneticus desist.

89.
Sacramente
torum pœ-
nitentie &
Eucharistie
virtus.

Hæc etsi quotidie magis obscurabant hæresim, promissorum in Evangelio signorum expertem, nihil tamen ita ad firmandos in sua fiducia Catholicos valuit, uti Sacramentorum, quorum frequentem usum ubique nostri urgebant, mira vis in perfanandis animis corporibusque. Ingolstadii sola peccatorum Confessione salus corporibus redditæ saepius: crebrius multò exempti mœrorē animi, jam violentam in se manum expertis, atque ex ipso laqueo vel unda extractis. Uni suffigiente animam Panis Vitæ vixdum porreetus servavit; atque, ut summi posset, effecit. Fœminæ plus quam octogenariæ vita ad ultimum discrimen pervenerat; fluente è naribus per horas complures ingenti sanguinis vi, omni sistere laborantium deluso conatu. Accitus noster, cum ægram expiasset, ac quæstio moveretur: an in illo narium profluvio dari posse Eucharistiam censeret? posse respondit, obtentâ

tentâ interim naribus spongiâ. Adest igitur, qui migraturæ Divinum viaticum porrigat: cùm ecce drepente ad præsentiam Numinis & sanguis stetit, & mulier cum salutis Auëtore salutem recepit.

Bruntrutano civi repentevis morbi tam gravis incubuerat, ut nec intelligere quidquam, nec ipse intelligi posset, verbum ullum aut signum edere incapax. Una omnium animæ statum miserantium in Missæ sacrificio spes: quod dum offert ad aram noster, drepente sensus infirmo redit, ac ratio, imò ipsa post suscepæ pœnitentiaz ac Eucharistiaz Sacraimenta valetudo. Alteri eadem in civitate fatalis hydrops præcordia occupaverat, jam cordi proximus. Illo, deserentibus medicis, interno monitore veram morbi radicem edoctus, peccata, peccandi que voluntatem syncera Confessione ejicit; Cibum salutis jam dignus conviva sumit; oleo sacro inungitur; & ecce cum peccato etiam peccati supplicium morbus disparuit.

90.
Missæ Sa-
crificium
efficax in
sanando ci-
ve Bruntru-
cano.

In Lucernatum ore diu versatum est beneficium, collatum cœli. Et civis Lu-
censis in virum opulentum, & apprimæ Catholicum. Filium is habe-
bat, quem noxious, qui oculos insederat, humor jam quartum deci-
mum diem visu orbaverat. Cùm nihil proficerent medici, rogat af-
flictus parens, ad D. Leodegarii honorem sacrificium noster ut offe-
rat. Cum ipso sacrificio finem morbus habuit, & filio, gratulante fa-
milia, expeditus rediit utriusque luminis usus. Et digna erat, cui cœ-
lum faveret, egregiè catholica civitas, in qua quotidie magis efflore-
scebat Sacramentorum præcipue usus, ac reverentia. Singulare hoc
anno Helvetiæ Jubileum concesserat Pontifex, quod maximo gaudio
acceptum, multum nobis laboris, plus consolationis attulit. Ea enim
erat omnium ordinum erga nostros fiducia, ut Sacerdotes, urbani &
quæ ac vicini, penè omnes conscientiaz nobis arcana concrederent,
& Parochi suos, ut idem pari securitate facerent, è cathedra adhor-
tarentur. Nec raro eadem de causa à Superioribus invitati ad sub-
jecta Monasteria aures præbuere de tota fæpè vita confitentibus. De
fœminarum certè Asceterijs id scribi generatim potest, tantum in pro-
movendo earundem spiritu præstitum à nobis fuisse, quantum instan-
tissimis earum precibus concedi per Instituti nostri rationem potuit.

91.
Confessio-
nis syncer-
ra virtus.

Oettingam porrò, ubi maximis incrementis peregrinantium nu-
merus augebatur, multi longissimis sanè itineribus adventarunt, non
aliâ, quam animi apud nos tres expiandi causâ. Hos inter unius
peracta ritè confessione serenato animo, ô beatam exclamabat hanc
diem! qua nullus mihi, dum vivo, illuxit felicior, quo meum, cui
simile nil sensi, non capio solatum. Alteri cuidam ob gravissima
Icelera miris intemperius vexato, & diu insomni, instinctus repente
animus, petendæ Oettingâ tranquillitatis. Quin objecta est etiam
unius è nostris, quem minimè norat, imago, quo ad exequendum è
labyrintho uteretur ductore. Id visum mox amicorum nonnullis, ac
viro præterea illustri aperuit, qui rem factam concordi narratione fir-
mârunt. Interea, dum sui impatiens Oettingam identidem, ac me-
dicum cogitat, casu locum noster ingreditur. Attonitus ille conse-
stim agnitus, & amicis monstratum ceu missum divinitus adit, mor-
bum omnem aperit, confitetur peccata; quo facto totus à se diver-
sus vitam deinceps tranquillus egit.

Par erat fortuna mulieris, cui, cùm nullius rei copia; quā liberorum esset, maritum insuper morbus prostraverat. Ergo modico primū ære, mox veste, ac supellestile, in panem medicosque consumpta, &s insuper, dum fides constitit, alienum contraxit. Post hæc cùm in unam omnes conversi, opem maritus, liberi panem, pecuniam creditores exigerent, misera in desperationem acta chartam arripit, dæmonique animam conceptis verbis devovet, si hoc perditio rerum statu præsentí ære levaret afflictæ domūsinopiam. Id chirographem lanceatum in abdita domū parte seponit, curisque, ac diurnis laboribus fessa cubitum concedit. Postero die noster, post explicatum catechismum propè miseræ domum transiens, decumbente in maritum visurus ingreditur: útque turbata in suo adventu, & attonitam vidit, causam requirens, ac paucis ad patientiam bortatus, & quando rursùm confiteberis? inquit. Id, quod frequens antea fastigare solita, tunc aliquamdiu neglexerat. Illa quasi fulmine ista expallescere primū; mox diffluere lachrymis, denique, quid desperatione victa egisset, fateri. Sine mora Pater confessionem imperat, quæ continuo pacem ac patientiam reduxit in animum. Accessit, quā paulatim inopia levabatur, piorum liberalitas; neque habuit deinceps in quacunque afflictione remedium Sacramentorum usu commendatius.

92. Apud Landspergenses pauci erant, qui nostros non adlegerent
Ad eam conscientiæ arbitros. Unus, qui adhuc refugiebat, altiore vi se com
Landsperge^æ pulsum narravit. Grave scelus quod olim admissum celare obstinâ
vonus celi-
vus indu-
etus.
rat, in perpetuum animi tortorem abiérat. Insomnia ac nocturni ter
rores hominem ad insaniam proximè admoverant. Nec desinebat
dæmon turbatum urgere, ut longam calamitatem brevi exitu terminaret. Verum, cùm nec vita talis, nec mors placeret, meliore instictu ad preces configuit. Dum ita à DEI miseratione auxilium ar
denter flagitat, sub noctem clara voce moneri se audit: si salutem
unā & quietem velit, nostrum accedat, conscientiam pandat. E
quidem non aliud genus hominum magis oderat, nunquam ad eam
diem ullius è nostris consilio usus. Vicit renitentem vis mali, ut etiam,
quem odisset, medicum quereret. Huic ubi vulnus detexit,
ut ejus ope sanatum sensit, totus à se alias, ac planè noster abivit.
Hoc ipso in loco plenè tandem exemptus, qui adhuc aliquorum
animis infederat, extremæ unctionis horror, ut gravissimæ agrotantes
non jam admitterent tantum, sed prævenirent monitorem.

Et alter
Dilingæ.

Dilingæ, quem omissum Pœnitentiæ Sacramentum pessimum de
derat, resumptum sibi dentio ac DEO restituit. Is bonus, dum in
ter bonos esset, annis abhinc non multis adhuc frequens erat in ex
piandis confessione peccatis. Cùm magno suo malo in socios inci
dit, qui hominem tam sibi dissimilem ab ea consuetudine abstrahere
certi, pungere aculeatis vocibus non destitere: dum is, non satis
adversus talia firmus, remitteret primū, mox omnem Confessionis
tum tanta animi aversione damnaret, ut, si quando eam repeti
set, caput suum execratione sacrilega dæmoni devoveret. Jam ter
tium annum in hac impietate duraverat: cùm neglegti præcepti ma
nifestus ad magistratum desertur, atque officium Christiani hominis
facere compellitur. Hic stulto errore veritus, ne, si ritè pœnitentis
partes

partes expleret, devotam sibi hostiam dæmon abriperet, tacendo, quæ admiserat, & quæ non fecerat, accusando duplicavit sacrilegium. Verum, dum abundat hominis ex optimo in pessima prolapsi malitia, superabundare incipit Gratia. Dum enim, ad illapsum repente cœlestis lumen expendit, eadem operâ, quâ nunc inferni laqueos geminasset, rumpi simul omnes potuisse; ita se ipsum abominatus commoveri animo cœpit, ut totus jam alijs nostrum inquireret. Huic, exposita rei serie, animu[m] omnem detexit, lacrimis ubertim perfusus, quas sub confessionem dolor, post eam animi solatum expressit.

At Monachii dæmon virum, pernicioſa de penitentia modo ^{Patres Mo-}
fructuque opinione laborantem, diu sceleribus conſtrictum tenuit. Is ^{nachii.}
à pueritia male imbutus neutiquam credebat, Confessionis Sacra-
mento eam vim inesse, ut ritè ſe accusantem à peccatis solveret. In-
de per annos quinquaginta nunquam ab amicis adduci potuit, ut
graviora Sacerdoti panderet, ratus ea non niſi jejuniis, eleemosynis,
aliisque corporis castigationibus posse deleri. Ab oratore tandem
noſtro tum publicis sermonibus, tum privato alloquio veriora do-
cens, Confessione integra tot annorum sarcinam posuit,

Scortator impius, nil dæmonē melior, concubināti, nē infame
commerciū abrumperet, per annos omnino vicenos domo exire
ad ſacra prohibuerat. Mulier, cui intolerabilis evadebat conſcien-
tia scelerum, diu effugium, ſed fruſtrā querebat. Fidā tandem a-
micæ operâ viam invenit, ac per noſtrum expiata, adjutaque foedif-
ſimi hominis unā, ac stygis caſſes pertupit. Unam ſerio resipuſſe
multorum interfuit. Diu occultorū scelerum tormentis exſtriciata,
ac Confessionis beneficio quietem adepta, tarditatem conversionis plu-
riū reductione compensavit: Nam ſuā primū familiā purgatā à
vitiis, in amicorum ſe animos insinuans, plerisque persuafit, ut vi-
tae anteaq[ue] noxas ab anima, veteres gravēsque abuſus ē domo pro-
ſcriberent.

Ea ipſa in turbe Monacensi fuit, quēm ſtultissimā v̄erēcundia
proxime admovit exitio. Trigeminū annum agebat, ſapè à matre ^{Vix anno tu-}
conſcia monitus, vero ipſum Baptismo carere. Nullis tamen ab eā-^{30. ante}
dem induci argumentis potuit, ut id ætatis homo Sacramentum ex-^{mōrem bū-}
peteret, conferti, ut ajebat, infantibus ſolitum. Duravit impitus pudor,
dum gravem in morbum dejecto vita longius ducendæ ſpes nulla re-
ſtarerat. Tum enimverò, dāmnatā, quam traxerat, temerariā mōra.
Salutis lavacruin expetiuit; tempori ſanè luſtratus: nam proxima nocte
funus fuit.

Impulit ea res, ex matris vetulæ, & obſetricum iſcītia pro-
fecta, Patres Monacenses, ut explicandæ maxiū catechesi novo ar-
dore instarent. Respondit labori uti neceſſario, ſic longè utiliſſimo
fructus. Institutionem quām olim negleſtam, tam nūc frequentem
ſic adattare adultior æquè ac tenera ætas cœpit, ut noſtris forjè ani-
mi causā per agros deambulantibus obvii, mox in genua ſe demit-
terent, commendata memorie fidei capitā recitantes. Et, qui an-
Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. M

^{64:}
Patronū
cenſum iſl
explicanda
catechesi,
& juventu-
tis in diſcē-
da ardor.

Adolescen-
tulo paupe-
ri uelissim-
us.

teà Adventùs, ac Quadragesimæ Dominicis ægrè comparebant, jam precibus instabant, ne dilendi avidos reliquo anni tempore magistri destituerent. Juvat ex uhius parvuli ardore ceterorum studia discere. Hic octo annorum pusio, exoratà à matre venià, rigente hyeme per densas nives seminudus in urbem ventitabat, ut disceret, quæ nemo domi docebat. Assiduitatem puelli mirè semper attenti advertens noster, aliquando palam repetere, quæ explicaverat, jussit. Cum scitè omnia ex ordine memoraret, admiratio primùm circumstantes, mox amor, & miseratio cepit; atque inde domum advocatum, & scholis applicitum, honestus civis in spem fortunæ melioris aluit.

Supplica-
rum educa-
etas genera
mirè placer.

Et pio Dia-
logo mirè
moyet.

Semel universa juventus catechetica, velut in triumphum educta, spectatores laudatoresque habere Serenissimos Principes meruit. Supplicatum à Sodalibus fuerat ad montem sanctum ex more. Inde reduces hoc primum anno excipere solemnis placuit. Ergo divisa in duas turmas, quæ quaternas tunc in urbe catecheles adibat, numerosa juventus longissimo juxtâ ac pulcherrimo ordine obviam educata est. Meliori veste, fertis ac floribus matres ad unum omnes ornaverant. Ad quæ cum innocens modestia, alternae preces, pia que cantiones accederent, non absque tenero motu effusam urbem, ipsosque Principes gratum novitate spectaculum tenuit, cum laude Autorum. Recitatus ab eadem juventute sub nascientis Christi ferias, iterumque ad erectum demortuo cenotaphium Dialogus aliquoties spectatorum lachrymis ac singulis abruptus est, qui temel audiisse minimè contenti, quoties iteratur, redire.

95.
Nobilis A-
dolescens
sui pagi ca-
techista.

Nec Ingolstadiensi nostro Catechistæ minori solatio fuit ardor etate major, quem duo adolescentuli non indoie minùs, quam sanguine nobiles è catechesi hausere. Unum catholici parentes ex arcœ sua in urbem pietate ac litteris erudiendum miserant. Nemo, dum fidei capita explanaret noster, illo erat attentior, nemo ad respondendum alacrior. Inde præmio aliquando donatus insigniori, modestè recusavit, orans, ut ejus loco plura sibi, sed vilia darentur. Rogatus causam, respondit: in pago paterno permultos esse pueros, quos nemo catechesi imbueret. Eos, si quando ad parentes xileret, in arcem convocatos docere, quæ d'dicisset, fidei rudimenta consuesse: ad accendendum verò eorum studia præmiolis sibi opus esse. Laudavit noster innocentem catechistam, & æquissimis votis liberiliter latisfecit. Alterum Ingolstadium parentes hæretici miserant, aliorum, quos apud nobiles catholicos viderant, adolescentum eruditione capti. Non minore, quam catholici, hic nobilis parvulus, ardore ac diligentia ad catechesin itabat, destrinæ, si quis alias, capax & avidus. Quam verò profundè ea in animum innocentem penetrarit, domum redux ostendit, cum catholice pietatis tenax, oblatas à Parentibus die vetito carnes modestè simul & fortiter repudiavit.

96.
Monacensi-
um civium,
auctore no-
n memori-
abilis in
pauperes
pietas.

Non minùs ad insigniota virtutum exempla è cathedris valuit Oratorum nositorum facundia; sive corporum illa, sive animorum necessitatibus prospectum ibat. Sub Natalitia festa admoniti Monacenses, ne Christi in stabulo egentis paupertatem sterili affectu contemplati, frigere ipsum & famere in proximis finerent, prouissima voluntate paruere; eratque passim videre, opulentiores à concione pro-

prodeentes largas eleemosynas dividere, unum è mendicis, aut plures secum transuros abducere. Etiam sub magni jejunii dies pauci extitère melioris fortunæ cives, qui absque paupèrè conviva prandierent. Rogati, ut ultima hebdomade duplicarent numerum, id tam accurate feceré, ut unus, qui duodenos quotidie paverat, quatuor omnino & viginti per eos dies mentæ adhibberit. Omnium pie-tatem Serenissima Princeps Maximiliana superavit, instructo paupèribus sexaginta lautissimo epulo, cui ipsa cum aulico famulatio ministrâ accessit, uno præterea è nostris adhibito, qui, dum corpora curaret ipsa, spiritum conyivarum reficeret.

Uti & Ma-ximiliana-Principis.

¶ Par alibi nostrorum populos ad pietatem hortantium successus fuit. Pontarliacensiū post jactam à Bruntrutanis Patribus Divini verbi sementem mira eluxit constantia. Viduarum prælertim, etiam juniorum vehementer civium animos exemplum perstrinxit, quæ familia, veste, ritaque omni, ad Christianæ modestiæ leges composita, large sua erogabant in pauperes, iisque moruin exemplis vivebant ut, qualcm Paulus delineaverat, viduarum imaginem ad vivum exprimerent. Errantibus e suo sexu aliis quidem crebris adhortationibus, aliis saltē orando prodesse studebant. Etiam vir primarius diuturna flagitijs vitæ consuetudine se tandem liberatum fuisse socrus suæ precibus acceptum retulit. Is paulò post morbo tentatus tria postulavit à DEO, voti plenè damnatus. Primum erat, ut lentus esset morbus, ac longam præberet patiënti materiajn; alterum, ut in manib; nostroru; decederet; tertium, ut eo tempore, quo propositus ab Ecclesia Indulgentis, poenarum remissionem consequendi occasio esset. Rata omnia cœlum habuit: post longam in morbo patientiam, præsentibus in Missione nostris, tempore Jubilei solatio plenus decepit.

97. Pontarliaci
vidue præ-
clara edunt
virtuum
exempla.

Sub idem tempus peregrinis Româ turmatum revertis percommoda accidit nostrorum Pontarliaci præsentia. In montium transitu ab insolita nivis copia frigoribusque degrehensi, morbos multi, contraxerant; quorū sedulam omnino curam, hortante pro concione nostro, cives suscepere, hospitium, victum, fomenta largiti. In ipsius vero Missionarium sub Christi nascientis festa ob labores repentina debilitate prostratum penè prodiga caritas fuit, advocoate aliunde celebri medico, pharmacijs, obsequiis, veluti communis omnium salus ageretur, certantium. Et servarunt virum non sibi duntaxat, sed omni circum viciniæ, ad quam, ubi primum convalesuit, frequens illi, nec sine fructu excursio fuit. Discedentibus nostris inter civium, brevem redditum precantium, lacrimas comes ire jussus è primariis unus, Bruntrutano Collegio civitatis suæ nomine gratias pro beneficio egit, & templo calicem cum ampullis duabus, ac pelvi ex argento donavit. Quæ per amplum Alsatiæ agrum collecta fuit messis, fertilitate sua superiores annos æquavat; sed eo ipso, quod prioribus simillima fuerit, non duximus esse renarrandum.

98. Civium in
peregrinos
Româ reduc-
ces, & Patri-
egrotum
caritas.

Eorum non minus, quies Constantiensium Patrum labores cœlum remunerabatur, successuum fama, ut in omnem partem evocantur, effecit. Et Ministerlingense quidem Cœnobium Virginum semel excoli sacris ministeriis cœptum, ut quot hebdomadis noster rediret, bor-

99. Constantia-
paucorum,
operario-
rum multus
& utilis la-
bor,

diret, obtinuit. Passim per Sueviam illustres familie liberum in suās ditiones ingressum sponte offerebant, iis, qui exierant, redire quām creberrimē jussis. Apud viros religiosos par nostrorum amor, ac desiderium. Unius celeberrimi Cœnobii Prior, ætate multa ac virtute senex, cùm Patrem eò delatum è cathedra dicturum intellexisset, quantumvis æger ad templum perrepit, tantumque ex ea dictione solatium hausit, ut tenerimo cum sensu ediceret: jam quidem æquo animo è vita se discessurum, postquam DEUS optatam toties nostrum aliquem apud le visendi copiam fecisset. A solis Constantiensibus hoc anno ad sexdecim civitates, Monasteria unum & viginti, arces nobilium octo, pagos quatuor & viginti itum, & nonnunquam reditum est. Cui labori cùm potro quaterni Sacerdotes (nec enim plures erant) penè succumberent, quintum sub anni finem superiores addidere.

^{100.}
Civium in
publicis pi-
eratis exer-
ctus ardor

Zwinglia-
no Präconi
conversio-
nis occasio
est.

^{101.}
Sedium
publicorum
operum
penitentie
multis salu-
tare.

Ipsa in urbe crescebat quotidie, nostrorum indefesso labore, Catholicorum civium ardor ac numerus, jam longè adversariis major, hæresi ægrè ultimas doloso sub cinere favillas servante. Certe instituta per nostros avertendis Patriæ malis publica quadraginta horarum comprecatio tam frequentes è civitate, tamque fervidos Eucharistici Numinis adoratores habuit, ut nonnulli cœptas manè preces in serum usque vesperum continuârint, ne prandii quidem causâ ad suos egredi. Non alios magis, quām vicinos hæreticos ea mutatæ Civitatis admiratio cepit; cùm eam, quæ ante Societatis ingressum fuerat, cum præsenti componerent. Profuit, catholicæ pietatis spectatorem fuisse Ministro Zwingliano, qui eâ conspectâ dubitare primū de frigidissimæ sectæ falsitate, querere dein cùm nostris agendi opportunitatem: iteratis demum congressibus errore cognito Catholicum se palam professus est. Etiam Hebreæ de gente unus baptismo tinctus est, Patrino ipso Celsissimo Principe, ubique in religionis ornatum intento.

Primariorum in Civitate virorum mira, quā ceteris exemplo præxirent, æmulatio fuit. Publicum flagellorum usum, ad eam diem incognitum, inducere arduum in primis videbatur. Nihilominus cum de illo in nobiles civitates passim introducto mentio facta est, exemplo accensi octo & viginti sacra Parasceves die domi nostræ convenere, primarii omnes, ex Ecclesiastico, Patritio, ac Senatorio ordine. Hi saccis in eum finem comparatis induiti, ac flagello armati, sub vesperum ad tria urbis templa summo silentio ac modestia processere, ubique conveniente tempori musica excepti. Ter acriter in se animadverterunt, multo animorum motu. Quidam ut ad rem novam ac inusitatam stupere, quidam altum suspirare, multi lachrymari, omnes altissimum silere.

^{102.}
Landsperge
ebriosus di-
dæ Divinæ Gloriæ, ac saluti animarum: & interdum, ubi huiani
vineæ justitiae conatus eludebantur, Divina potentia sortiori brachio obstinatam du-
& miseri-
cordia ex-
emplum.

Ita nulli parsim est arti, quæ profutura credebatur promoven-
dæ Divinæ Gloriæ, ac saluti animarum: & interdum, ubi huiani
vineæ justitiae conatus eludebantur, Divina potentia sortiori brachio obstinatam du-
& miseri-
cordia ex-
emplum. ritiem fregit. Landsperge tale multorum bono exemplum extitit,
memoratu haud indignum. Homo erat (quidquid adversus tem-
lentiam declamaret noster) palam ebriosus, qui à multis annis nullam sine

sine crapula diem meminerat. Tandem incommodis vitii, ac dedecore fessus caput suum dæmoni devovet, si unquam posthac perpotaret. Tam diræ execrationis haud diu memor, societate brevi & assuetudinè victus ad ingenium redit. Cùm die quodam ex ædibus ad cauponam iturum dæmon intercipit: haud aspectabilis ille quidem; sed qui domum simul tam horrifico fragore concussit, ut ruere cederetur. Medium illum complexus, jam per scalam versus plateam efferebat; simul sonantes alapas liberaliter ingeminans, simul faciem universam unguibus fœdissimè exarans. Nares demum tam valido ielu notavit, ut copiosus sanguis erumperet; nec vulnus arte ulla à chirурgo sanabile esset. Ita pessimè mulctatum, ac penè exanimem noster cùm invenisset, confessionis remedium, aliisque, quæ in rem præsentem videbantur, adhibuit. Dum livida vulnera curabantur, dum acer doloris sensus erat, mens homini ac poenitentia constituit. Ast, ubi recomposito vultu redire in publicum licuit, in pristinum morem per summam levitatem est relapsus. Non diu impunè habuit tam proterva temeritas. Fortè à Magistratu in jus vocatus, convictusque carcere damnatur. Hic dæmon impatientiâ hominis ac solitudine usus, ad necem sibi inferendam vehementer exstimulat. Assensus est miser, locumque idoneum suspendio quaerit. Paxillum conspicit, infixum parieti: verum altior erat, quam ut manu contingere posset. Dum frustra diu conatur, non advertentem sensim eò attollit dæmon consilii auctor, ut jam facile utraque manu prehendere posset. Nec mora: adnectit laqueum, colloquè inserto pendulus hæret. Ingressâ casu custodis filiâ, ac ad terrificum spectaculum exclamante, accurrunt parentes, & adhuc spirantem dejiciunt, ac è mortis unâ & inferni saucibus eripiunt. Vocatus denuò noster, paventem, ac tam propinquo exitio attonitum, meliore, quam nuper successu aggressus, omnia, quæ voluit, persuasit. Et duravit ex eo singulari DEI miserantis gratiâ, morum mutatio; nec finem is ullum fecit, admirabilem DEI erga peccatores indulgentiam ac misericordiam prædicandi.

Eadem servavit Monachii hominem, quem paupertas remedium ^{103:} carens in exitium impellebat. Plurium liberorum pater erat, quorum famæ, ac nuditas eum in extremum mœrorem conjecit. Flumen igitur se ac intolerabilem animi cruciatum mersurus, domo atque urbe procul discedit, ne hominum occursus disturbare consilium posset. Nihilominus sapientius ad ripam propinquanti semper intervenit, cuius conspicuum formidaret. Tandem moræ impatientiâ, ac taxatio plenus, procumbens in genua, quinques, ut ante somnum consueverat, orationem Dominicam cum angelica salutatione pronuntiat, DEUM precatus, ut, cùm suræ salutis spes nullâ superfit, conjugem saltem, ac liberos à tam infami exitu salvos tutosque præstaret. Et enī cum ipsis precibus omnis animi turbatio finiit. Suum ipse consilium horret, ac, instante jam nocte, casam rusticam subiens, lustrali aqua & Crucis signo munitus noctem omnem quietus dormit. Sub auroram evigilans nihil prius habuit, quam ut nostrum accederet, crimen exponeret, ac salutaribus adversus desperationem monitis, ac mediis sese muniret. Propior exitio ancilla, melioris fortunæ spe dejecta, jam cultrum adigebat in pectus. Cùm inclamari *Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. N* sc

se nominatim ab hera audiens, exterritaque, abjecto ferali instrumento, accurrit, mandatum auditura. At hera, vocem sibi excidisse pernegante, agnovit beneficium Numinis, animique placandi rationem, confessâ scelus, accepit.

^{104.}
Ad concor.
diam redit
integer pa-
gus.
Et hæc quidem animi perturbatio ad singulos pertinuit: gra-
viorem suorem pagus integer haud procul Eberspergâ furebat. Lis
inter paucos exorta subito universos accedit; ut, dum quisque in
auxilium cognatos aliosque obnoxios trahit, ita se in partes diviserint,
ut uno in pago duos esse putares, quos inter nec vitæ unquam, nec
linguæ societas fuisset; ita aut vitabant se mutuo, aut muti præteri-
bant. Vicini multa frustra conati ab Eberspergensibus nostris rogâ-
runt auxilium. Missus est sacerdos rerum usu & populari facundia
præstans, qui blandè illapsus in partium animos ita dextrè, cautèque
quid quævis in alteram peccasset, exposuit, ita ineundæ pacis utrinque
necessitatem simul facilitatemque monstravit, ut admissa in animum
tam apta oratione, consilium laudarint omnes, & executi sint, datis
dextris se mutuo amicè complexi.

^{105.}
Inter duas
matronas
pertinax o-
dium votu-
ad S. Ignat-
tum con-
cepto extin-
guitur.
At Monachii, ut una tandem fœmina, cæteroquin haud mala,
inimicitias poneret, cœlesti opus auxilio fuit. Hujus animum tam
pertinax urebat injuriæ ab alia acceptæ memoria, ut ipsum triennium
frustra laboraverit in impetranda à semet inimicæ venia. Ipso
ignoscendi conatu recrudescebat insanabilis plaga. Venit tandem in
mentem Societatis Parens Ignatius, nunquam in animorum morbis
frustra vocatus. Ergo votum nuncupat: quod dum explere aggre-
ditur, veluti affusa frigidâ sic omnem odii flammam extinctam sensit,
ut se ipsa miraretur. Non poterat confestim, ut loptabat, mutatum
animum probare adversæ parti, quæ extra urbem profecta bidui iti-
nere aberat. Verum, ne dimidiatum duntaxat beneficium esset, ad
adversariam quoque cœlestis medici se cura extendit; sic odio in Chri-
stianam caritatem converto; ut, quæ alias in omnes detrahendi ho-
noris occasiones intenta, ne nomen quidem sine convitio audiebat;
nunc domum redux missis statim munericibus amicitiam prior testata
fuerit. Nec inter utramque aliud deinceps, quam in præstandis mu-
tuè obsequiis certamen mansit.

^{Similem ef-}
^{fectum con-}
^{sequitur alia sit,}
^{è mortuos perpetuò fœtus enixa, & mali acerbitate, & fœ-}
^{suspensis è minarum de ipsa judiciis sermonibúsque in desperationem agebatur,}
^{collo Divi Reliquiis, marito vix latus deserere auso, tristia semper meditantis.}
Nostro-
rum opem cum implorâisset, ii verbis diu frustra consumptis, Ignatiana
deinum lipsana è collo moerentis suspendere. Mirum dictu! serenato
vultu animoque, pertinax malum è vestigio desit, ita quidem, ut
certas fœminas, quarum nec conspectum ferebat, jam ultrò advo-
caret ipsa, ac porrecta manu maleficentiae veniam offerret: quæ
res apud conscos magnam excitavit in S. Parentem fiduciam.

^{Et Oeni-}
^{ponti illu-}
^{stris matro-}
^{na morti proxima.}
Ignatiano nomine sic passim inclarescente, Oeniponte vir illustris,
ac optimè dudum de nobis meritus, ingenti tenebatur Ignatiani præ-
sertim chirographi desiderio, quod passim esse salutare inaudiebat.
Cùm

cum nullus ejusmodi character esset ad manum, datum aliquid de ipsis pulveribus resoluti corporis, deque pulvino, quod caput morientis sustinuerat. Et fuit non multò post utendi occasio. Nam Conjur illius, sanguinis fluxu tam repento, ac copioso oppressa est, ut gramos concreti sanguinis ad instar pugni ejiciens, ad meridiem haud periectura crederetur. Cum desperatum fuisset à medicis, spes collocata in coelitibus est. Primum veræ Crucis particulâ suspensâ è collo, cum DEO sic volente hondum convalesceret, allatæ etiam Ignatianæ Reliquiæ, & impresso religiosè osculo capiti deficients impostræ: quo facto stit fluxus, & sanitas rediit, reique, ut gesta fuerat, testimonium ad nos maritus misit, & salutares Divi Reliquias pro familiæ thesauro habuit,

Vel imagines BB. PP. Ignatii, ac Francisci Xaverii clausæ, alteri matronæ pariter illustri profuit. In doméstico Sacello collocatas habebat & frequens adibat. Quadam die cum preces ad utrumque Divum funderet, foeminarum more cereum in spiram contortum eorum honori accedit, ac in mensa tapete constrata reposuit. Accedit, ut negotii causâ foras evocata, eum, seu festinatione præventa, seu mox redire certa, ardenter, ut erat, super mensam relinqueret. Tertiâ post horâ redux, cum nihil amplius de lumine reliquo cogitans, clavi januam referat, crumpente contra sc̄ densissimo fumo, exclamat territa; de omni lacrarii sui thesauro, quem carissimum habebat, actum esse non dubitans. At, dispulsa tandem caliginē, obstupecente, quæ velut ad incendium accurrerat, familia, illæla, atque integra, ut reliquerat, deprehendit omnia. Ne tapestem quidem læserat flamma. Cerea tantum spira procul à mensa, coelesti utique manu, in medium humum projecta in cineres iverat, reliquo ad sui mensuram ustionis vestigio, quod matrona semper extare in beneficium memoriam voluit, novo ardore ad honorandum utrumque Divum accensa, quorum erga se favoni, præservatam tam illstri beneficio ab incendio domum deberet,

106.
Cultus im-
giuum SS.
Ignatii &
Franc. Xav.
incendium
avertit.

Oeniponte haud procul, in Pradlensi suburbio foemina vitam Ignatianis Reliquiis debuit. Fœtu in transversum acto, jam tertium diem parturiens, paritum se desperabat, omnibus de matris æquè, ac prolis vita conclamantibus. Adfuit demum, quæ adhibendi Reliquias Ignatianas consilium suggereret. Ista summa, qua poterant, festinatione allatæ, cum post brevem precationem puerperæ admoveantur, redditis viribus flospes mater præmortuum in utero fœtum effudit. Neque hoc solum loco saluti parturientibus sua erga Beatum religio fuit; singula tamen describere visum non est, ne ipsa evenitudo similitudo, ac frequentia legenti fastidium pareret.

Cum sparsi latè favores ubique accenderent ingens Ignatiana: Roma ac: rum Reliquiarum desiderium, earum parte in Societatis Præpositus Generalis Claudio ad Serenissimum Guilielmum Monachium misit; quas pari reverentia, ac voluntate acceptas, cum intra privatos parietes servare religioni duceret, pretiosa crystallo inclusas suo D. Michaëlis Templo obtulit, inter alia, quæ & plurima, & celeberrima ejusdem beneficio habemus, Sanctorum lipsana collocandas. Eadem sacro thesauro calendis Januarii strenæ loco argenteam insignis artificii stan-

cepit Tem-
plo S. Mi-
chaëlis do-
nat Serenif-
fimus Gui-
lielmu.

tuam intulit Serenissimus Maximilianus, quâ D. Henrici Imp. quem referebat, Sacra ossa pro dignitate conderentur. Sub autumnum festa D. Michaëlis luce, invitatis ex aulico civicoque Senatu Primoribus, splendidissimum epulum in Collegii triclinio dedit, atque ipse præsens cum Serenissima Conjuge, Fratre, ac Sorore interfuit. At nobis super omnes mensæ Principis lautitas fuit illa Religiosissimorum Principum incredibilis modestia, & admiranda fugalitas, quâ per vices improvisi, & soli non raro accendentibus prandium convivæ supervenire, severè inhibentes, ne vel unum ordinariis ferculum debita veneratio adderet. Nostris obsequiis, nostro cibo potuque contenti, plus pascendo sacra lectione animo, quam corpori attendebant.

^{107.} Bojorum Principum publica pie- tatis exempla spectabantur. Cum adversus Turcam in Hungaria ancep- bellum gereretur, communè ordinum Decreto, publica horarum quadraginta ad D. Michaëlis indicta supplicatio est, horis in quatuor dies sextos divisis. In hac publica pietate Ducibus Boicis infra di-

^{108.} gnitatem suam futura videbatur Religio, nisi supra omnes emineret. Ergo satis non fuit, antemeridiano tempore, flexis coram Numine genibus, ad alteram ferè horam durâsse immobiles; nisi tantundem temporis adjunxissent post meridiem: meriti omnino, qui nondum expleto horarum numero exempli fructum colligerent, allato de Alba regali Turcis erupta nuntio, quo statim vulgato, magni universæ ci- vitatis currentis latititia, solenni gratiarum actione clausa compre- catio est.

^{108.} Sub hoc ipsum ferè tempus, quo Albam regalem Christianus ex- Pro Ferdi- ercitus eripuit barbaris, auxiliares alias Principum copias ad recupe- nandi Ar chiducis randam Canisam è Styria educebat novus Belli Dux Ferdinandus, salute qua- Caroli Græcensis, & Mariæ Bavaræ Archiducum Filius. Ea prima tuor nostri filii expeditio cum solicitam in primis Matrem haberet, apud Mon- ad montem sanctorum pe- cense Collegium instituit, ut pro novi Ducis salute binos, ternosve ad regrinato- montem sanctum dimitterent supplices, misso, quod suo nomine of- ferrent, auro. Ivore quaterni ad vota Principis, omnia de nobis me- ritæ. Et recepit quidem illa in columem Ferdinandum: at non item ille Canisam, nam ad ardui moliminis obsidionem serò nimis pro- fectum exercitum hyems occupavit, unde, ne sub otiosi hostis con- spectu frigus conficeret militem, re infecta discessum est.

^{109.} At nulla hoc anno sanctior, & ad exemplum illustrior peregrina- Caroli Mar- chionis Bur- govie ad Ere- num Marianam peregrina- tis insignis pietas. datio fuit eà, quam Carolus Burgoviæ Marchio, Ferdinandi Archi- ducis filius, seu voti, seu spontaneæ Religionis causâ ad celebrem in Helvetia B. V. Eremum suscepit. Tres, non plures, ex aula iti- neris comites lecti, præter Sacerdotem è nostris, qui & sacrificium quotidie faceret, & sacramenta ministraret. Iter omne pedibus a- clum, Præfectis subditisque, quacunque incederent, equos & currus frustrâ offerentibus. Præcipuum itineris levamentum oratio: nec alia sermonum, quam quæ sanctos deceret, materia. Probatas ab Eccle- sia pro iter agentibus preces, quotidie, nostro præente recitavit; ad aram facienti alium à se ministrum adesse nunquam passus. Non absque

absque motu spectantium catechistam in via saepius egit, parvulos Crucis formandae rationem edocens, de oratione Dominica, Fidei symbolo, Christiani hominis officiis interrogabat, peritos non sine munere laudabat, hortator ignorans, ut disserent. Ubi plebeum rudiorem minusque docilem reperit, ad Patrem plerumque conversus: hic, aiebat, Societatis opera desideratur. Pedestre iter ne perpetuum vellet, saepè rogantibus semper obstat, afferens, id à se suscepsum & corporis affigendi causâ, & honorandi Numinis.

Ad Oettinganae Virginis ædem more majorum, & Iudeo Guilielmus Dux cum viseret, in redditu aviti erga Catholicam Religionem amoris argumentum edidit. Intellexerat è nostris unius viri Nobilis ab heresi ad Catholicos redditum. Is diu errorem non tam obstinatione animi, quam famæ metu retinuerat. Cùm tandem uni nostrorum, forte agnitus veritatis amplexum urgenti manus dedit, fiduciam unà maturum trahens. Lætus eo-nuntio Princeps à via ad nobilem id honoris minimè prævidentem divertit, tantum cœli donum, quantum est vera fides, gratulatus magno suo gaudio, majore longè recens conversi solatio.

Nec pauperem domum nostram cùm facello indonatam reliquit, sequentibus exemplum Maximiliano & Alberto filiis; ac Maria Anna filia, nova Ferdinandi Archiducis Conjuge, quæ suo atque Amitæ nomine pro Ara ac Sacerdote vestitum submisit, argento solido ac denso ponderosum, opere phrygio ornatum, rosis ac liliis ex auro intextis. Ornamenta alia pretio haud multum inferiora Salisburgo Archi-Episcopi Fratris misit. In Lucernense Templum Matronæ nobiles, in Oenipontanum Wolkensteiniaz Sorores Susanna Virgo, Viduæ altera Vintleria, unâ cum Catharina à Colovrat opum partem, ac dona intulere. Landsbergensis Domus ac Templi paupertatem levavit imprimis Serenissimæ Renatæ Bavariæ Ducis consuetueta munificentia, suam pro viribus opem conferentibus Neüneckia Vidua, jam per annos complures, aureos centum annios in pium ali quod opus impendere solita. Memoranda cum primis illustrissimæ Viduae Helfensteinia, prima domus ac verissima mater. Nam & annulos quaternos maghi pretii, nuptiale quondam ornamentum Templo consecravit, & aureos trecentos, ad hujus, ac domesticos usus adjecit. Nec his contenta copiosam omnis generis supellestilem misit, tum nostræ, tum suburbanæ domui maximè opportunam, nihil in hanc diem remittente affectu, quo nos ac res nostras complexas amore plane materno identem sibi subtrahebat, quod filius largiretur,

Halensis porro Templi exornandi curam jam tunc sibi propriam fecerat Regius Parthenon, cui præter vestem Sacerdotalem auro textam, duos insuper ex argento calices, pretio ac opere visendos donavit. Cum iisdem Virginibus, mandante Generali Claudio, egit ad, vectus Halam Provincialis Roseffius, ut, quod jam olim optaverat, constantem induceretur in morem, publica nempe extra Domum suam, in nostro Templo statis diebus Eucharistiæ perceptio; ubi neu quicquam eadem, quæ in Parochiali Ecclesia adeunda, difficultates obstat, Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. O Stat.

110.
Ad Nobilis
super cora
versum ad
Fidem invi-
sit ex itine-
re Dux Gu-
ilielmi.

111.
Magnoribus
Patronorū
erga nos
munifica-
tia,
Serenissimi.

morum

Principum

Bavaricæ Ap.

chiducum

Græcensi-

um.

Sororum

Wolcken-

steinarum

Regii Para-
thenonis
Halensis.

112.
Eius Virgi-
nes sacra-
synaxim
obire in nos-
tro templo
incipiant;

starent. Impetratum perfacile, ipseque Roseffius Octobri mense primus consueto hodie modo ac ordine accendentibus sacrum epulum præbuit. Hanc nostram ædem suâ quoque præsentia illustravit Franciscus Cardinalis Dietrichsteinius, ex itinere Romano ad nos invisens, & expiatâ apud unum è nostris conscientiâ publicè sacris operatus.

^{113.} Aliis in locis mors importuna Patronos auferendo, obturatis Auguste moritur An. veluti fontibus beneficiorum rivulos intercepit. Et Augustanis quidem ha Fuggera Annam Fuggeram, Illungiam genere, Jacobi Fuggeri Conjugem Gente Ill- subtraxit, postquam matris Jesuitarum nomen, quo passim audiebat, largè impleverat. Ea sub ardua illa initia egentibus nobis pecuniam nos benefi- & alimenta sæpenumerò præstít. Congregatos ex more Provin- centissima. cia Patres lætissima vident, ac liberali sumptu adjuvit. Templum ar- gentea lampade magnis impensis Romæ elaborata ditavit, Altaria duo magno pretio statuit, totidem erectura in Fridbergensi nostro facello, si vita superfuisset; cui paulò ante mortem, præter pecuni- am, vestem sacram cum multo alio apparatu donavit. In omnes So- cietatis conatus adjuvandos intenta Sodalibus Augustanis ex tela ar- gentea vexillum donavit; Dramatum ac ludorum theatralium sum- tus ferè sola suscepit, prævenire ubique preces nostrorum solita, ac vota prævertere. A morbo denique summa nocte oppressa Collegii Rectorem accersit; eique ut morti se pararet monenti, confessim obsecuta vitæ noxas aperuit, non dilatis etiam ceteris Catholicorum ad benè moriendum præsidii. Ita sacro primo manè in conspectu morientis celebrato, paulò post placidissimo fine quievit. Justa fu- nebria præter Collegium, exsolvit etiam Mariana Sodalitas. Nos insuper in grati animi testificationem funebri laudatione parentavi- mus.

^{114.} Præter istud duo alia funera hoc anno extulit inlyta Fuggero- rum gens: Isabellam scilicet Octaviani sectundi frorē germanā, Et Isabella Fuggera La- codem, quo abhinc anno frater obierat die, vitâ defunetam. Erat tio litteris præclarè scripta, à se in patrium sermonem translatā ediderit. Ex quo Con- fessariūm naœta fuerat Petrum nostrum Canisium, à suo in societatem studio & amore nihil unquam remisit; lecto semper è nostris con- scientiæ arbitro. Vidua (nam Jacobo Villingero Baroni anno prioris seculi sexagesimo quinto nupserat) Augustæ reliquam vitam pietatis inter ac litterarum studia innocenter aetam, animante nostro, religiosissimo fine conclusit.

^{115.} Tertius ex hac illustri Domo fatis concessit Philippus junior, Et Philip- Marci Fuggeri filius quartogenitus; qui cum animum primò ad Ec- pus Fugge- clesiasticum vitæ genus adiecisset, mutato deinceps consilio è sua gen- rius. te conjugem duxit Barbaram Philippi Eduardi Fuggeri filiam, duorum ex ea filiorum Pater. Is, cum nunquam antehac ad confessionem nostros adhibuisset, supremo in morbo gratos habuit, acciō è nostris Sacerdoti ultimum peccata confessus. Ita egregie ad mortem com- parato, cum discedere nostros haud pateretur, per sex ultimos vitæ dies noctesque constanter advigilatum est.

Su-

Superftitum è fundatrice familia vetus erga nos studium novo argumento confirmavit Christophorus Fuggerus, alter penè Collegii Augustani Fundator. Jam ante triennium quadraginta omnino florēnorū millia obtulerat: hoc anno litteras eum in finem rite confessas tradidit, prædem se offerente Marco Fuggero, fratre germano. Ad Fuggeros tum Augustæ præsentes in Collegium invitatos dicta Oratio, quæ eorundem in Societatem, ac Religionem Catholicae studium, labores, munificentiam pro viribus extulit.

Oeniponte nostrorum labores & inopiam Rudolphus Imperator agnovit simul & jutvit. Pluribus in dies ad scholas nostras confluentibus, is jam aderat adolescentum quoque Italorum numerus, ut ad binas cattcheses patrio idiomate institui solitas tertiam addere pro Italica juventute eadem lingua necessum fuerit. Discipulorum cetera insignis numerus, nobilitas, discendi ardor, & laborum inde accrescens copia, qui numerosius occuparent Collegium. Interm angustæ domi res ægræ victum præbebant. Oblato Imperatori libello Rector obtinuit, ut juberet de anni superioris rationibus remitti Collegio florenos septingentos, & plaustrum vini florenis centum ac viginti æstimatim gratis dari. Quin & annum vœtigal milie quingentorum florenorum aliis trecentis auxit; dum de ampliori reditu, eoque stabili prospektum esset. His Engelhardus quoque Wolckensteinius vetus amicus subsidium è pecunia liberale adjecit.

At Constantiæ, Aultriacæ pariter ditionis urbe, in Joannæ Geor-
gio Halvveilio, electo nuper Episcopo novum Dœcesi juxta ac So-
cietatis Sidus illuxit, summa omnium ordinum gratulatione ac ga-
dio. Non alias à pueri, quām Societatis Scholas cum adiūset, ex pi-
scopio Cōstantiensis erga Societatem affe-
tus. Non alias à pueri, quām Societatis Scholas cum adiūset, ex pi-
scopio Cōstantiensis erga Societatem affe-
tus.

Idem ut apud Constantienses maturaret Turrianus Apostolicæ Turriani
Sedis ad Helvetios Nuntius, litteras à Pontifice ad Cathedralium Ca-
nonicorum Collegium, atque urbis Gubernatotem attulit, quibus Legatus A-
summopere hortatur; ut stabilem apud se Societatem vellent, cuius postolicus
intra paucos annos tanti apud ipsos animarum fructus extiterint. urget negoti-
Consentiebant cum sollicito Patre civium plurimorum vota, impati-
enter ferentium moras, quæ aliae ex aliis necabantur. Legatus ca-
lendis Januarii in facello nostro sacris operatus, Eucharistiam accur-
renti populo insigni pietate distribuit.

Huic ipsi, quod pro Templo nobis erat, facello pretiosum ab ip-
sa usque Curiensi civitate ornamentum accessit. Nam Curiensis Ep-
iscopus suo & Canonorum nomine de S. Lucio Rege, ac Rhetor Apo-

Apostolo magnam Sacrae tibiae partem dono misit, una cum litteris, quæ & Reliquiarum & affectus synceritatem prolixè testatam faciebant. Tam pretiosum optimi Praefulsi donum Joannes Jacobus Miregilius Pro-Episcopus pretiosa ex argento theca honoravit.

118.
Henricus
Episcopus
Augustanus
Societatis
studiorum
Iustus.

Henrico Augustano Episcopo plurimum & hoc anno Augustanum ac Dilinganum Collegia debuere, quibus nova semper propensi animi argumenta monstrabat. In Algojam profectus duos è nostris ire comites jussit, quorum alter sibi à confessionibus esset, populum alter erudiret è cathedra. Multa per eos in procurandis animis utiliter acta, & nobiles prælertim ad ponenda conscientia onera inducti. Augustæ degens D. Henrici festam lucem non in aula, sed inter nostros in Collegio egit.

Pietatem
exemplis
promovet.

Frequentior experiundi favores ac pietatem Principis occasio nostris Dilingæ obtigit, ubi stabilem cum aula sedem fixerat. Cum omnem Germaniam belli Turcici metus haberet solicitam, mandato plentissimi Praefulsi Dominico quovis die in ternis civitatis templis per horam oratum est, horis aulicos inter, Academicos, & nostros ita commode divisus, ut non nisi singulis mensibus ordo ad eosdem rediret; qua moderatione civium maximè ex labore ac doméstico quæstu viventium querelis ex frequentia vel diuturnitate nascituris, consultum voluit. Hacce comprecationes horarias alia tandem clausit horarum quadraginta, nostro in templo solemnius instituta: cui ne quid ad splendorem deesset, peripetalista magni pretii ex aula suppeditavit, nec parci pompa aut sumptibus voluit, ut ex ipsa magnificentia in populo talium avido pietas cresceret. Eam tamen plus omni ornatu Principis exemplum accendit, quo cum omni aula duas horas ex intervallo precari de genibus immotus consuevit.

Litteris ac
litteratis
faverit.

Nec infrequens in aula Academicâ hospes, rebus sacrâ interfuit. Celebrioribus festis Pontificio ritu operari cum pompa solitus, accumbentibus pari modestia ac ordine Academicis Eucharisticum panem distribuit; multum tam pio & valido ad exemplum officio dæ lectari visus. Nec minor in juventute ad litterarum studium accendenda conatus: sive in palestra Academicâ, sive in theatro se spectandam præberet, animabantur præsentia Principis vel commendantis scientiam vel applaudentis dexteritati. Et Augustanum quidem Gymnasium tam præclarum hoc tempore alebat juventutem, ut, cum hoc anno ex omnibus Provinciæ nostræ scholis non plures undenis inter nostros tirones adscriberentur, quinos eorum ex Augustana Rhetorica legendos, Roleffius Provincialis censuerit; qui omnes Societati perutiles ad mortem usque persistere. Erat hos inter Georgius Stengelius è Fuggerorum Augustæ domesticis, qui Philippo, in cuius familia adoleverat, sibi fatis crepto, parentum minis ac machinis fortior, Societati se se addixit, & editis posthac magno numero libris, viri omni scientiarum genere ornati famam proineruit.

119.
Monachi-
cum littera-
rum causâ
à Brixinensi
Episcopo
decem A.

Apud Monacenses Scholæ nostræ crescebant famâ simul & numero. Ad eas decem egregii juvenes ab usque Brixina ab Episcopo missi, ut litteras moresque condiscerent, Sacerdotii, cui destinabantur, sanctitate dignos. Et hinc juventutem stimulabat præsentia Principum

Cipum, qui nunquam suam desiderati præsentiam patiebantur, sive ^{lumai mā} disputatores in arena, sive celebrioribus ludiis in Scena actores com-^{mārān} parerent, sūm esse rati, quæ cum tanta apud exteros gloria insti-
tuissent, pati studio in majus quotidie incrementum provehere. Nec
desuit magni nōminis hospitib⁹ eruditōrem cum fundatorum gloria
probandi occasio. Nam & Veniponto Archidux, & Hieronymus ^{120.}
Portia Apostolice Sedis ad Imperatorem Legatus, & alter ab Rege
Hispaniæ cum aureo vellere ad Maximilianum missus, & in primis Er-
nestus Elektor Coloniensis ad nos visere. Quin & splendida Persa-
rum Legatio ad diversas Europæ Aulas projecta, ingressa Monachi-
um, inter alia apud Principes viseenda, nostros penates multa
curiositate lustravit.

Erebus Ba
lektor Cde
loniensis;
Archidux;
Nuntius Ap
postolicus;
Legat His
panie, &
Regis Per
sarum ad
Collegium
Vedilius.

Ingolstadienses etiam Musæ multa Nobilitate illustres Manuæ
Ducem Ferdinandum, altiorum scientiarum Magistros audiuntur, festi-
vo Dialogo excepere, dum alterum, Ferdinandum Boariæ Ducem
mansuetorum litterarum alumnnum, Gymnasium venerabatur. Co-
mitum ac Baronum major in dies numerus ab parentibus etiam Aca-
tholicis affluens, in Principum Consortio & obsequiis adolescere
cupientium.

Inter Academizæ Doctores clarum jam nōmen, Jacobus Gret-
serus calatum hoc anno strinxit, ac in publicum prodiit: *Contra Mi-
serium, vitam primò Fundatoris nostri Ignatii, mox Apologia
am pro Gallicana Societate editam virulenta scriptione carpentem,
Disputationes præterea de Sanctorum Cultu, de Jure ac Justitia*
eodem Auctore prælo subiectæ. Alium insuper librum *Mai-
bius Mairboferus*, Gretseri olim in Theologia Magister, nunc in Cathe-
dra Theologica Collega vulgavit; *Apologiam nimirum Speculi Pre-
dicantium adversus speculam Jesuitarum*, quod anno priore typis
publicarat,

Ad Friburgenses in Helvetia scholas difficilis erat ascensus per
montem, præsertim à pluviis vel glacie lubricum. Huic malo subven-
tum à senatu, qui & gradibus exstructis ascensum mitiorem fecit, &
scalas ipsas imposito teeto defendit. Merebatur id discipulorum nu-
merus, qui ex Sabaudia maximè ac Vallesia magno civium bono
crecebat, & atuebat multitudo ardorem discentium, quoniam disciplinæ
detraheret. Unus Joannes Lambertus post Rhetoricam ad ponen-
dum apud nos Religiose vitæ tyrocinium admissus, eò memoran-
dus est visus, quod adolescentem familiæ ultimum volens lübēnsque
Mater ad Collegii portam adduxerit, egregio in fœmina & vidua
Contemptæ orbitatis exemplo.

Docentium ac discentium æquæ industria debebatur; quod
bacchantium insaniam interruperint eruditæ scenæ apparatu, quo ve-
retem convivandi modum exhibuere, plurimum à doctis latidatum.
Nec minorem approbationem tulere ludi, quibus Joannem Doro-
theum Lausaniensem Episcopum, tunc primum Diœcesin ingressum
schola nostræ saltitarunt. Is à Clero & Magistratibus, in D. Nicolai
Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. P.

121.
Libri à Ja-
cobbo Gret-
sero, & Ma-
thia Mai-
bofero in-
foliis Theod-
orii, edidit.

122.
Schola no-
stra Fribur-
gi docebat.

udem urbis principem inductus, ipso D. Andreæ Apostoli festo cum civitatibus Primoribus Collegium subiit, ab uno è Patribus oratione latina compellatus. Ad quam cum eodem idiomate non eruditè minùs, quam promptè responderet, patuit & viri eruditio, & insigne erga Societatem affectus. A prandio digressum ad aulam Gymnasii, Græcum Latinumque carmen, &c, quod supra laudavimus, Drama exceptit.

Neque nullam omnino partem discipulorum peritia habuit in exornandis Patris nostris Ludovici Erhardi primitiis. Hujus pater opulentus & senex, ac mater æquè grandæva, ut filium in patria primo sacris operantein viderent, à superioribus obtainuerant. Factum id pompa ac splendore, qui esse hoc loco poterat, inaximo, Instrumentum omne sacrificio necessarium ex argento cum Sacerdotis ornatu splendido parentes obtulere, ac peracto ad D. Nicolai Sacrificio epulum dedere convivis centum ac quadraginta apparatus simum.

^{223.}
In pauperes nostrarum scholarum auditores munifici.
Rudolphus Baro de Polvveill.

Servatius Fingerlinus Juris Doct.

A 224.
Ambrosius Straußius Ultimus Ratisbonæ ad D. Pauli Parochus. Ejus Elogi. p.m.

At nos pro pauperum alimentis quam maximè solliciti, in Alsatia quidem Rudolphum Baronem à Polyveil Provincie Gubernatorem induximus, ut ære suo alere cœperit ternos litterarum alumnos, quibus propositum esset, suscepto olim Sacerdotio supplere, destitutis passim Parœciis, Pastorum penuriam. Bruntruti vero à Basileensi Episcopo loci Princepe impetratum, ut in singulas hebdomades tantum panis erogari in pauperes nostros scholasticos jusserit, cui pin- fendo decem & quatuor modii frumenti ægrè sufficerint. Est autem modius Bruntrutanus tam ampla frumenti portio, quæ alendo unum homini sufficere in annum integrum possit. Delectatus et Patrum paupertati adolescentum consulentium cura Servatius Fingerlinus legum Doctor eundem in finem Basileensis monetæ libras bis mille legavit; unde anni centum librarum proventus ad Collegii Rectorem venirent, qui eos pro arbitrio in bene incrementum alimenta expanderet. Neque illa taceri debet Patrum Bruntrutanorum in pauperes promiscua caritas, quæ edocti, quod non raro miseri ab ære destituti, peregrini præsertim, pernoctare sub dio cogerentur, contadum causam apud cives ac Senatum agere non desisterunt; donec assignata & instructa domus fuerit, in quam collecti deinceps mitiùs, ac more Christiano haberentur.

A Ratisbonensibus insignis pauperum, & nostri Mecenatis fūnus elatum, Ambrosii Straußii ad D. Joannis in ea urbe Canonici, atque ultimi ad D. Paulum Parochi. Is. ab ipsis Collegii primordiis, præclarè de nobis meritus, ut hæc ipsa ad D. Paulum, quam tenuimus, sedes tribueretur, vehementer institit. Id postquam evenit, Templum, Sodalitium, Gymnasium exornare identidem velut sui esse officii duxit. Cum semel noster ad eum Sacerdos viseret, scyphos argenteos ac inantratos complures protulit, forma ac pondere præstantes. Mox vultu ad indignationem composito insigniores quosdam humi affligere ac pedibus proterere cœpit; se non ultrà corum servum, sed dominum fore professus. Nec distulit advocare aurifacem, cui ad unum omnes in manus consignans, convertere in sacros calices jubet, tum nostro Templo, tum aliis egentioribus donandos.

Ac

Ac in nostro quidem Aram unam, in Sodalito alteram ære suo exerat, oblatis ad utriusque ornatum crebris ac pretiosis muniperibus. Totus ex candore & caritate compositus, ita vixit, ut nemo ab eo se offendit meminerit, nemo aliquod in eo vitium incusarit.

Juventutis porro bonis artibus instituendæ curam inter primas habens, florenos pridem ducentos dederat, unde sumptus fieret in præmia, more anno, bene meritis distribuenda. Imo semper aliquos, ab ingenio moribusque commendatos in Academiis sustentabat, dum supererat: moriens vero duo aureorum millia testamento reliquit, ex quorum censu pauperes aliquot scholæ nostræ alumni viverent. Societatis quidem Præpositus Generalis Aquaviva virtutem viri ac merita tanti fecit, ut in meritorum universæ Societatis communionem receperit: defunctum vero poster Ecclesiastes grati animi causâ pro suggestu laydavit,

In Oenipontanam pauperum adolescentum domum à D. Nicetao dictam admodum liberales existere defuncti nuper Melchioris de Fabris, Aurensis ad Athelin Parochi heredes. Ex Testatoris enim voluntate libros Theologicos optimæ notæ donarunt, usui futuros eam rursum scientiarum alumnis. Eos, cum non adessent, qui iterentur, nos posito ab æquis æstimatoribus pretio, emptos domesticæ Bibliothecæ intulimus, consilio non utili tantum, sed pro eo rerum nostrarum statu plane necessario,

Melchioris
de Fabris
Parochus
Aurensis
ad Athelin.

Cum enim anno prioris Seculi sexagesimo secundo Collegium Oeniponti Ferdinandus Imperator statueret, Bibliotheca, necessarium litteras tractaturis instrumentum, deerat; nec occurrebat ejus tam subito comparandæ consilium. Cum iis, quos negotio Cæsar præficerat, venit in mentem, eidem suggerere, ut, dum aliud medium tempus offerret, concederentur nobis ad usum libri duorum Monasteriorum, Rattenbergensis Monachorum, & Schvwarzensis Monialium, amborum D. Augustini Regulam profitentium. Afferens est Imperator tanto facilis, quod Rattenbergense omnino desertum, Schwarzense foeminarum esset, ut libri, maximè Latini, utroque in loco blattastantum ac tineas palcerent. Itaque, obstante nemine, Monialibus etiam volentibus, ac Lubentibus, facta librorum translatio: quorum ad annum usque octogesimum primum quietus nostris usus perstet.

Oeniponti
nis Patribus
sub initia lib-
ri Ratten-
bergensis,
& Schvwarz-
ensis Mo-
nasteriorum
ad usum uti
byuntur.

Hoc ipso autem anno Oenipontum venit Collegium inspectus Oliverius Manareus, Româ Visitator in provinciam missus. Hie judee Oliverius Manareus Visitator, de rectora edocet, noluit, eum usum à nostris continuari; sed libros vel justo pretio à Monasteriis coemai, vel utriusque restitui, Præposito Generali approbante judicium.

Vel emi-
vel restitu-
tus Manareus
Visitator.

Ferdinandus igitur Alberus Collegii Rector, paritus Superiorum mandato hoc ipso adhuc anno Novembri mense ad utrumque Monasterium librorum causâ profectus, Schwarzenses quidem paratus reperit, ad acceptandum pro libris pretium, quorum nec argumentum ipsæ, nec linguam intelligerent; factaque Gabrieli Morano Franciscanorum tunc Provinciali, ac Monasterii Confessario,

Ferdinan-
dus Alberus
Rector cum
Schwarzzen-
sibus Monis-
libus agit.

de prelio conveniendi potestas. At ubi testamentariae tabulae prolatæ sunt, quæ olim hos libros Monasterio Sacellanus legaverat, patuit simul expressa voluntas Testatoris, vetantis, eos unquam à Monasterio ad aliorum manus venditione transferri. Ergo statim agi de emptione desitum, librique ad unum omnes Morano exhibiti: quorum Catalogo Monialibus exhibito, rogavit noster: vellentne confessim eos restituiri; an usum longiorem in Religionis ac proximi commodam servaturis concedere? Illæ obsequiorum memores, & oblato, quod præstare vicissim tam nullo suo incommodo possent, beneficio

Cum usum
lubentes
concessis-
sent, hoc
anno libros
omnes redi-
didimus

127.

lætzæ in usum longiorem facillimè consensere. Et duravit in hunc annum optimarum Virginum benevolentia, quibus, actis impensè gratis libros ad unum omnes remisimus, duratura semper beneficii opportuni æquè ac diuturni memoria.

Rattenber-
ge nemine
invenit, quo-
cum agere
posset.

Cum altero Rattenbergensi Monasterio res hunc exitum habuit. Delatus eo Albertus, ac negotii perficiendi causâ ingressus Monasterium, unicam in ea Monachom invenit; à quo, expositâ adventu-
causâ, quidquid ageret, aliud extorquere non potuit; quām ista sibi curæ haud esse. Nec perstiturum in loco; cui certas ob causas pro-
pediem Rattenbergâ excedere decretum esset. Ita re infecta Oe-
nipontum redux intelligit ex Consiliariis, clausum iri propediem, di-
lapsis incolis, Monasterium; assignata ex ejus redditibus summa, quæ
vni Sacerdoti sustentando sat esset, qui statis temporibus Divina per-
ageret. Ita quidem, cùm nemo tunc esset, cui fieri librorum resti-
tutio posset, retenti sunt eo animo, ut cum gratiarum actione reci-
peret, quisquis Monasterii nomine repetitum iret.

128.

Tandem
Hippolytus
Ravenus
novus Prior
libros repe-
tit, & reci-
git.

Decem & quatuor annis nemo comparuit. Anno demum quin-
to & nonagesimo, Religiosis interea ad locum reversis, Hippolytus Ra-
vennas Prior impositus, oblato libello libros à Concilio, à quo ave-
ctos intellexerat, repetit. Re ad nos perlata, tradituros, quo mal-
lent tempore, responsum est. Simul factæ promissionis admoniti Con-
siliarii, quo sumptus in Bibliothecam tantopere necessarii pridem
spondebantur. Illi, cùm ægræ ad alia sufficeret æarium, ad Prio-
rem conversi prorogationem petebant. At ægræ facturum cùm nostri
adverterent, nihil morati actis gratiis libros tradidere. Nobis, quæs-
scilicet defectum suppleremus, centum floreni numerati,

129.

Subrahon-
tut, preser-
tim nobili-
bus libri
heretici.

Dum libros, supellecstile maximè necessariam, augere domi-
nostræ studemus, alienæ illorum numerum minuere conati sumus,
magna utilitate dominorum. His volentibus lusfratæ passim Biblio-
thecæ, & peste aliis identidem titulis nominib[us]que colorata purga-
tæ. Apud nobiles præsertim, quos inter se diffundendi nullum hoc
tempore medium omittebat hæresis, inter primos fructus meritò cen-
sebatur, si quos domi sapientius occultabant, infecti novis erroribus li-
bri protrahi in lucem, & subtrahi volentibus poterant; qua in re
multum valuit uxorum egregie Catholicarum ingenium, sæpè veluti
joco periculosa maritorum arcana prodentium. Non pauca volu-
mina sic crepta occultantibus, &, quas Auctores merebantur, flam-
mis adjudicata.

Par fuit industria iisdem, quibus hostis in animarum perniciem utebatur armis, ejus machinas disturbandi. Sparsi nimis inter nobiles præsertim ac litteratos non parcè libelli, qui pro antidoto essent iis, quæsivicius imminebat ab hæresi veneno periculum. Neque raro talium lectio prima fuit evocandi nostros, & proprius noscendi occasio. Ubi saepè nonnullis opiniones exemptæ, quas de Societas hominibus, vita, ac instituti ratione planè absonas fallasque conceperant. Nec facile solitaria erant hæc talium animorum lucra, uno semper plures trahente.

Intra Urbes Mariana Sodalitia pro munimentis, Sodales pro militibus erant, infesti ubique vitiis, ac virtutis defensores. Quæ de peccati horrore, Sacramentorum usu, discutienda sub vesperum conscientia, aliisque fovendæ pietatis industriis in coetu audiérant, docebant domi familiam, desiderántque in eorum contuberniis familiares paulò antè inter domesticos blasphemiae, juramenta, obscenæ cantus audiri. Ita factum perspè, ut juniores opifices, qui tatis, ut rebantur, adversus Papismum firmi Catholicis locaverant operam, filiorum sodalium, aut Patrum familiæ prudenti zelo, modestia, colloquiis meliorem primò de Catholicis sensum, ac ipsam deinde Religionem hauserint, mortuæ exemplis, validissimo in omnem partem argumento permotæ.

Ubi adversus vitii insolentiam non valebat modestia, etiam verbis non parcebat animosus ardor. Ratisbonæ inter scyphos detra-^{131.}
ctor impudens clericalem statum fœdè traduxerat. Tacentibus om-^{Detractor à Sodale castigatur.}
nibus, nonnullis etiam assentientibus, Sodaliū unus læsi honoris defensionem suscepit; & explicata sceleris gravitate, eum attonito homini patrati criminis horrorem ac pœnitudinem injecit, ut is petità pravi exempli veniā, & porrectâ mox pauperi largâ eleemosynâ ultus fuerit eam linguae licentiam.

Alium grave scelus meditantem, cùm humanam eluderet, vis altior ad mentem revocavit, ipsa Conversionis D. Pauli sacra luce, quā Patroni memoria, nostra in Aede, colitur. Dum enim Sacris solennibus interest, repentina quadam viceu turbine, aut apoplexia tactus homi affligitur. Externa quidem vox nulla ad aures prostrati allapsa est: at intus validissimum hortatorem ad cor locutum repentina hominis mutatio docuit. Nam simul à terra, simul à cœpti consilio inpietate surgens ad nostri Sacerdotis pedes ad volutus, dolens ac gemens pessimè destinata confessus est, sanctè pollicitus, se quot annis hunc diem, suscepit ritè Sacramentis sacram habiturum, quo Paulum convertsum tanto suo bono repræsentasset.

Ut Saturnaliū licentiam Sodales publico Catholicæ pietatis ex-^{132.}
emplo frænarent, pomeridianis horis solemnī pompa ab ipsis ad D. um licentia-
Magni trans pontem est supplicatum, alta voce per urbis Lutheranæ piis operi-
compita Marianas Laudes concinente musicorum choro. Altera sup- bus corri-
plicatio ad gravitatem æquè ac pietatem composita frequentissimo gunt Sodale
agmine ad præcipua quinque Urbis Tempa circumiit, interjecta les.
ubique religiosa statione. Crucem aginini præferebat Quirinus Leo-^{133.}
Fistor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VII. Q. Quirinus
ni- Leodium

Cathedralis natus Cathedralis Ecclesiae Praepositus, vir Religionis ac Gloriarum Del Ecclesiae Praepotitus Crucis Sodalibus præfert. longè studiosissimus, qui & summo altari, nostro in templo visendo opere exstructo, florenos mille obtulit, quod supererat sumptuum additum pollicitus. Halenses supplicationi publicæ cruentam flagellationem addidere, multis eo exemplo à bacchandi licentia ad sacram tribunal pertractis. Nos in comenodum Sodalitatum Ratisbonæ tirocinii nomine novam pro insimis Gymnasii scholis catechesis instruximus, quæ sic adolescentes formaret, ut servire pro Sodalium Seminario posset. Unus exhibitum caritatis obsequium, quantumvis

^{135.} Pauper an. te mortem remunera- ipsa adhuc mortis die nostri submiserant; pro quo liberale vicissim tionem ca- in unus exoraturum se à D^EO nihil dubitavit promittere. Exfolvit ritatis no- fidem liberaliter. Nam postridic mortis oblati sunt templo aurei om- sit. & præ- nino quingenti. stat.

^{136.} Apud Ingolstadienses præter publicas comprecationes hoc anno crebriores, egregia fuit apud multos occularum virtutum exercitatio, & continuata dierum aliquot, nullo cibo gustato, jejunia. Illud exempla. Uni- ad sui victoriæ in juvne Sodale insigne facinus taceri non debet, us intempe- quo ultum ivit admissam forte intemperantia cui paim. Ejus peccati riantiam ul- tanta animum poenitentia subierat, ut majorem ordinariam poenam me- ciscensis heroticum facinus ditatus, celebriore quadam die, invitatum de trivio mendicabulum domum suam deduxerit. Hunc paratæ accumbere mensæ jubet: mox ad pedes ejus projectus osculatur utruinque, indeque assidens unà prandet. Bibiturus ante semper exurgens, & ad pauperis pedes provolutus orat, sibi fieri bibendi potestatem. Id postremum cum faceret, non priùs haurire voluit, quām mendicus, invitus quantumvis & abnuens, sputo potum fœdasset.

^{137.} His moribus Sodales cùm essent, haud mirum, Augustæ famam Augustani Sodales ad. publicè celebrasse: à Sodalibus ad virtutem multos: ex ipsis Sodali- publica pœ- bus ad vitia neminem fleti. Inde ad Christi cenotaphium sc flagro- nitentia opera ex- cruientibus hoc anno primarii cives, ac Patrii ordinis viri se con- exemplo viros junxere. Locupletiores eorum perpetua in Sodalitium liberalitate primarios trahunt. certabant. Nec condebatur acceptæ opes; sed ad faciendum Religioni nostræ splendorem palam, nec parcè promebantur. Inde instituta vetus ad montem sanctum supplicatio multo, quām antea! copiosior, ac illustrior fuit. Tunc enim primum clypeata Matis, Virginis signa splendebant in penulis, magno sumptu comparata.

Supplicati- Aderat sub eos dies Augustæ Provincialis Roseffius; vetus, &c. onem ad multorum annorum in summa æde Concionator. Summonopere dele- montem sanctorum reddunt il- status ardore Sodalium religiosissimus senex reddituris in urbem pere- lastriorem. grinis ipse occurre, & collectos pro more ad D. Afra Temptum in Campo Lycio, pro Ecclesiaste ordinario alloqui statuit. Factum id summo omnium solatio, scum quondam Patrem Doctorisque fidelissimum avide intuentium, ac salutantium.

^{138.} Johannes Ge- Dilingana Sodalitas plurimum duobus, suo nimirum & Joanni Georgio Constantiensi Praefulibus debuit. Hic enim annis abhinc, Episcopus litteras ad Sodalitem Dilinganam scribit,

exaraverat, eo spiritu, affectu, atque animi demissione plenam, ut lecta palam auditorium omne in admirationem scribentis, ac venerationem raperet. Adcō de se ipso tenuiter, de Sodalitate magnificè, de honore subeundo graviter scribebat. Ad calcem epistolæ non aliud quām *Fratri*, ac suum duntaxat nomen, nudum, absque ulla dignitatis nota subscripterat.

Novos exinde Spiritus hausit ardor Sodalium, quem satis frequenter testatum faciebant producta per biduum sine cibo jejunia, cilicia in sextam usque hebdomadem tolerata, verbera vel ad voces, vel ad singulas etiam syllabas Psalmi quinquagesimi admensa, opes in DEI obsequium animorūnque profectum expensæ. Nam illorum ære prodiere typis excusa Catholicæ Fidei rudimenta, adjectis septem de B. V. Litaniis, in totidem hebdomadæ dies divisæ. Eares in speciem parva non exiguos fructus tulit; cùm in Suevia & Algoja per omnium manus hæc pagellæ volarent, magno pietatis incremento.

Die Parasceves supplicationi jam in anguum morem inductæ novum apparatum, novum ordinem addidere; distincto in quatuor Cohortes agmine, quarum cuique depictum in labaro præferebatur illud Christi patientis mysterium, quod ultronea severitate imitandum suscepérat. Maximum verò ornamentum attulit Religio Principis, cum omni Aula piū agmen sequentis. Qui idem pietatis exemplum in alia supplicatione spectandum præbuit, quam ad D. Virginis Ædem bis mille passus extra muros sitam eduxere Sodalcs, cui & ipse se adjunxit magno omnium, præsertim egenorum solatio, in quos multam liberali manu pecuniam sparsit.

Eundem ad locum pari pietate supplicatum processit tertia Sodalitas, solos diverorum ordinum Religiosos complexa, quorum è tribus ac triginta Monasteriis studiorum causâ Dilingæ cum amoran- tium numerus ad novem ac nonaginta ascenderat. Prodeunibus vi- tri tres præferebant lusponium è tribus perticis prægrande vexillum, quod opere ac pictura illustre, collato ære paraverant. Ad Mariannam Ædem ubi ventum, quotquot Sacerdotio eminabant, ad aras fecêre, ceteris post expiatum confessione animum, sacræ mensæ insigni cum modeitia accumbentibus. Ea Religione defunctis obviā extra moenia Sodalitates reliquæ processere, quarum conjunctione & numerosius agmen, & ad exemplum illustrius factum. Id cùm du- plex musicorum chorus distingueret, maximam effusæ ad spectacu- lum civitatis approbationem tulit.

Hæc Sodalitatum estimatio eam in animis excitavit Marianarum legum amorem, & curam, ut Monachii quidam vir nobilis, earum in vita ad recti normam revocanda vim expertus, voto, dum viviceret, ad earundem observationem fese obstrinxerit. Ubique ea- rum studium non juvabat tantum conscientias, sed ad miram purita- tem elevabat. Apud Oenipontanos clare id eluxit in Christophoro Reccordino spectate nobilitatis viro, qui amplissimam aditurus hæreditatem, longè conscientiam auto præhabuit. Postquam enim omnes possessionum suarum titulos nostro explicuisse, indicari sibi pro-

Dillingæ
Sodalites e-
gregiis ex-
emplis pie-
tatem pro-
moverat

139.
Tertiæ Se-
dalitatem
foli Religio-
si coafiam.

Christophe-
ri Reccordi-
ni mira con-
scientiae te-
nacitudo.

cùl omni palpo voluit: quid æquum, quid iniçuum, quid dubium censeret. Cùmque intelligeret, quædam haud satis justo titulo parata videri, sine mora ea dominis, quando certi habebantur, restituit: ubi verò reddi non poterant, vel dubii juris contractus videbantur, medebatur, ut poterat, notabili summâ insuper in Ecclesiærum vel necessitatem, vel nitorem effusâ. Neque primâ illâ & suâ & arbitri diligentiâ contentus, repetitis litteris institutis, ut summa fide ac libertate moneret, si quid ad liberandam plenissimè conscientiam superesset, cuius equideem causa nihil sibi arduum fore, etiam cum aliqua honoris diminutione conjunctum.

^{141.} *Landspergensis Prætoris singu-* **Adjungamus huic virum alterum, non virtute minüs, quæm nascendi fortunâ & officiis clarum, Landspergæ Prætorem, magno la deinde Boica enutritus, favore Principum, ac officiis diu claruerat. Ultimos autem vitæ annos aulâ procul in Landspergensis urbis agrique prætura exegit. In usu Sacramentorum creberrimus data ab arbitris conscientiæ monita scripto exarata tenebat, ne unquam exciderent. Rerum actioniæ inque statutis temporibus ordinem modumque ipse sibi præscriperat, quæ inter hæc sibi imperabat: in mensa parcissimus vini, sicut aquâ purâ extingueret: pauperum curam perpetuo gereret: quavis sextâ feriâ ac Sabbatho jejunium servaret: examinandas conscientiæ, precibûsque horam ante cubitum impenderet: nullo non die sacro interesset; aliisque non pauca, quæ ruborem excutere etiam Religiosissimis possent. Hæc tanta in tali viro virtus finem tandem proineruit, qualem concedi sibi quotidie flagitabat. Post sacram nempe Eucharistiam summa cum pietate accep- tam placidissimè obdormivit.**

Talia virorum æquè ac juvenum Sodalitiis nostris adscriptorum exempla cùm omnium oculis obversarentur, amorem post se ceterorum, liberalitatem, imitationem traxere. Apud Friburgenses munificientiâ civium splendidum in aula Gymnasii, conventuum loco, at-tare surrexit, centum ac triginta coronatorum impendio. Par fuit minorum in augendo pro viribus Sodalitatis thelauro studium: his tamen utrorumque exempla superioribus annis nihilo inferiora meritò prætuleris. Quin vita virorum pietate, etiam alterum sexum occupavit nequaquam foemineus ardor, quando Matronæ juxta ac Virgines ultroneis corporis cruciatibus consentaneam statui castitatem fortiter sunt tutæ.

Qui Sodales inter vel eminebant virtute; vel ejus desiderio tenebantur, communibus ad pietatem mediis haud contenti, paucim secedebant à publico, ac solitarii Ignatianæ ascensi magno animi ardore vacabant, à quorum deinceps vitæ exemplis plurimum crevit sa-crarum exercitationum existimatio; cùm, qui è Patribus familias intraverant, compositissimis moribus egressi, mox familiam omnem ad Christianæ pietatis normam componerent.

^{142.} Ingolstadii duo supra triginta per octiduum secessere; quos in-S. P. N. Ex-ter ante alios honorificâ memoriâ digni quatuordecim Religiosorum ercius in-ordinum Alumni, quibus laudissime ardore præluxit celeberrimi golstadii v. Col-

Collegii Canonorum Regularium Rhorensis Præpositus. Ebersper-
gæ idem à viris Religiosis quām plurimis factum, optimâ Superiorum
suorum veniā, uno pariter Reverendissimo Præfule ex eadem ascensi-
ōne usū cognita, novum animo quærente solatum. A Constantien-
sibus Patribus integris Religiosorum cœtibus, qui ad se illos evoca-
verant, id impensum obsequium magno utrorumque solatio.

Dilingæ è Religiosorum Sodalitio quindenī ad præscriptam à S.
Ignatio methodum se se exercevère; quibus itidem facem prætulit è
Reverendissimis Abbatibus unus. Et horum quidem Religiosissimo-
rum Præfulum insignis perficit erga Dilinganos Patres affectus, &
captorum in suorum utilitatem consiliorum cum iis communicatio.
Nam & hoc anno ad diversa asceteria evocatos in rebus, ad litteras
Religiosā inque disciplinam pertinentibus consultores sibi adesse volu-
re. Sublata nonnullis in locis ea Sacrorum DEO hominum co-
mercia, in quibus vanitatis, aut periculi plus esse visum, quām
fructus. Locupletandis Bibliothecis, alendis in litterarum studio fra-
tribus, certa pecuniæ summa constituta. Justa anniversaria, quæ sua
multitudine, & lapsu temporum persolvi ultrà non poterant, redu-
cta in certum ordinem, sumini Pontificis Autoritate firmatum. Ni-
hil præteritum, quod ad singulorum locorum pulcherrimè reflore-
scientium incrementa facturum videbatur.

Ab hoc laborum cursu duos duntaxat ex omni Sociorum nu-
mero mors detraxit, utrumque Monachii mortuum. Hos inter pri-
mam Martii mensis diem ultimum vitæ habuit P. Gerardus Hero, na-
tione Hollandus, patriâ Almariensis, annis quadraginta in Societate
versatus. Vivum religiosæ perfectionis exemplar habebatur domi fo-
risque; quippe cuius vitam ac mores formaverat submissio animi, &
in legibus Societatis observandis perpetuus rigor. Et has quidem mor-
ti proximus postremis vocibus commendavit adstantibus nostris, ni-
hil cuiquam præ illis æstimandum dictans: se quidem, quamdiu in
Societate vixisset, non tantum nullam unquam verbis in judicium vo-
care ausum, sed animo & affectu nullam unquam aliter accepisse,
quām ut normam à Divina voluntate profectam, ad quam suam ipse
dirigeret. Familiarem viro futuri intento fuisse mortis memoriam,
tum patuit, cùm libellum exprompsit, in quem multâ diligentia è
sacris litteris sententias congesserat, quas ingeri sibi ab adstantibus
sub exitum vellet. Totus semper intra se ipsum habitans, tam erat
aliarum rerum incuriosus, ut, cùm triennium Romæ in studiis litte-
rarum versaretur, Papam nunquam viderit. Mirantibus respondit:
quid vultis? nunquam fui monitus, ut ad videndum Pontificem domo
egrederer. Debebat animi opibus abundare, qui exteriorum penè
oblitus, curas omnes intra se ipsum converterat.

Eum uno pòst mense secundâ Aprilis secutus est P. Michaël
Marius, gente Bojus, & ipse veteranus in Societate miles, confessus
annorum quinque & quadraginta stipendiis. Id maximè in eo miran-
dum, quòd, licet acerbis podagræ chiragræque doloribus cruciare-
tur, audiendi tamen pœnitentes laborem haud deseruerit; dum jam
penè immobilis lectum ipse deserere ultrà non posset; quadriennio
integro patientiæ tantum materies & exemplum.


Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. R Idem

Idem DEUS, qui hosce fidâ tot annorum militiâ solutos ad quietem evocavit, alium Dilingæ, præmaturè à signis digressum, vive. ^{Mors unius} è Societate dimissi. re haud longius sivit. Huic aliquot abhinc annis, seu levitas animi, seu disciplinæ impatientia discessum è Societate persuaserat. Magnam sæpe facti pœnitudinem cùm prætulisset, extremis jam proximus, revisenti ad eum crebrius nostro, animæque ac corporis solatia suggerenti, aetis gratiis cum suspirio reponebat: patete prosector etiam suo exemplo, eos raro bene aut diu vivere, qui suâ culpâ Societatem deseruissent:

^{Biburgi di-} Post sanctiores conatus maximus in ædificando labor Biburgi ruto veteri extitit. Hic vetus Monasterii ædificium, antequam nobis consigna- novum eri ^{Ædificium.} retur, per annos quadraginta desertum in calum inclinabat. Deje- Cetum est, quod ruinosum erat, unus quidem ex operis nescio an in fortunio majore, an Del miserentis beneficio. Lapsus enim ex alto sic ruderibus sepultus latebat, ut nusquam emineret, omnium opinio- ne exanimis. Succursum sine mora; & maxima festinatione eruto duim noster identidem in aures salutifera nomina JESU & MARIAE alta voce ingeminat, is velut è profundo sopore excitatus: tunc inquit, ades, optime Pater, cuius mihi in ipso casu oblata est species? quid narras, reponit ille; meane tibi oblata species? num Confes- sio erat in votis? Rem tenes, inquit alter, idque etiam nunc cupio: fac aures modò præbeas. Delatus ad lectum, vitæ noxas omnes animo præsente recensuit, tertiąque post horâ bonæ spei plenus ex- cessit. Ceterà sat felix ædificatio fuit, & extrema propè manus im- posita. Duplex novorum conclave ordo habitatores duos & tri- ginta capit, additis hypocaustris quatuor, quibus hospites honoratores excipientur. Et fabricæ quidem spatiū non præsenti duntaxat ne- cessitate definire placuit; ut, quæ ordinariis incolis superessent con- clavia, quemcunque servire in casum possent.

^{Adieci ti-} Denique imminuto non nisi binis capitibus numero, supplemen- rones unius ta non ad mensuram tenuium plerisque in locis redditum; sed pu- ^{constantia.} blicæ utilitatis lecta sunt. Nam post tirocinium inter egregia virtutis experimenta exæctum sacramentum DEO dixeré undeviginti: succendentibus in horum locum quindenisi aliis; quos inter unum ma- ter & cognati retinere cùm obstinassent, ubi inexpugnabilem vidè- re, assenturos se ajebant, si hæreditati renuntiaret. Id lætus ille ac lubens fecit, solam secum afferens elegantem materiam, quam ma- ter discedenti ad aram ornandam tradiderat; manifesto mundi Chri- sto ubique se opponentis exemplo, cuius instinctu parentes hæreditatem etiam liberis invident, qui Christum sequuntur.





HISTORIÆ PROVINCIAE GERMANIÆ SUPERIORIS, SOCIETATIS JESU

PARS TERTIA.

Decadis Septimæ Annus Secundus

Seu

Christi M. DC. II.

SYNOPSIS.



Erenissima Renata, Conjugis Guilielmi V. virtutes.
n. 144. & seqq. affectus erga Societatem, erga
pauperes &c. à n. 148. Supremus morbus, preces
pro salute, mors. à n. 151. Sepultura. n. 153.
Maximiliani Ducis ad Montem Sanctum peregrina-
tio. n. 156. Nosodochium S. Elisabetha transfertur. n. 158.
Sodalium exempla pietatis. à n. 159. Joannis Ridii Sodalitatis
Augustanae Praefecti memorabilis peregrinatio Romam. à n. 163.
Pietas erga DEiparam peccatoribus salutaris. à n. 165. Joan-
nis Stephani Waruvoda Moldavia pietas, mors. à n. 167.
Pœ-
na peccatorum & Conversiones notabiles. à n. 169. Wolfgangi
ab Hausen ex Proposito Elvaciensi Ratisbonensis Episcopi studium
erga

erga Societatem. à n. 172. Et novi Prepositi Joannis Christo-
phori à Westerstetten. n. 175. Et Episcopi Basileensis. n. 176.
Missiones in Burgundia, Suevia, Helvetia obita insigni fructu. à
n. 178. Brixinensis Episcopus nostrorum operā Et consilio utitur.
n. 188. Religiosorum erga nos studia. n. 189. Unius Mona-
sterii per Exercitia S. P. N. reformatio. n. 191. Florent littera-
rum studia Dilingae, Monachii, Ingolstadii. à n. 193. Libri à
Gretsero, Pontano, Radero editi. n. 196. Conversiones ad fi-
dem notabiles, cauponis Lutherani Augusta memorabilis pœna.
n. 198. Amplam nostris, etiam tironibus, facultatem concedunt
Episcopi. à n. 209. Energumenorum curam cur suscipere recuset
Societas? n. 212. B. V. in clientes quosdam beneficia. à n. 215.
Pœna mulieris vestem sacram in filia usum vertentis. n. 220. D.
Sebastiani beneficia, Et cultus Ebersperga. n. 222. Favores
magnorum Principum. à n. 224. E pecunias à Christophoro Fug-
gero donatis emitur à Collegio Augustano Kyffinga Et Mergenta-
vium. n. 229. Eadem Collegio donat Henricus Episcopus Crania
S. Mauritii M. Et S. Maria Aegyptiaca. n. 231. Helfensteiniae
Vidua in Landspergenses beneficia; Epitaphium Schuvickardi Co-
mitis. n. 232. Resumitur de extruendo ac fundando Collegio
Constantiensi deliberatio. Episcopi, Canonicorum, Abbatum mu-
nificentia. n. 236. P. Bartholomai Welspergii Oeniponti
mortui memorabilis ad Societatem vocatio Et
virtus. a n. 248.



An.

Annus Christi M. DC. II.

Hic annus Provincie nostræ Matrem eripuit, ut cœlo
Tutelarem infereret; quæ sola recordatio temperare
luctum potuit, quo Principis incomparabilis jactura
non Societatem tantum, sed Serenissimam Domum,
cum Bojaria omni affecit. Nam decimo Calendas
Junii beato Justorum fine quievit Serenissima Renata,
Maximiliani regnantis Mater, Guilielmi Fundatoris ab anno prioris
seculi sexagesimo octavo Conjugæ. Nihil in tanta Principe parvum.
Ex Francisco Lotharingiæ Duce, ac Christiana Regia Daniæ Princi-
pe, Regium utrinque sanguinem hauserat; quem mox Cæsaribus ip-
sa, summisque Imperii capitibus daret. Nam ex filia Maria Anna
Ferdinandi Archi-Ducis Conjuge, & filio Maximiliano Renatae nepotes
sunt, quotquot hodie Austræ Boicæque Principes vivunt. Ut sanguis
abesset, maximam Principem virtutes facerent, quarum in ejus ge-
stis omnes eminent, ob quas altaribus tot alias Religio majorum im-
posuit.

Adhuc infantem celebravit prodigium. Nam à Medicis depo-
sita, cùm ex Voto Lauretanæ Virgini nuncupato convalesceret, stupente Aulâ, primam vocem edidit: *Gloria tibi Domine.* Educa-
tio deinceps tam sancta accessit, ut primum à Baptismo innocentiaz
candorem nunquam gravi labe foedasse, testati sint, quos animi ar-
bitros legerat. Par fuit Guidobonii, non pietate minus, quam san-
guine clari testimonium. Is quadraginta ipsos annos Regiæ Principis
obsequiis incanterat, quotidianus actionum inspecto; semper, cùm
de eadē sermo incideret, asseverare auditus: nunquam à se aut
verbū, aut gestū notatum in Principe, non ad leges virtutis ex-
actum. Talem, Alberti Patris voluntate, Guilielmus vigesimā pri-
mā Februarii, anno post millesimum quingentesimum sexagesimo
octavo in Monacensem Regiam induxit, Nuptiis postridie apparatu
maximo celebratis, decem exinde liberorum Parens. E filius Pur-
puratorum Patrum Collegium unum, duos Imperium Septemviros
vidit. Amor in Maritum summus, ac par amori reverentia, expre-
sâ moribus, quam à primis Christianis acceptam semper in ore sere-
bat, Regulâ. *Cor unum, & anima una.* Quam sancta fuerit &
una felix liberorum cura, non attinet dicere. Asternūm utriusque
Germaniæ fasti loquentur, eos, quocunque devenerint, publico Re-
ligionis, ac populorum bono venisse.

Gnara, quantum virtuti ab ordine firmamentum accederet,
diem totum ita divisorat, ut definita essent somni, orationis, labo-
rum, Refectionis tempora: quem ordinem, uti maturo consilio si-
bi scriperat; ita sanctum habuit, atque perpetuum. Primum maxi-
mumque diei negotium oratio; quæ una non oblectari tantum, sed
vivere serebatur à consciis. Matutina admodum, post solennes, quæ
assueverat, preces animum omnem in meditationem colligere so-
lita, in patientis potissimum Sérvatoris cruciatibus mentem totam &
affectionem figebat, mirè, cùm eorum admoneretur, in sermone fœcum-
da;

da. Prolixum, quod Clerici persolvimus, Horarum Canonicarum pensum sibi proprium fecerat, trinis prætereà sacrificiis præsens; nec ullus erat Ecclesiæ status, hominumque conditio, cuius afflictiones, pericula, salutem non quotidie statis precibus Numini commendaret. Bis quotidie cogitata, dicta, actaque diei ad examen vocabat, mirè in povidendo nævos etiam minimos perspicax; nec dolens remissius, cùm eos semel per hebdomadem, vel iterato ad sacerdotem deferret. Ejus arbitrio vitam omnem submittebat, haud aliis pietatis exercitiis instituta, nisi quæ Confessarii censura probâasset.

Eucharistia pietas. Eucharistiae ingens veneratio, ac par desiderium; quo suum atquebat animi ad summam munditiæ excolendi studium. Èa refectam Seraphinum credidisse: ita tota reverentiam & amorem spirabat, sic immersa dulcissimis cum DEO hospite colloquiis, ut, quantumcunque prolixa, non nisi ægrè tandem, ac suspirans finiret. Verè viventis in mundo extra mundum animus erat, ut rerum omnium, nisi quæ ad DEI animique cultum spectarent, videretur ignara. Sermonem de divinis nisi præsentes afferrent, ingerebat ipsa; & ne mantrum labor ab his deliciis avocaret, è Gynæci Virginibus, aut ancillis cubiculariis una, pia jubebatur prælegere; eratque fermè Thoinæ Kempensis de imitatione Christi libellus, qui laborem cœlesti doctrina condiret. Ipse labor non nisi sanctus erat; quippe DEO Templisque dicatus. Supersunt hodie monumenta in nostro præsertim D. Michaëlis Sacrario, ex auro sericoque insigni artificio elaborata, unde spectator discat; quinam sanctum illud Gynæcum labores occupaverint.

147. Exempla in publicum, & hausta orando lux. Nullum ferè supplicantum ordinem in publicum eduxit Religio, quem non sui sexûs exemplum Renata præiret. Ut suus peregrinationibus sacris honor ac frequentia rediret, Guilielmus Conjux viatoria penulâ ac scipione instrutus, veterem Duntenhusanæ Virginis Aedem pedes adierat: secuta exemplum ipsa, paulo post eundem ad locum pedestri itinere Gynæcum deduxit; pari pietate, duum vires tulere, Oettingam ac Eberspergam, etiam saepius per annum profecta. Cùm nulli se præberet accessu difficilem, iis tamen horis, quibus sola orando cum Deo colloquebatur, interpellare audebat, nemo, æternarum præcipue veritatum meditationi intentam; unde & lucem haufit admirabilem, quâ quid DEO quacunque in re gratius esset, discernebat tam claro certoque judicio; ut ii, quorum arbitrio acta agendâve credebat, non probarent tantum omnia, sed taciti admirarentur: desinerent contrâ admirari, earum, quas orationi destinasset, horarum tam esse retinentem, ut nec momentum earum perire sibi vellet, nisi cùm morbus ad orandum inutilem, patientiæ tantum idoneam ficeret.

148. Erga Societatem affectu. Utì rerum, sic & personarum DEO sacrarum, amor singularis erat, ac veneratio. Gaudebat earum alloquo, & ipso etiam conspectu recreabatur. Nostris non Principis duntaxat clementiam, sed Matis affectum exhibuit: sive cùm frugali mensæ, solito contenta ferculorum ternario, sive cùm ægrotantium lectulis assidens, materna verboruin dulcedine leniret sensum dolorum, multumque in

in discessu apud suos Religiose patientiae Exempla laudaret. Explo-
rare quin etiam solita diem, qua sanguinem nostri è vena misissent,
opportunitis recreare delitiis consueverat. Illi porro recreandæ nihil
quisquam affectre jucundius poterat, quam nuntium de rebus à So-
cietate pro DEI animarumque bono ubicunque terrarum feliciter ge-
stis. Tunc enim in vultum ac verba erumpente laetitia, totusque
in referendas numini gratias animus effundebatur. Contrà, ubi nos
odiis impeti, denigrari calumniis, malis artibus opprimi intelligeret,
plus Societatis malis indolere videbatur, quam suis.

Cum omnes, quæ statum sexumque ornarent, virtutes, fami-
liares ac domesticas haberet; Caritas tamen imperium tenuit, quæ
totam regebat. Potest in Renata suam quoque Bavaria Elisabetham
ostendere, quam imitari semper, nonnunquam velle vincere vide-
batur. Condendi ejus Divæ nomine celeberrimi Nosodochii Auctor
fuit, inque opus viginti aureorum millia de suo contulit, ut, cum
vita non posset, caritas æterna esset. Septuaginta duæ annus inopes
Renatae dici Gynæcum poterant, sed cui famularem operam ipsa præ-
stareret. Duodecim earum, succendentibus identidem aliis, quotidie
alébat convivas, ipsa inferre dapes, ac ministrare accumbentibus so-
lita. Pari cura, ac teneritudine nullus sine solatio relictus æger, quem
illa nōsset; & nè quis ipsius diligentiam fugeret, exploratores aluit,
qui per domos ac mapalia vestigarent, quos fortuna desertos, sibi
curandos reliquisset. Ad eos velut ad delicias suas properabat, sola-
batur verbis, opibus juvabat, famularem etiam manum admovebat.
Pupillos, dum illa viveret, penè felices sua orbitas fecit; nam paren-
tibus destitutos, suos esse arbitrata, de alimentis prouidit; ut Chri-
stianis moribus, ac honestis dein artibus erudirentur, curavit. Duo-
rum milliæ aureorum anni reditus charitatis æarium erant, cer-
tumque vectigal pauperum: unde vel obolum avertisse piaculum
suisset. Spectabat hos Conjugis mores, vitaque rationem laeta froni-
te Guilielmus; plenimque iis delectatus, dicere solebat: suam con-
jugem si describere lubeat, exprimi è Pauli Apostoli verbis posse,
quibus ille caritatem describeret, quæ ad litteram omnia suis moribus
illa exprimeret.

Non poterat à tam perfecta caritate abesse morum lenitas ac
mansuetudo, quæ ne peccantibus quidem acerba, admonere er-
rorum domesticos solebat sine stomacho, aculeisque verborum; ut
nemo unquam deprehenderet ullum animi commoti indicium, quod
exasperaret sermonis comitatem. Par. erat mentis adversus casus
quoscunque constantia. Sups, morte præmatura abreptos, eadem
vultus serenitate ostendit, quā accepit. In morbis nemo de Patientia.
dolorum vehementia, aut diuturnitate vel leviter quiritantem audiat.
Id mirum, valetudinem veluti in potestate habuisse, cùm Religio po-
siceret. Sæpe morbo conflictabatur, quem diuturnum fore omnes
agnoscerebant. Nihilominus, ubi sacraiores feræ incidissent, quibus
rei Divinæ adesse Renata percuperet, veluti inducias pacta, recupe-
ratis subito viribus se lecto levabat, rei sacræ assisterebat; ac mox re-
deunte morbo ad priorem cum doloribus lucram redibat. Si quan- Severias
do morbi abessent, suus ipsa tortor erat, flagellis, ciliciis, aliisque in scipiam
afpe-

149.
Caritas erga
pauperes
admiranda.
Brunner. f.

196.

150.
Aliæ Princi-
pis præcla-
re virtutes.
Manuetu-
do erga om-
nes.

asperitatem generibus procurans, ne unquam expers doloris vive-ret. Cibi tanta erat parsimonia, ut perpetuum vita jejunium, imo fames esset; asperentibus medicis: sibi quidem haud liquere, qui sufficere sustentandæ hominæ vitæ ea cibi mensura posset. In vestitu nihil erat, unde Principem nosses; quo postremis vitæ annis vulgari omnino, ac penè plebejo usus est. Tanto clarius animi nitor, & illustrior castimonia fuit, quam ab annis quindecim cum marito illæ-sam compactò servavit, exemplo in tantis, eo dignitatis, ac ætatis flore, Conjugibus prorsus admirando.

^{151.}
^{Supremos}
^{morbis.} Talem vitam tam ab omni labe remotam, divitèmque virtu-tum non poterat mors, nisi sancta excipere. Præsensisse non uno ar-gumento à multis creditum. Valetudine tenebatur; qua levatam iri sperabant Medici, si auræ liberoris gratiæ profectionem susciperet. Videbaturque ipsa anni tempestas, mense Mayo, approbare Consilium. Paruit illa; sed postremam sibi fore edixit. Profectus unà Guilielmus, Eberspergam primum, ob veterem erga D. Sebastianum Religionem magna Conjugis voluntate divertit. Inde Oettingam déduxit; quò festinabat illa avidius, quod id esse tempus diceret, fungendi ultimo ante discessum è vita erga Dei Matrem salutationis officio. E curru ingressa facellum, duini se totam in preces effundit ardentiùs, ante ipsam aram febri corripitur; à qua et si nihil periculi metuerent Medici; ipsa tamen fatalem præsentieris, ita urgebat re-ditum, ut impetrarit. Statim inde, decimâ sextâ Maij, tam validi vis morbi se prodidit, ut mitterentur ex Aula; qui preces nostrorum expeterent. Oratum à singulis, ut né pro Matre possent ardentiùs. Decimâ octavâ habere, quād antè, deterius cœpit; missaque ad Collegium liberalis eleemosyna, quam suo nomine pauperibus nostri dividerent, non tam Principis, quād suam apud D'E U M causam oraturis.

^{152.}
^{Nostræ at-}
^{que omni-} Eodem fine è nostratis terni ad montem sanQuum, terni item Duntenhusium, ac totidem Auffkirchiun: postridie bini insuper um ordinū Neuffarium ire supplices jussi. In ipsa urbe finitis, quæ quatuor in preces pro templis explicabantur, lectionibus catecheticis, separatis ordinibus salute Re-naturæ. pueri puellæque ad D. Virginis Templum procelsere, alta voce salu-tem Principis à coelo flagitantes, magno spectantem, ac suas pre-ces cum tenero agnine conjungentium motu. Proxima die ab urbe tota supplicatum. Guilielmo domi ægrotam eurante, tres Principes filii, Clerus omnis è Divi Petri Ecclesia, & quidquid ferè in urbe vi-rorum erat, in nostra Aede; Principes foeminæ, Clerus Marianus, Franciscani Patres, totusque muliebris sexus ad D. Francisci conve-nire. Inde concinno ordine ad Marianam progrexi Basilicam, ob-lato solemnî sacrificio, multaque prece affectui suo ac pietati litâ-runt.

^{Comprece-}
^{tio paupe-}
^{rum.} Tandem Serenissimorum filiorum impulsu, Matrem tenuerrime amantium, tertius postridie accessit in Templo nostro per decem ho-ras comprecantum ordo; pauperum nempe, quorum mille ducen-ti Matrem non tam Principibus, quād sibi, à Coelo restitui lacri-mis minimè fictis orabant. Eorum singulis, finita oratione, sexdecim in stipem adjecti crucigeri. Orârunt unà scholarum discipuli, quinis præ-

præterea nostris, per horas singulas ex ordine succedentibus.

At noluit DEUS, ut terrigenis prorogaret, suum Cœlo differre delicium. Eodem vespere Guilielmus nostros adesse in Aula iussit, nec ultra ab ægræ lecto discedere; quod à Sacerdotibus, horas inter se partitus, triduo reliquo factum: Sacris morientium præsidiis mente ac sensibus integris munita, velut in Celi atris constituta, manum exspectabat divinam, quæ vinculis solutam introduceret. Factum id decimo Calendas Junii, manè post septimam, in præsentia Principum omnium, una cuin nostris felicem Numini animam commendantium.

Statim à Sacerdotibus pro defuncta litatum: útque sub vespere ex Aula Wilhelma in nostram Abdem corpus deferretur, impetratum est: ita tamen, ut nostris aptè Patribus, ac Fratribus Specianis exhiberetur, voluntate Principis, Fundatrix mortua: quam impreso defunctæ manibus osculo, omnes; multi etiam inter lacrimas venabantur. Sub primas tenebras Sacerdotum nostrorum humeris inter colluentes tardas, senioribus tantum Principibus cum Aula Guilielmi prosequentibus, per Dominus Portam, tum Palatio obversam, ad Templi Chorum delatum funus, & Sacello S. Crucis illatum. Hic ad trigesimam diem Maij, dum ad funebrem pompa necessaria parantur, stetit; quaternis lenisve & pauperum scholasticorum domo, Psalmodiam diu noctuque continuantibus. Festa Pentecostes luce (sexta erat & vigesima Maij) Guilielmus iam Videlus, cum Maximiliano filio insperati pransuris convivæ supervenire; Religiosi planè, & nostris, quæ ob diei celebritatem quaterna apponabantur, ferculis contenti, adeo, ut præterea quidquam sive mensa inferri serio inhibuerint. Ad Templum deinde gressu, concioni ac Vespertinæ Psalmodie interfueré. Nec hujut diei Religione contenti, cùm de nostrorum valetudine rogantes, Patres duos Martinum Marium, & Henricum Arboreum gravius laborare intellexissent, infirmorum ingressi cubicula, suavique ambos alloquio solati, palam secere, quam pleni eo spiritu essent, quem ea luce in primorum fideliū corda cœlum effuderat. Ipsa die, quâ terra mandatum est corpus, juniores Principes in privato P. Buslidii cubiculo prandium sumpsere, ex Aula submissum, funebris Pompa, sub ipsam meridiem educendæ, pars princeps futuri.

Corpus, os-
que ad diem
sepulture,
in facello S.
Crucis de-
positum.

Is autem fuit incidentium ordo. Crucem proximi sequebantur pauperes septuaginta duo, ardenter manu cereum præferentes: hos è D. Virginis, & S. Petri Parœciis Cantores. Tum omnes ibant scholaram nostrarum discipuli, quorum postremos Ordines Barones, Comitesque ferere. Istos excepere Franciscani Patres, sequente D. Augustini familia, ac Marianæ, & Petrinæ Patœciæ Clero. Inde quod pietas in Fundatricem postulabat, nostri Sacerdotes, superpelliceis, ut vocant, induit. Tandem Canonicorum ad D. Virginis Collegium proxime anteibat Frisingensem Pro-Episcopum, cum suo Clero ante funus incidentem. Funus ipsum magnifico in feretro nobiles decem suis humeris sustinebant; cui proximi successere Bavariæ Principes Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. Tatra-

Ordo &
Pompa sa-
nebris.

atrat, senioribus exceptis, quos in funus prodire mos Aulæ vtabat. Sequebatur longus Nobilium Ordo, ac post Patricios, urbanosque Magistratus, tanta civium ex utroque sexu multitudo, ut angusta esset, pro hominum copia amplitudo Templi, plurimis inde exclusis. Funebrem deinde Psalmodiam ubi Musici absolvere, exesse Templo omnes alias Guilielmus, solisque secum manere Patres nostros Fratresque jussit. Tum, clausis portis, Sacerdotes sublatum in humeros funus, præcedentibus, partim reliquis, partim cum Guilielmo sequentibus, in subiectam Choro cryptam detulere, terraque mandarunt ad dexteram Aræ partem, solo præsente Guilielmo Principe, & fixis humi genibus pientissimæ Conjugi perennem in caelo gloriam vel precante, vel gratulante. Postridie nostro pariter in Templo, per omnem, quæ patet, ambitum pullo tapete, piæisque Symbolis vestito, pari omnium Ordinum concursu eâ magnificentia, iis vultibus parentatum est; ut si non justa solverentur defunctoræ Principi, sed Cœlitis cuiusdam, Divis adscriptæ, celebritas ageretur. Nos ipsi gratulati nobis sumus pretiolum Corporis depositum, è quo exemptum Cor Maritus sibi Guilielmus servavit, ac dum vixit secum semper piè admodum ac reverenter habuit, quo quidem Principis sapientiâ juxtâ; ac Religione Clarissimi factò, nescio an ullum adduci possit, ad comprobandam Renatæ virtutem, testimonium certius atque illustrius. Primum hoc in Crypta funus est conditum; post quod impositum ex ære epitaphium, cancellis æreis clavum, & Angelum ex aurichalco fusum, & prægrandem ex eodem ære Crucifixilagine statui Guilielmus curavit, quorum omnium jam abhinc septennio facta est mentio.

^{155.}
Trium è no-
stris funera:
Martini Ma-
rini.

Henrici Ar-
borei.

Petrī
Franck.

Privata nostrorum funera hoc anno tria extulimus; Sacerdotes duos, Martinum Marium Suevum, septem & quinquaginta annos natum, quorum tres & triginta in Societate exegit, multis cum laude functus muneribus. Virum suisse apprimè Religiosum, huilem, patientem, suique contemptorem egregium, ejus temporis annales memorant, à prægrandi acutoque lapide, in renibus hærente, sublatum. Par est alterius Sacerdotis Henrici Arborei elogium; qui Patriâ Leodiensis, Romæ nostris adscriptus, post explicatam magna cum eruditio-
nis laude Philosophiam, ac Theologiam; Græcæ linguæ Professor, in decrepitum usque senium labore produxit, octogesimum egre-
sus annum; sex & quadraginta horum, magna omnium commen-
datione, in Societate versatus. Tertius, Petrus Franck in Tiroli haud procul Merano natus, Theologæ discendæ intentus, vitam antè, quæ cursum absolvit; adeò mortis horrore liber, ut postremo vita anno, non aliam ferinè sermonum, aut carminum, quæ patria latiâque lingua scitè pangebat, haberet materiam. Hos aliquosque omnes, quos paulò gravior per annum morbus dejecerat, admiranda in tanto Princi-
pe caritate, interdum Alberto filio, alias etiam Maximiliano comite, Guilielmus visebat; continuata pariter religiosorum more, seu prandendi nobiscum, seu cœnandi consuetudine, agentibus idem jam unâ, jam seorsum Serenissimis Filiis,

Hæc

Hæc intra privatos Collegii parietes: alia ab omni civitate spo-
data in publico sunt. Ita dignum sanè, quod coelum terraque pro-
barent, spectaculum fuit; cùm Maximilianus, dudum pro Patre re-
gnans, cùm numeroso aulicorum Comitatu, cui adesse in primis P.
Joannem Buslidium Conscientiæ suæ arbitrum voluit, ad montem
sanctum pedes inviseret, editis per viam pulcherrimis catholicae pie-
tatis exemplis. Hoc publicæ in DEUM Divosque Religionis testimo-
nio, haud minus illustre fuit alterum caritatis in miseros specimen.
Nam Sabbato sancto cum duobus, quos è Collegio advocaverat,
Patribus, uno tantum alterove stipatus famulo, hospitalem ingressus
domum, singulos ægrotantium lectulos adiit, ac mira alloquii suavi-
tate ad tolerantiam hortatus, larga stipe recreatis majus longè sola-
tiam ex virtutis admiratione reliquit. Secuta Mariti exemplum Eli-
sabetha Conjuræ, pari pietate cum Gynæceo suo pauperes in Xeno-
dochio consolata est. Serenissima Maximiliana in domo Fratrum,
ut vocant, liberale egentibus convivium struxit; cui qui ex nostris
adstitere, introductis parvulis, epulas tam pio suavique de Misericor-
dia dialogo condivere, ut convivæ juxtâ & auditores in lacrimas
colliquefcerent.

Ducalis Xenodochii incolæ. ipsa S. Elisabethæ festa luce, è
priori parum opportuna, in aliam percommodam sedem translati:
captaque possessio, peracto solenni sacrificio, ac Præfecto cum in-
quilinis omnibus Angelica Dape refectis. Actionum deinde diurna-
rum ordo constitutus, iussique peritiores aliorum ruditati pia instru-
ctione consulere, statisque temporibus salutaria è librō prælegere,
dum nostri insuper quotidiana visitatione, statisque adhortationibus
Christiani hominis docerent Officia. Aliis in urbe pauperibus subven-
tum, corrogatâ plus mille florenorum eleemosynâ.

Incubuit in levandas paupertatis miseras insignis etiam Sodali-
um fervor, quos passim videre erat, in publicis Xenodochiis ægro-
torum obsequiis occupatos, stipe corpora, piiis alloquii animos ju-
vare. Peregrinorum maximè miserati inopiam, si quos, omni ex-
clusos hospitio, ad noctem sub dio agendam compulso deprehende-
rent, ut tectis reciperentur, agebant: sicutque, qui aliquando Urbis
Consulem accederet, nec causam pauperis agere antè desineret; quam
eius auctoritate hospitali domo receptum videret. Distinguebat eos,
quæ omnium oculos tenebant, modestia, temperantia, ac virtus domi-
sorisque severitas. Legem sibi scripserant aliqui, sancteque serva-
bant, ut in menstruum munus, devictum aliquod, quo laboraverant,
vitium offerrent Deiparæ; ad cujus opem, cuidam peccatori exo-
randam, noctes integras vigilabant. Iter ad montem sanctum, con-
tinuum erat aut cum DEO, aut de DEO loquendi exercitium. U-
nus præferendæ ceteris Crucis munus non frustra ambiérat: nam
ut cœperat, erectam cum gravi suo incommodo usque ad montem
sanctum tulit, à nemine persuaderi se passus, ut sociam opem, quan-
tumvis rogatus, admitteret. Cùm Magistratum renovarent ex mo-
re, plangentem, ut Origenis calamus depinxit, Magdalénam in
theatro spectandam dedere, eo præsentium motu, ac plausu, ut post
solenne epulum in sua Aula Principibus datum, repeti spectaculum

Maximili-
anus cum au-
la sua pedes
ad montem
sanctum
peregrina-
tur.

Ægroti &
Principibus
visitati.

Hospitale
S. Elisabe-
tha comor-
diore loco
constitu-
tum.

Sodalium
egregia pie-
tatis exem-
pla.

Guilielmus jussit: & placuisse, probârunt lacrimæ, à tantis spectatoribus affusæ.

Pulcherrimum ubique Sodales ipsi spectaculum erant; edidit quotidianis novis virtutum exemplis. Majorum cœtus liberaliter ex exercitio suo alienæ paupertatis adjumenta promebant: minores, cum aliud nequirent, eam saltem pecuniolam, quam a parentibus emendicavabant, in pauperes dividebant, paribus studiis, eodem nimis spiritu omnes impellente. Minus apud omnes morum ac innocentiae candor, quem illorum tuebantur perpetuo afflictandi corporis studio, excessi sive spississime moderati ardoris limites, nisi frænum injecisset, pars sancto ardori parendi religio, quæ duci se regique à Sodalitij Præside, aut animi Rectoribus sinebant. Et erat necessaria ea Patum in temperandis juvenum consiliis vigilancia; cum inter alios Luceñaz repertas fuerit pauperculis unus, qui, cum per extremam egestatem inter hebdomadem non nisi bis tere calido iuscule stomachum reficeret, zonâ tamen ferreâ, aut rigida verberatione quotidie vacuanum cutem ac ossa vexaret.

160.
**Non sine simulatione virtutis in utroque se-
cunda.** Apud Friburgenses minimè sterilis fuit ea juvenum in carne castiganda severitas, quorum deprehensis domi exemplis, è viris etiam primum permoti complures, certos sibi per hebdomadem dies statuere, quibus & ipsi corporibus admoveverent poenitentia instrumenta. Addidere non pauci sacras de nocte vigilias, quibus, deserto lecto, in terram prostrati ademptum somno tempus plus meditationibus consecrabant.

Quia & infirniorem sextum exempli vis ad paria audenda, atque ad incomparabilem castitatis amorem accedit. Unius Mattonaz insuperabile robur diu admirationi fuit. Accedebant eam nuptiartim causâ non pauci: quibus cum voti, quo DEO castitatem sponderat, religione in obijceret, non deerant etiam primariæ dignitatis viri, qui audaci sententiâ securam esse juberent: nullum esse asserentes, sequæ ejus violati culpam coram DEO præstatores. Cum nihil his moveretur, adjecta grandia promissa; nec leves à potentioribus iniçæ. At illa omnibus fortior opponebat: extrema se passuram potius, quam ut violata factæ DEO promissionis fide se ulli permetteret. Votam extra conjugium castitatem tueri ita se obfirmasse, ut eam nunc primum, si ante non fecisset. Numini offerre deliberatis simum sit. Par fuit animus Virginis, cui, ut nuptias divites æquè ad honoratas acceptaret, parentes & amici instabant. Cum diu fristrâ apud homines virginitatis suæ caulam ageret, cœlum denique traxit in partes. Dum enim precibus instat, dum flagris, ciliis, jejuniis corpus macerat, mutatis subito omnium animis permitta sibi est, & factæ vice inter sacras DEO Virgines transigendæ potestas.

Ad simulationem usque pius ardor excrevit. Fatis concesserat mater, foemina in paucis religiola, & notæ virtutis. Hujus arcaniora scrinia dum excutiunt filii, arina inveniunt minimè incruenta; quibus illa multoties in suum corpus sœvire consueverat. Doluit inventoribus, tam serò venisse in rei notitiam: & ingressi Collegium serio apud Spiritus directorem conquesti sunt: quidnam caula sit, quod

quod curâ in solam matrem conversâ, eam adversùs hostem domesticum decertandi rationem non ipsos pariter, imò universam docuisset familiaria? Et fuit ab eo tempore haud minor eorum, quām defunctæ in corpus severitas.

Cum nec privata domi exempla suo fructu carerent, amplior rem multò tulerunt, quæ educita in publicum omnium oculis patuerere. Constantiae flagellationi publicæ abhinc anno à paucis factum erat initium, magno motu animorum: hoc anno ita auctor est numerus, ut agmen prælongum conficeret. Hominum, excusso flagris cruore fluentium, ponderosas humeris gestantium cruces, extensis, adstrictisq; ad arundinem brachiis incedentium specimen primùm tunc viderant: quos cum jam eo numero, ordine, silentio incedentes per compita, Magistratum deinde, ac Nobiles, Principem ipsum cum Aula inter preces ac suspiria sequentes cum aspicerent; Catholicos quidem tenerimus animorum sensus, hæreticos stupor & admiratio cepit; nec inanis ille aut sterilis; nam grande, quod olim civitatem depascebatur, incendium hæresis subsidebat in cineres, disparentibus palliis, quæ remanserant scintillis, duobus & viginti ductu nostro, exemplis Catholicorum ad vetera sacra reversis.

Apud Ingolstadienses per Quadragesimam flagro in se animad- Et Ingolsta- vertentium tam accensum fuit studium, ut quadringenti primò; mox dianum. quingenti, sexcenti; die Parasceves in publica supplicatione octingentis plures censerentur: quos inter & ipse Mantuanus Princeps sacram indutus circumiit. Ratisbonæ ter publicè à Sodalibus supplicatum, majore pariter, quām anno priori numero, eodem Cathedra- lis Ædis Præpositi Crucem agminis præferentis exemplo.

Augustinæ Sodalitatis major quotidie apud omnes existimatio, quam matronæ muneribus, viri magnis exemplis ornabant. Barba- Augustinæ supplicatio. & natalibus & conjugio Fuggera, Philippi senioris Vidua, cum vestem Sacerdotalem desiderari a Sodalitate intelligeret, elegantissi- & & estimam- mam obtulit, centum aureorum impendio comparatam. At in Pa- tionem cō- rasceve se per compita flagallentibus plerique in Republica & mi- ciliant. litia Primores conjunxere. Nullum publicæ Religionis causâ Catholicorum agmen prodibat, cui non plurimum decoris afferret Sodalitatum unâ incedentium ornatus, atque modestia. Bis hoc anno extra ordinem eduxere supplicantum agmen. In Virginis quidem in cœlos Assumptæ celebritate Indulgentiarum causâ è nostro ad Cathedrale Templum progressi, numero populo, ac primariis ex urbe viris ad eos se adjungentibus. Quatuor horas continuas compre- cati Sodales, eodem planè, quo exierant ordine, ac numero reversi sunt: adeò se nemo, precum prolixitate offensus se junxerat.

Altera celeritas, ad quam ornandam comparuere, fuit, cum Reliquia B. D. Gualfardi, Augustinæ quondam civis, apud Veronenses pridem Gualfardi vitâ sanctissimè functi cineres ex Italia allati è summo Templo trans- ferrentur in excitatam recens Ædem PP. Capucinorum, omnibus sa- in novo Templo P. crorum hominum cœtibus, Canonicorum Collegiis, Principe Episcopo, notum cum Catholico Magistratu, & Augustinæ, quæ Catholica est, universâ comi- Pompea Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. U tan-

tantibus. Induxerat religiosissimos Patres in urbem clarissimam Fuggerorum pietas, ac perpetuum de re Catholica quam optimè merendi studium: quorum munificentia Aedem nuper à fundamentis erectam hac ipsa luce magnifica cum ceremonia Henricus Episcopus dedicavit.

162.
Joannis Ri-
di Sodalita-
tis Praefecti
Romana
peregrina-
tio memo-
rabilis.

Dignum est, quod hoc loco memoretur, etiam in privatæ fortunæ Sodale egregiae virtutis exemplum. Joannes Ridius tunc Sodalitatis Praefectus, re cum Præside communicata, Rotnam proficisci pietatis causâ constituit. Non deerat homini, quod in iter sufficere posset, peculum. Verum spe in DEUM, cuius amore iturus erat, ac fiduciâ plenus, ante ipsum abitum in pauperes pecuniam omnem divisit. Italiæ fines ingressus ab exilibus, qui vias infederant, exutus pallio, tamen nec præsenti danno, nec futurorum metu absterritus ire perrexit, paulo post nonnullum viæ solatum ejusdem instituti comitem nactus. Ambos ab ære imparatos urgebat inopia, & quæ hanc comitari afolet, faines.

Panem di-
vinitus mis-
sum iavenit.

Die quadam, cum stipem ostiatim rogantibus nec panem nec obolum porrexisset incolarum durities, exeundum in campos vacuis, & iter prosequendum fuit, quantumvis via & fame lassatis. Cum vero, ut fit, alter ab altero paulum divelleretur; ecce! noster in glarea geminos (candidissimi coloris panes mediâ jacentes viâ reperit, ut nullius, qui illac iter fecisset, hominis appareret vestigium. Eos velut à furno recentes cum ad socium detulisset, non dubii, sibi missos divinitus, aetis Providentissimo Numini gratiis, velut cœlestè manna absunt, & longum jejuniū solvunt.

Laureti
consequitur
optatam la-
crimarum
copiam.

Joannem tamen plus omnibus arduæ peregrinationis molestiis angebat internum malum; cordis, uti putabat, durities, quæ in rerum divinarum quotidiana meditatione nullam à se impetrare lacrimulam posset. Placuit optimo Numini tam pia Marianæ clientis vota implere in ipso Lauretanæ Virginis Sacrario, in cuius ingressu continuo in dulcissimas lacrimas solitus, non antea his disfluere desit, quam sua in Virginem pietate defunctus exiret.

164.
Romani
Pontificis
in peregr-
inos caritas,
atque de-
missio.

Romam denique ingressus, ac pauperis habitu inter alios una cum socio Pontificiæ mensæ adhibitus, prædicare non destitit summi Pastoris caritatem, demissionem, liberalitatem. Spectabat attonitus orbis Christiani Patrem manibus postremissorum hominum aquam affundere, ac mensis ministrare. Ita omnibus oneratus tactiis, Augustam reversus, Patri Sodalitatis rationem itineris poscenti rerum scripto exposuit, negans, tolerantis in itinere malis caro empta esse, quibus toties animus intundatur, solatia. Eos potro, qui è Sodalibus majore, quam aliæ numero & apparatu Montem Sametum ascenderant, reduces, etiam hoc anno in campo Lycio gratus sermone Roseffius Provincialis exceptit.

Dilingani
ad novos
penitentiae
modos in-
geniosi.

Dilingani sub ferias Christo morienti sacras, jam receptis nova spontanei cruciatu genera addidere, quando & carenis onusti, & revinctis post terga manibus, aliisque, quos ingeniosus amor dictabat

bat, modis patientis Domini cruciatus imitabantur. Nec aliis hic annus exemplis caruit, quæ ad augendum erga Sodalitatem, ac DElparam præcipue ejus Patronam, mirè valuerunt.

Vir annorum quadraginta in aleam crapulámque se dudum pro-
jecerat. Cùm nocte quadam excusio somnió, vigilantibus oculis
Virginem aspeetu venerandam inter duos verendi oris viros in medium
adstante sibi videt. Et hos quidem audit gravia sua crima singulatim
recensere, acriter objurgare, mortis genus horrificum minitari: nisi
ad frugem mox redeat. His attonitum minis, ac metu exanimem
sperare nihilominus Virgo jubet, si quidem male acta poenitendo cor-
rigere animus sit. Consilium si admittat, se non defore; adhuc me-
morem, quæ olim puer in sui gratiam benè laudabiliterque egisset.
Sodalis fuerat à prima adolescentia, & in eo annorum flore non vul-
garis DElparæ cultor. Ea admonitione in illius temporis memoriam
regresso, ubi tenerimi illius in Mariam amoris recordatio subiit, u-
berrimis infusus lacrimis, orto vixdum sole, accelerato ad nostrum
Sacerdotem aditu, multo cum fletu visum exponit: mox enarratis
cum ingenti dolore vitæ pessimè transactæ delictis, aleas vinumque
in perpetuum damnat, vitat pravorum consortia, vitam Christianam
deinceps vivendi rationem à Patre accipit, & quod caput est, mira
constantia fervat, ingens omnibus, qui hominem noverant, aman-
dæ DElparæ, & ex legibus Sodalitatis colendæ incitamentum.

165.
Peccatori
inveterato
salutaris ex-
ercita olim
in DElpa-
ram pietas.

Parem, aut majorem quoque è cultu Mariano fructum cepit
annorum decem & octo juvenis. Is anno ætatis quinto in flagitium
impulsus, ad eam diem in illo demersus, spem salutis abjecerat. In-
tereà eum forma, ingerium, mores cunctis non amabilem modo,
sed penè admirabilem fecerant, omnium calculo dignum, qui inter
primos Sodalitio adscriberetur. Diu delituit soeditas animi, tot elegan-
tiis incrustata. Tandem & ista sese, & unà fermè emendationis de-
speratio prodidit. Is, cui se patefecerat, Pater modis omnibus ad-
oriri adolescentem, vitii deformitatem objicere animo, exaggerare
salutis periculum, emendandæ vitæ rationem ac viam monstrare,
media & prævertendo, & sanando malo præscribere. Ille contraria
negare, hæc sibi profutura, quæ omnia mali, quo laboraret, vis &
robur eluderet. Rogare denique, ut alia sibi his valentiora à D E O
impetraret. Spondet Sacerdos, & unà monet juvenem, ne unus
ipse sibi desit; sed idem à misericordiæ Matre votis quotidianis con-
tenderet.

Item juveni
conveudi-
nario.

Obsequitur ille, ac brevi die Assumptæ in Cœlum Virginis sacra
peccata rursum confessus, jam denique spem emendationis minimè
dubiam se cepisse affirmat. Ex quo enim, inquit, hortatu tuo vene-
rari DEI Matrem, & ab ea vitiis meis flagitare medicinam institui;
continuò animadvertis, perversos homines, quorum usu ac confus-
tudine res meæ in pejus ibant, à me abalienari, imò planè desertum
ire. Et nunc quidem animo sum ita libero & expedito, ut tua iusta
executurum me planè confidam; quod bonum interventu DElparæ
cœlitus venisse mihi non dubito. Impetratam à Virgine gratiam ef-
fectus docuit, & par priori debilitati constantia fuit.

166. Felicissimus longè tertius adolescens fuit, ardoris magnitudine
Pridie mor. longioris obsequii præmia meritus. Jacobus Tirenski Bohemus na-
tis interso tione, patriâ Bibinensis, paucos menses Dilingæ in studio litterarum
etales adle- posuerat: cùm morbo, quem vocant, Ungarico correptus, expia-
tus à noxis, & ad agonem inunctus est; Eucharistiâ, quam sumere
genus morbi vetabat, coram religiosè adoratâ. Pridie inter Sodales
recipi, ac cùm ardenter expetiisset, eodem, quem supremum habu-
it, die voti compos est factus. Id mirum præsentibus visum, quod
cùm solemnem se DELparæ devovendi formulam pronuntiaret, inte-
gro rationis usu præsentissimus sibi sit visus: cùm tamen ante ac post
nihil pro sapiente gereret. Novus Sodalis quo intus gaudio afflu-
ret, jam propè morientis ora suavem in risum soluta monstrabant.

Post acrem. Verùm etiam acris pugnæ ante ultimam victoriam argumenta
fed brevem pugnam. ediderat. Jam enī vultu parieti obverso tristiorum, territoque si-
milem omnes advertebant: jam ad dextram conversi frons innubi&
& explicata renidebat. Ac tuū ille Crucifixum manu prehendere,
pectori apprimere, exosculari, ac etiam, si vehementius impetebat-
tur, velut in jactum vibrare. Causam rogatus, lupum, ajebat, vi-
debam illic: jam tamen lustralis undæ aspersu abactus cessit. Ade-
rat momentum ultimum: cùm inusitata quadam ratione, cunctis
stupentibus, elatiore cantu ter ingeminat: *Sancta Maria ora pro nos*
bis. Easque voces fronte tam læta est prosecutus, ut prægustare il-
lum melioris vitæ delicias nemo dubitaret. A morte voltus multo
erat, quam in vita vegetior. Contigit felicissima mors decimo quar-
to calendas Octobris, magno omnium, qui vel viderant, vel au-
diérant, solatio: Sodaliū maximè, non ex vano augurantium:
quantam gratiam apud cœli Reginam initurus esset longus per om-
nem vitam famulatus; cùm tantam retulisset juratum vel postremæ
diei obsequium.

167. Aequè religiosa, sed præmatura mors Oenipontanis abstulit ip-
sum Sodalitatis caput, ac decus singulare, Joannem Stephanum,
Oeniponti moritur Jo- annes Stephanus Wayvoda Moldaviae, ac Walachiæ Wayvodam, Principem, non virtute mi-
nus, quam ætate florentem. Sextâ Januarii Sodalitatis Præfeturam
secundum iniverat, magno consensu Sodaliū; quam non nisi ad
diem Martii vigesimam secundam tenuit, morbo, quo sensim de-
pascebatur, extinctus.

Eius laudes. „Præter alias laudes, de hoc Principe, hæc maximè Sodalita-
„tis Acta commemorant: fuit Illustrissimus hic juvénis nobiscum an-
„nos duos, menses tres. In publicis Conventibus, ac Consultatio-
„nibus privatis, ubi per valetudinem licuit, frequens: si quando ad-
„esse cœtui prohibebatur, ferè semper per famulum purgavit absen-
„tiā. Imo etiam adversa valetudine detentus, scripto propriâ ma-
„nu epistolio, verbis mirè reverentibus dolorem testabatur. Qua-
„tuordecim, antequam obiret, diebus; cùm aliquantum sibi ex mor-
„bo confirmatus videretur, adire cœtum constituerat. Verùm cùm
„denuntiatum à superioribus fuisset, ut domi se contineret, acquie-
„vit. Moriens legavit Sodalitati censum duplicem, florenos annu-
„os sex & octoginta redditem, quo hodieum fruitur major Soda-
„litas Academica.

Fu-

Funus decem Sodalium atritorum humeris deportatum est, stipantibus viris quatuor, ac sexdecim adolescentibus, quos omnes panno nigro eoque pretioso defuncti Principis Aula vestivit. Justis magnâ pompâ persolutis; corpus in ipso Templo Parochiali terrâ mandatum. Adiecta tabula ex ære fusâ, Crucifixi Servatoris, ac Principis ponè flectentis imaginem referens, subscripto in hæc verba epitaphio:

Illusterrimus Dominus Dominus Joannes Stephanus, Wayvoda ex Principibus Moldaviae & Walachiae &c. Indolis egregia adolescentis, Parentem à Turca pulsum sponte secutus in exilium, dum litteris operam daret, Catolica pietati, ac Deipara cultui addictissimus, obiit Oeniponti M. DC. II. Die vigesimo secundo Martii. Vixit octodecim annos, menses tres, diem unum.

Cùm annis abhinc non multis, capto magnifici, quale nunc visitur, Templi à fundamentis exstruendi consilio, vetus alterum destrueretur, repertum est Joannis Stephani Wayvodæ corpus, fandâ clausum ære caldario fusâ, & absolutâ Basilicæ fabricâ, in ipso Templi choro ad lævam Aræ Virginis Auxiliatricis terrâ redditum; loco honorifico simul, ac tam illustri Mariæ clienti maximè accommodato.

Illata per mortem damna novis identidem iisque insignibus superlementis resarciebantur. Lucernæ quidem præter Seculares magni nominis viros, præclarissimi etiam è Religiosis familiis sua nomina dedere Sodalitati: quorum è Cisterciensi duo, qui in è Franciscano, seni è Benedictino Ordinibus erant. Ingolstadii is hoc anno extitit Religiosorum ad litteras condiscendas ex omni præsertim Bavaria confluentium numerus, ut Dilinganorum exemplo, novam, à majore Academica discretam Sodalitatem soli confecerint. Et quamvis cum iis Academicis Sodalitio pars nobilis & magna decederet, satis tamen ad numerum & ornamentum erant, qui relinquebantur; quos inter perpetua erat virtutum æmulatio, & mirum, præsertim in juventute ante omnia optabile castimoniæ studium. Ita unus peregrè profectus, cùm pernoctanti in diversorio ejus periculum immineret, è cubili exiliens momento profugit, ac loco securiore supra nudam humum procubuit.

At è contrario ille Sodalis non fuit, quem apud Landspergenenses non horror sceleris, sed poenæ severitas à peccato absterruit. Ipsa Paschatis nocte impurus homo parabat flagitium; jámque loco propinquans, potum se votis credebat; cùm à vigili famulo, cum clamore pessulum obdente territus, se in profluentem infelici saltu conjecit; ubi in palos & saxa illis prodere se ipse debuit: quique monitores omnes diu spreverat; jam pede, & famâ, & pecunia multatus impuros affectus damnavit. Dignus, quem huic socium jungamus, est insignis potator, cui vitio plerumque mores minus casti adhærent. In hoc homine corrigendo & nostri, & domestici, & amici operam spemque omnem perdiderant. Is gravi è penetralibus lapili cervicem, brachia, corpus totum sordè obtrivit. Ex quo Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. X malo

Funus Templo Parochiali infer-
tur.

In novo
Templo ad
locum ad-
huc hono-
ratio rem
transfertur.

168.
Lucerneosi
Sodalitati
dant nomē
diversorum
ordinum
Religiosi.
Ingolstadii
novam So-
dalitatem
soli consti-
tuunt.

169.
Impurus &
ebriosus
puniuntur.

malo id tandem secutum est boni, ut corporis cruciatus ad vehementem de peccatis dolorem induxerint animum, amissa temporali salute, de æterna sollicitum, cui obtinendæ paucas, quæ ad mortem supererant, horas adjuvante nostro, totas impendit, relicta in adstantium animis spe magna felicis exitus.

Et si quis occulit sceleribus omnes.

Monachii alium, quam ab opibus destitutum, tam peccatis onustum ultrix Justitia morti proximè admovit; sed terruisse contenta, ac meliora spondente servavit. Is, cùm ponti insistens pro foco domestico farimenta colligeret, imprudens periculi, fallente vestigio in fluvium decidit. Diu cum aquis luctatus, & veste jam madida gravior, proximus extremo discerni erat. Cùm fortè intus monitorem audit: si salvum se cuperet, expiatum mox integra confessione animum voveret; expresso insuper sacerdotis, quem eā causâ accederet, nomine. Vovit, & ecce! viri duo ad litus ambulantes oculos sorte in flumen conjiciunt, subsidentem prehendunt, ac multo labore certissimæ morti eripiunt. Nec distulit se votu exsolvere. Altero manè eum ipsum è nostris Sacerdotem convenit, noxas omnes, haud dubiam periculi causam, aperuit, & mutatis in melius moribus, narrationi suæ fidem fecit.

Femina ad infaniam redit. Confessio fani.

Hac ipsa in urbe mulier, mœtore magis, quam morbo oppressa, vigil decumbebat in lecto, jacente ad latus filiolâ trimulâ, pariter ex fame tabidâ. Obduxerat quidem foribus pessulum; cùm nihilominus à cubiculi janua duos ad se viros accedere videt, haud anteà notos. Hi trepidam his verbis compellant: quid agis hic misera, à marito, ab hominibus, ab ipso DEO deserta? si liberari inopia, & ditari insuper pecunia vis; age, infantem hunc jam penè fame ac tabe exanime suffoca; ac ædibus nobiscum, & urbe excede. Fecit ingens timor, quo & rei & verborum insolentia impleverat feminam, ut sanctissimum JESU nomen alta voce inclamaret: ad quod recedere illi, atque, ubi iteratum fuit, omnino evanescere visi. Tantus ex eo miseram pavor infudit, ut diu nocturnè toto corpore trepidans, nihil jam pro sana ageret. Multis absque fructu remedii usata, cùm nihil in iis inveniret auxiliū, in scelerum syncera confessione invenit, corpore deinceps animoque quieta.

170. Juvenem rusticum propè perdit errores conscientia.

Etiam illa fraus memorabilis est, qua juvenem rusticum idem slygius veterator circumagit. Socium is habebat ætate ferè parem, ita intime sibi carum, ut in ejus convictu penè omne repositum crederet suæ vitæ solatium. Huic animus infederat alienæ regionis visendæ, apertoque consilio, ut coniuncte alter jungere vellet, instabat. Ille, quod ægerimè se amico caritatum sciret, alienus, inconsulto prorsus ardore: Spondeo inquit, me socium tibi, quo cunque terrarum perrexeris, adfore; idque fide tam non violabili, ut dæmoni jam nunc faciam mei ad inferos abripiendi potestatem, si sefellerō. Haud multò post jubet alter: itineri se propediem in eundo accingat. Non recusat ille, &c, quid decretum in animo habeat, matrem sexagenariam edocet, ac ne obstat, impehse rogat. At illa, cui omne vitæ præsidium in filio erat, soluta in fletum dimissuram se obfirmatè negat. Cumque apud hominem falsa juramenti Religionē deceputum

tum lamenta nihil proficerent, omnes adhibuit machinas, quibus tandem ab ineunda cum socio profectione prohibuit. At nulla exinde juveni in animo quies, stulte credenti, se juramento, etiam adversus debitam Matri pietate facto teneri, quo in errore res etiam alia firmavit rudem hominis simplicitatem.

Quodam vespere, socio comite ad silvam exhibat suos equos visurus. Cum repente eques flammeus terrifico insidens equo se hor- renti objecit. Ex eo spectaculo pavidus ille signo Crucis se manit, idem facere socium jubens, quod à puero audisset, nullam esse in Cruce signatos ulli spectro potestatem. Cum nihilominus rectâ ipsius larva impeteret, ducta rursus per frontem Crucis: *Custodiat me*, ait, *Sanctissima Trinitas, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*. His dictis equidem spectrum in auras abiit, reliquo tamen post se foetore tam horribili, ut miseros penè examinaret. Ita dum frigido sudore diffluens domum regreditur, nil aliud occurrebat animo, quam stygium hunc adfuisse violati juramenti vindicem, cuius effugiendi non alia suppeteret ratio, quam suscepta migratione servata Sodali fides. Unum restare videbatur; ut scilicet consilium à nostro peteret, qui aliorum annorum more cum socio ad montem sanctum protectus aures poenitentibus datus esset. Huic ergo ad pedes accedit trepidus, ac post peccata etiam animi angores fassus sollicitè rogit: an non ad socium, desertâ patriâ vetulaque matre sequendum obliget facili temerè juramenti Religio? At contrarium manifestis argumentis edocitus, pacato animo acquiescens, nihil ultra vel ab animo vel à styge turbarum sensit.

Tantò infelicius foeminae noxiū silentium cessit, retento in confessione peccato, ad Divinam mensam Paschalibus festis accedere ausæ. Nam statim ab accepta inquinato ore Eucharistia in furorem acta, tres integras septimanæ nihil cibi aut potûs admisit. Post tam grave supplicium ab aspectabili, ut asserebat, cœlesti custode admonita est, ut Jesuitæ peccatum exponeret. Nullum unquam è nostris yiderat. Quia tamen instanter urgebat, Ingolstadium adducta, aperto scelere medenti nostro obsecuta, animo simul corporéque convaluit. Plus animi ad salutem certius obtinendam Dilingæ illa mulier attulit, quæ pridem dæmoni, ac beneficiis dedita, quod rārum in hoc genere hominum, dolorem scelerum tam vehementem concepit, ut se ipse ream apud Magistratum egerit, inter perpetuas animi poenitentis lacrimas carcerem primo, ac deinde supplicium passa.

Etiam virum inter suos opulentum pudor vicerat, ut graviora, quæ admiserat, fateri non ausus, ore polluto Eucharistiam acciperet. Sensit confessum & ipse vindicem sacrilegii DEUM, repentino correpitus morbo, qui domum se recipere, lectoque decumbere coegerit. Ex his initiis graviora veritus Patrem ex iis, qui tum commodè silvam Bavariam excolebant, acciri jubet, cui terna, quæ texerat, flagitia recensens, præsentem Numinis vindictam avertit, eadem horâ à peccatis simul & ægritudine liber. Uxor tam subita viri valetudine lœta

aureos aliquot Missionario tam suaviter, tam citò medenti in fostrum obtulit, quos ille retinere eam sibi, & gratias agere Numini jussit. Alius jam à triginta annis peccati reum se noverat; quin unquam in synceram sui accusationem sufficeret animus. Octingam usque aliquando celebre peccatorum asylum profectus, jámque Sacerdoti proximus, pedem retulit, ac re infecta qualis abiérat, rediit. In hac tandem missione, quam Ratisbonâ profecti Martinus Sidlerus, & Emmeramus Welserus obibant, Divini verbi ardentissima vis indurata in tot annorum glaciem fregit; ubi tandem inferni ac suumet viator ad Sacerdotis pedes sele abjecit, ac, quidquid in omni vita dolendum egisset, exposuit.

Inter bis mille ac fermè sexcentos, quos silvam omnem percurrente audiérant, plures millenis accesserant, qui ab ipsa usque pueritia audiri rogarunt. Ab una fœmina longum iter eā causâ suscepsum. Hæc olim turbata mente se malo dæmoni devoverat, jam diu miserrimæ servitutis impatiens. Stulta opinione desperata venie rem aperire non ausa, auditâ tandem nostrorum famâ spem cepit recuperandæ libertatis. Et retulit, quod optaverat, molesti itineris premium; cùm, depositâ scelerum sarcinâ, ac dicto iterum Numini sacramento tota in aliam mutata rediit. Nec ille exiguis Apostolici laboris fructus fuit, quo viri militaris notus annorum plurium concubinatus in Christianum matrimonium transiit.

Perpetuis
carceribus
mancipati
juvantur.

Carcerum post hæc cura suscepta, quos nonnullis perpetuos esse tribunalia jusserant. His primum expiatis confessione animis leviorum conscientiam: dein horis in varias occupationes divisis, tolerabilem quoque solitudinem Patrum industria fecit. Accessit aliud à liberali stipe auxilium, quam nostrorum rogatu Quirinus Leoninus summæ Aëdis Ratisbonæ Præpositus misit: illi viritim pari suo, & accipientium solatio distribuēre.

*Ad nobiles heterodo-
xos non sine fru-
tus invi-
sus nostri.* Oblata etiam est, ad viros nobiles, sed hæreticos, in Palatina tu tunc Calviniano vilendi occasio. Ufus illâ aliquoties noster, honori- rificè ubique habitus, id saltem operæ suæ premium retulit, ut erro- neas de Catholica, & Jesuitarum doctrina ac moribus opiniones dedoceti honestius deinceps de Catholicis universim, ac Romano in primis Pontifice sentirent; æquiores se præberent vicinis Catholicis, nec suos nostrorum congressu interdicerent. Et fuere intra hoc tempus duodenii, qui hæreticis abjurârunt; quin aliquid inde turbarum nasceretur. Cum his manipulis reversos latus accepit Episcopus, & P. Martinum quidem statim redire ad stationem jussit: cuius rogatu geminæ quoque Parœciæ, è quarum una Pastorem mors, ex altera Prælul amoverat, per menses complures à nostris procuratae.

*In Iustranda-
Diecesi no-
stræ adhi-
bet Ratisbo-
nensis Epi-
scopus.* 172. Nec erat ulla Societatis operam adhibendi occasio, quam studio- siissimus nostri ordinis Princeps negligeret. Simul ac solenni consecra- triam ope- tione in Pastorem inauguratus est, obire re ipsa officium cœpit, in- ram adhi- specta identidem alia Dioeceseos parte, tam in cœptis constans, tam nensis Epi- nullis viarum aut diversiorum incommodis territus, ut dubium esset, in Episcopali Palatio sæpius, an ruri dégeret. Nunquam vero ul- lum

lum tale iter suscepit; quin Patrum binos, vel ternos, nonnunquam quaternos in comitatum adlegeret. Nihil in his profectionibus otii, laboris semper plurimum inerat. Nam & populum frequenti è cathedra dictione admonebant officii, & fidei rudimentis ignaros imbuebant, & jus sacrum dicebant se accusantibus, quos inter creiberrimus ipse Præsul se stitit. Quinos ferè menses Principem optimum is labor distinuit, quo temporis spatio plurium, quam quinque ac viginti millium frontes sacro Confirmationis Chrismate inunxit, ingenti gaudio Catholicorum, hæreticorum verò admiratione, sacra tandem nostra ex obeuntis dignitate æstimantium.

In ipsa Ratisbonensi urbe quotidiana erant, quæ edebat, insignium virtutum exempla, quorum splendor utrì mirè recreabat Catholicos, ita Lutheranos urebat maximè, intuentium Præsulem inculpatis moribus, ad præscriptas à Paulo leges viventem. Inter alia illud cum primis in animos præsentium valuit, quando nostro in Templo, inspectante populo, ad Patrem Conscientiæ suæ arbitrum peccata confessurus accessit. Sæpè domum nostram benevolentiae causâ; aut sua cum nostris consilia communicaturus subibat. Anniversariâ dedicationis die primas vespertas, ac Missam postridie, consuetâ Pontificibus ceremoniâ ipse cantavit: Secundis ab alio Cantatis intersuit. Exemplum Episcopi secutus Suffraganeus, per eam, quam intrabat Diceceos partem Ingolstadio vicinorem, duos pariter ex eo Collegio Patres simul adesse voluit, qui sibi consilio, populis doctrinâ prodescent.

Eiam domi
multa edic
pietatis Ex-
empla.

Adhuc ante Ratisbonenses Insulas Elvaciensium Princeps, nostro.^{173.}
rum Dilingâ evocatorum industriâ utebatur; ita, ut ager ille jam sensim
in coloniam abiret: tam creberet in eo nostroruin labor, tam crebra
commoratio erat. Die, quo anniversario luctu Servatoris nostri mor-
tem Ecclesia prosequitur, prima ad erectum Cenotaphium ducta sup-
plicatio, tantâ Cleri populique frequentia, ut turbis Præfectus assere-
ret, credere se, clavis ædibus domi mansisse ex Elvaciensibus nemini-
nem. Novam tunc, & laudatam ab omnibus Religionem illustra-
vit singularis pietas Principis, secum compositam ad luctum aulam
ducentis.

Patebat ubique erga nostros tunc præsentes amor, & in omnem ^{laque pa-}
Societatem propensio singularis, quam nec dissimulavit in solenni, ^{læpros-}
quod nobilissimis convivis instruxerat, epulo. In eo, cum de rebus ^{terur,}
nostris sermo illatus esset, palam edixit; quicunque nostri Ordinis in-
sinum dicto factove læderet, se læsurum. Exultabat animo, cum
ad eum perlatum fuisset: propalam affirmare civitatis Parochum;
cum semper, tum hac maxime Quadragesimâ expertum se, quan-
tus fructus in populum è Patrum labore manasset. Late etiam cele-
brata fuit Magdalena, Christi cruciatus mortemque deplorans, se-
cundâ Paschatis feriâ in pium spectaculum producta, magna Princi-
pis commendatione, & singulari populi avidissime spectantis ap-
plausu.

^{174.} **Nec minus** Ratisbonenses insulas profecto, Reverendissimum Canonicorum Collegium bis nostros revocavit: ad Pentecostem scilicet, & diem assumptæ in cœlos Virgini sacrum. Ea luce non Elvaciensium tantum, maximo numero sacra Mysteria obeuntium religio eluxit; verum Dinckelspühl quoque, urbe Imperii libera, & magnam partem heterodoxa, & Consul, & Archigrammateus, & cives Catholici fere omnes ascendere: ita, ut in partes divisi identidem una turma succederet alteri; ne dum Catholici simul omnes abessent, Lutherani semper eorum libertati imminentes, novum aliquid in damnum Religionis molirentur. Ipse Princeps Ratisbonam discedens, datis ad Provincias Præsidem litteris petuit, ut eum è nostris Sacerdotem, quo Elvaci utebatur conscientiæ arbitrio, secum licet abducere, eodem apud se loco Ratisbonæ futurum. Abduxit non volentibus modo superioribus, sed gratulantibus etiam, esse, quod tot beneficiis redere obsequium possent.

^{175.} **Joannes Christophorus à Westerstetten** novus Elvaciensis Præpositus ^{et quæ nostri Sediarius.} Electus paulò post Canonicorum suffragiis in Præpositum ac Principem est vir, non virtute minùs, quam sanguine illustris Joannes Christophorus à Westerstetten, Cathedralis Ecclesiæ Eystettensis Decanus: qui, quo apud se loco Societas esset, primis statim à suscepto Principatu diebus monstravit. Nam mox litteras ad Collegii Dilingani Rectorem sua manu exaravit, queis ad festam omnium Sanctorum lucem Sacerdotes duces Elvacum venire ut pateretur, institit; adventantes summa humanitate accepit, deque victu & habitatione, è sua magis dignitate, quam nostra tenuitate providit. Dicentes ambos, in arcis facello unum, alterum in æde principe constanter audiens, alteri eorum etiam conscientiam credidit.

Confirmatur obitum quio Parentipræstito. Parentem habebat Elvaci superstitem, multâ jam senectâ gravem ac debilem. Accidit, ut accumbenti cum nostris repentinò oppræsum malo nuntiaretur. Surgit ille ocius relicto prandio, gressuque celerrimo ad domum Patris properat, ut ægrè nostri aulique consequerentur. Offendunt senem reclinatum in sella, oppressis deliquio lensibus, cui è domesticis alii fomenta admovebant, revocans spiritibus, alii variis quæstionibus, num audiret, explorabant; nomine de anima curanda sollicito. Cum nostri, remotis iis, ubi primum & percipere signa, & reddere potuit, in eo curam omnem posuere, ut peccata confessione expiantem juvarent, & jam compotem sui, roganq[ue] olço sacro ad agonem præpararent. Evidem ex eo morbo superstes, quales per senium poterat, vires recepit. Tantum tamen ex eo nostrorum studio solatiu[m] hausit, ut felicem se fore diceret, si, cum serio ventum ad agone[m] esset, eos licet habere hortatores. Gratias etiam Princeps habuit, retulitque, antecessorum exemplo ducentos florenos annuos Dilingam mittens ad sublevandas Oeconomiae angustias; & iam tunc majora destinans animo, quæ posthac ad Eystettenses Insulas evecto præclara se obtulit exequendi occasio.

^{176.} **Iustratione Diocesis parat Basiliensis Episcopie.** Haud minore, quam in Suevia, laborum successu apud Rauracos Basileensi Episcopo sua studia probârunt Bruntrutani Patres, quorum pars Basiliensis Episcopie suos ille sequi credebat. Per annos complures omisla fue-

fuerat Dicecesis, magnam partem ab hæreticis infessa illustratio. In flitère nostri, ne ultrà differretur tam salutare negotium, nocente passim gregi hæreticorum commercio, & ut tempora ferebant, ignorantia aut frigore Pastorum. Decreta tandem inspectio, virique graves è Concilio lecti, quorum virtuti ac prudentiæ fidebatur, ac demandatum cum plena potestate negotium.

Præmissus ante omnia è nostris Sacerdos, qui pro Concione, ac catechesi populum erudiret, ac suscipiendo Confirmationis Sacramento præpararet. Rediit is confessio, qui imperatus fuerat, cursu. At cursum non ubique tenuit coæpta illustratio. Nam per Alsatiæ ituris adjungi è suis Consiliariis unum volebat Ensishemiana Archi-Ducum Curia, Principum jura obtendens: quod cùm sanctionibus Ecclesiæ sticis, ac suæ potestati adversari Episcopus quereretur, Alsatiæ abstinuit; sperans, absque litis molestia apud pietatem Archi-Ducum locum mitioribus consiliis fore. Ubi vero per ipsum stabat, religiosissimus Præsul, & in omnes officii sui partes vigil nihil non egit, quo ab hæresi maximè contagio servaret immunein. Inde ut juventutem parentes, domini servitia ad Catechismum dimitterent, per omnem suam ditionem severo edicto præcepit. Utque condiscerent, quæ hæreticorum cavillis opponerent; instituti sæpius sub catecheses finem dialogi, in quibus facili claraque methodo proponebantur hæreticorum fallacie, opposita, quæ illas detegebat, catholica veritate.

Præmitte
ad præpa-
rando an-
nos unum
è nostra.

In ipsa urbe Bruntrutana juventus nobilitate, numero, modestia, ingenii florens sub oculis Fundatoris adolescebat in commune Regionis solarium. Apud eam litterarum æquè ac pietatis studium plurimum accendebat Sodalitii Mariani æstimatio, in quod cùm cura ac delectu tantum recipiebantur, quos præ aliis virtus ac scientia commendabant. Erat nihilominus major numerus, quæ locus caperet, multique admissionem meriti differebantur. Amplior ex hoc delectus faciendi consilio, quæ obiter æstimantibus videatur, fructus exsilit. Senserunt in primis diversorum Ordinum asceteria, quæ supplementa Bruntruto legerant, quæ præclarè juvenum animos informet tam honesta laudis virtute parandæ æmulatio. Novitiorum, quos ex hac disciplina afferebant, integerimi mores veteranis quoque effectum erga nostros ac fiduciam inspirârunt. Evocârunt inde sæpius: ac duobus quidem in monasteriis confessione animum omnino omnes expiavere: in alio, ne qua mulier deinceps intra claustræ septa admitteretur, effectum est.

Ex Sodalit-
ate refac-
tare administrare
ingens utile
litas.

Insulensis votis (locus est in Burgundia) adventus Domini ci tempore concessus unus, in corrigendis moribus ac reducenda pietate tantum egit, quantum pluribus sufficere ad laudem non mediocrem possit. Natalitiis Domini festis itum est in liberos montes promulgandi, quod nuper Româ concésserat, Jubilei causâ. Explicata indulgentiarum vi. ac Sanctitate, bis mille nostro peccata confessi, Magistratus ipsos, ac Curiones tam pli operis duces habuere.

172.
Insulenses
in Burgun-
dia. & Iberi
montes ex-
coluntur.

Eviliterat maximo animarum damno Catechetice doctrinæ cura & æstimatio. Necesitatem ejus præstantiamque postquam multis noster explicuerat, tandem adjecit; fore, ut scientiae tam necessariæ expertes proximo Paschate à Divina mensa arcerentur; nec ullos deinceps, nisi prævio examine probatos matrimonio conjunctum iri. Valuit ea res, ut jam adulti ante omnes implerent sublellia, & Conjux Conjugem ad recitanda publicè fidei capita provocaret. Distributi acceptique magna aviditate Catechismi, necessarium iis, qui hæreticos interversabantur, antidotum, quorum nonnulli, ut fides in tuto esset, cum omni familia in Catholicorum terras migrarunt.

*Alio Missio,
oppido ne-
cessaria.*

*172.
Sacra Hostia
triginta an-
nis illæsi.*

Aliud oppidum, rogante Episcopo, ingressus Pater brevi persensit, quām non utilis, tantum sed necessaria esset ejus loci cultura. Discere volentibus magister deerat; quo accepto lati cives, ac quinque circumiacentes pagi formandos se reformandosque volentes præbuere, præeunte Magistratu. Templum negligentia ac vetustate rimosum in casum cūm inclinaret, promissæ ad restaurandum symbolæ, & præsente adhuc Patre conferri coepit. Curioni verò quām nulla esset Ecclesiæ cura, docet factum, quod sequitur. Locum in Templo asservandæ Eucharistiæ destinatum, serà clausum rubiginosâ, pulvere denso ac squalore obsitum Pater notaverat. Rogat Parochum: num Divinum corpus is locus servaret? reponit ille: id sibi haud cognitum; qui inter annos triginta, quibus oppidum curaret, locum nunquam referasset. Cūm nec clavis adesset, vi à fabro ferrario effringi tabernaculum debuit. Cūm ecce! non absque horrore ac furore sacram Hostiam intuentur, cāmque integrum ac incorruptam; quam Pater summa cum veneratione sublatam sacris postea operatus sumpfit.

*P. Jacobi
Berterii a-
pud Gru-
renses au-
toritas.*

Apud Nitones Grueriam hoc anno toties evocatus est Jacobus noster Berterius, ut vel hinc appareret, quantum semper in abitu relinqueret sui desiderium: se totos illi non jam cives, sed Magistratus ac curiones permittebant; qua sua auctoritate ad ipsorum salutem egregiè utebatur. Priorum Magistratum æquè ac Parochorum conniventia graves abusus invaluerant, quos jam veluti civitate donatos, metu maximè populi nemo aggredi audebat. Ausus id Berterius, qui sacrum profanumque Magistratum ad se accitum pari vi ac prudentia, quām eo officii neglectu graviter peccarent, admonuit. Valuit adhortatio: neque Præfedi Parochiæ, plebem, cūm assueta vetarent, invitam habuere, postquam intellectum est, ea Berterio Auctore vetari. Stabilem potius suo in oppido Societatis optabant sedem, & locâlent procul dubio, si facultates fuissent affectui parres.

*Brigantino-
rum èrga
Societatem
affetus.*

Constantiæ maximum anni partem ita labor diuidebatur in socios, ut, dum pars una desudat in civitatis obsequiis, pars altera præsto esset externis quaquaversum nos evocantibus. Brigantinorum jam tunc in nos affectus ac studium incaluerat. Jubilei promulgationem in majoris jejunii dies studiose distulerant. Sub eos datis supplicibus litteris ab Episcopo petiere; impetraret è Societatis Patribus unum, qui suam per id tempus civitati addiceret operam. Missus eò Sa-

Sacerdos ter singulis *Septimanis* dixit ad populum: toties, catechèsi non pueritiam tantum, sed affluentes magno numero cives instituit. Peccata ferè semper totius vitæ enarrantium par multitudo & ardor apparebat, doloris sinceritatem plerumque testantibus lacrimis. Priores omnes, & cum Clero urbano circumiecti Curiones nostro conscientiam credidere; quod pari studio coenobia tria, virorum unum, bina Virginum fecere, ut in amplissimo circa lacum Acronianum campo vix ager esset sacræ messis Brigantino fertilio.

Ex asceterii Jubilei præsertim tempore relati uberrimi fructus.

Minsterlinganæ Virgines ad unam omnes nostrum elegere cui vita omnis errata detergent. Eundem in fine accivere nostros complura utriusque sexus Monasteria: quibus par erat nobilitum ardor, solatum è nostris obsequiis eo maximè tempore sibi una ac subditis quærentium. E Parochis, quorum nostra Domus commune perfugium erat, unus opem impensè flagitabat, quem tune beneficarum ultimo suppicio parandarum anceps plerumque cura angebat. Missi sunt è nostris Sacerdotes, quorum Zelo prudentiæque ea adsuit à Cœlo gratia, ut ad unam omnes Christiana fortitudine pertulerint supplicium, editis præclaris sinceræ pœnitentiae argumentis.

Ubique per Provinciam hoc anno labores Missionum crebriori.

res, ac ferè perpetuos Jubileum fecit; qui Landspergæ quidem tum cumulati tirones æquè, ac veteranos occuparunt, ut, si agros oppidaque enuineres, quibus latæ suppetitæ sunt, trecentos superent. Commodum hoc anno Landspergæ morabantur, non ii duntaxat nostri ordinis tirones, quorum per solidum biennium prima capiuntur experimenta; sed & novi Sacerdotes, quos finito studiorum cursu tertia per annum integrum probatio exercet. Ambo in paupertatis experimentum mendicatum emissi, verbis & exemplo profuere. Sacerdotes præsertim, apud quorum unum in Civitate quadam duodecim Priores confessione animum expiarunt. Cum in libera Imperii civitate, rogante Parocho dixissent ad populum, misit Magistratus è Senatu, qui publico nomine gratias agerent tum Ecclesiastici, tum Curioni ob Patres Societatis benevolè acceptos, & in suggestum adductos,

A nobis quidem eorum pagorum cum primis habita ratio, qui subiecti Collegio sui curam exigere propiore titulo poterant. Zangenhusii præter inorem annum integrum Parochi munus obviavimus; quod decesset idoneus, quem possemus sufficere; atque ex uno hoc pago sex aliis præterea succursum creberimè. Zangenhusii præterea adjuvantibus Patronis Templum novum à fundamentis exstructum, specie non contemnenda, & incolarum usibus percommode.

Vogachium cum vicinia nascentis Domini, ac Jubilei tempore uberem laborum materiam juxta & fructum dedit. Manè dictum pro Concione: à meridie instituta catechetica lectio; cui miram conciliavit frequentiam unius etiam è Societatis candidatis ardor, dignus, quæ ob id voti superiores damnârint. Ne agri colendi necessitas familiam ullam doctrinæ tam necessariæ exfortem faceret, effecit ille, ut or. Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Z. dñe

dine perquam apposito sic una alteri in labore succederet, ut nihil ulla damni pateretur. Quin & ipse in rustici operis partem yeniens, strenue cum servis operisque laborabat, ne de penso non impleto conqueri Patresfamilias possent. Eum Patri socium suo & aliorum bono superiores adjunxerant; quod unum è nostris adjungere locorum, in quæ spargendi erant, multitudo non sineret.

^{183.}
Mindelhemium Landspergā quater nos evocavit Fuggerus tunc
mij labora- loci dominus: ubi præter ordinarios ex agro jam noto fructus, id
tur, evoca- insuper actum in solatium afflictæ cujusdam familie. Domum habe-
te Fuggero. bat maleficiis adeò infestam, ut clara die lapides résque obviae in in-
colarum terrorem jactarentur. Multis incassum tentatis, nostri tan-
dem, ut consuetis Ecclesiæ catholicæ precibus doinum expiarent, ro-
gati. Ante omnia Pater Matérque familias moniti: primas eò curas
intenderent, ut animos confessione purgatos Eucharistiæ corpora ce-
re reo agno adversus ejusmodi præstigias sacrato munirent. Paruere
monentibus, & Sacerdote suo etiam munere functo, domum dein-
ceps ab omni tumultu liberam habuere.

^{184.}
Oberdorf- Ditissima messis Landspergensibus nostris operariis hoc iterum
fium in Al- anno crevit in ditionibus Episcopo Augustano subiectis; qui frugifera-
goja nostri rum Superioris anni Missionum memor hoc repetendas putavit. O-
berdorffium in Algoja situm, Praefectura Episcopo subdita, pagos nu-
merat octo, viculos quadraginta. Eam duo è nostris sub ipsum mag-
ni jejunii exordium ingressi, ita agrum omnem diviseré, ut quisq;
pagos quatuor cum sparsis circùm villis peragrandos sumeret. Die-
bus non festis aut Concio, aut Catechelis: festis utraque habita, fre-
quentissimo semper auditore, quorum non pauci à pluribus passu-
um millibus aderant. Post restitutam non hodie primum Sacramen-
tis venerationem quotidianus erat confitentes audiendi labor. Sub-
lata, quæ gentem diviserant, noxia & diurna odia: arsere, quos
imprudentibus fraudum satores obtruserant, hæreticorum libri: usus
Calicis saniora doctris dissuasus: eliminati, queis simpliciores à callidis
emungebantur, contractus.

^{Curionibus}
^{nonnullis}
^{persuade-}
^{tur cateche-}
^{tica institu-}
^{tio.}
^{Sacrarum}
^{Imaginum}
^{cultus resti-}
^{tuitur.} Lætissimi fructus è catechesi provenere; cuius occasione ju-
ventus ad omne pietatis genus informata, grandorem & statem exem-
pli traxit. Confirmatus eo medio sacrarum imaginum honor & usus;
cujus dudū nullum supererat in populo hæreticis vicino vestigium. Nam
postquam causas venerationis ac fructum Pater explicuit, magnum
apud omnes existit habendi desiderium; iisque auferendis non mi-
nus decrepiti senes, quam pueri inhiabant. Inde maximum operæ
preium factum & nostri, & sapientissimus quisque censuerunt; quod
è Parochis nonnulli privato nostrorum hortatu, & manifesta utili-
tate vieti induxerint animum, explicandi statis temporibus doctrinam
Christianam, cuius offici tam necessarii neglectus quam fuerit
inveteratus, vel inde patet, quod nostris Catechetice institutionis la-
bore in suadentibus, cum nihil ultrà poterant, novitatem oppone-
rent. Fuere tamen ex incuriis ejusmodi & laborem illum exois curionibus nonnulli, qui, audito nostro, collatis inter se capitibus,
auditii sunt dicere: quid agimus? si vera dixit Jesuita, gehenna nos
manet,

Sub

Sub eisdem jejunii dies, ac iterum Decembri mense ad Bobinganos excusum, ardore pari, simillimo fructu. Unius foeminæ passim male audientis notanda conversio. Pridem adversus publicas privatásque monitiones callum obduxerat, commotis omnibus, una cautis instar immota. Objecta sub hos dies terrifica imago Divini judicii in eum terrorem conjectit; ut ad coelum conversa tremens oraret: eo usque sibi vitam produceret, dum gravem sceleribus animum Confessione levare apud nostrum posset. Sub ortum solis domino prodeunti ante ipsum limen occurrit Pater, quem à Numine exorato submissum nihil dubitans, statim de Confessione appellavit, ac publicis poenitentiae signis pessimæ vitae exempla correxit: Id ante omnia Bobinganis novum ac memorabile visum, quod Natalitiis festis popinæ filerent, nemine ex omni circum juventute ad choreas ventitante; quarum antè sub hos dies effusam licentiam nemo Præfectorum inhibere est ausus, Parentibus æquè ac natis turpissimi moris fœditatem ipsa vetustate defendantibus.

At Minchinga Suevorum, uti zizaniorum plenior erat; ita & uberiorem laborum ac fructuum copiam præbuit. Libris, schedis, superstitionibus noxiis passim omnia scatebant, quibus multo labore sublatis, substituta sunt, quæ profutura sciebantur. Inimicitiae non paucæ magno, sed felici conatu extinctæ. Inter eas illa maximè celebris erat, quæ à triennio sic induruerant animi partium, ut una etiam, ne ad veniam concedendam adigeretur, sacris mysteriis abstinuerit. Negligentiâ Magistratum invaluerant tam improbi mores, qui in populo penè omnem speciem Catholicæ communis extinxerant. Nulla rerum Sanctissimarum reverentia. In publico sacrificio, postquam, qui sacris operabatur, sacratum Calicem populo adorandum extulisset; turmatum omnes se proripiebant è Templo, communí apud ipsos errore persuasi, pullu xeris, tum ex more vetusto sonantis imperari missionem. Ubi (quod extra Pascha nemo solebat) synaxis celebrabant, statim post acceptam ore Divinam Hostiam discedebant è Templo, nullo animi, quem accepisset, noscentis indicio. Tectis capitibus ad aram oblatum ibant: etiam, reliquam, cui adessent, Sacrificii partem aperti ac sedentes spectare soliti.

Noctem Virgineo partu cunctis venerabilem chartarum ac talorum lusu inter pocula exigebant, nec melior erat sequentium ponere festorum conditio. Juventutis ex utroque sexu nocturni convenitus adeò in morem abiérant, ut rusticorum servi non alio pacto simulatum inirent; quam ut patulas noctu ædes haberent. Tot sua mala cum & populū & Præfeci sine motu, sine cura spectarent, nostri nervis omnibus contendendum sibi existimárint, ut eorum pri- <sup>Tolluntur
salutaribus</sup> mò sensu; mox & medendi voluntatem excitarent. Multis tandem tum privatis, tum publicis sermonibus effectum, ut salutaribus decretis, communi consensu factis acceptisque, novi veteribus, ac Christiani mores succederent,

Profuit multis exemplum, quo malum nonnemo, in quod se peccando induerat, sincera Confessione sanavit. Annus verterat, ex quo juvenis procus ad consuetos amores properans, cum obvious in via sepem saltu transmitteret, in porrectum cadaver inciderat.

hominis sibi dudum amici, quem eodem vespere ab rivali occisum, & recentium vulnerum species, & manans adhuc crux prodebat. Ex tam funesto spectaculo tantus horror invasit miserum, ut in ipsum corpus se pavor diffunderet. Subitis exinde ac incertis correptus est morbis, à quibus eum haec tenus nulla amicorum consilia, nullum mendacium pharmaca liberare valuerant. Rogantibus amicis ad ægrum Pater consolaturus dum visit, re perpensa attentiùs, placare DÉUM sincera admissorum Confessione jubet. Eo facto in mentis simul ac corpori sanitas rediit, &, quam cœlum eâ poenâ quæsiérat, morum honestas. Eodem tempore gratiorem nostrorum operam populo fecit S. P. N. beneficium.

S. P. N. in vota vocati præfentissimus favor. Quartum jam diem cum partu lactans puerpera diversos Cœlites precibus votisque fatigaverat, nullo successu. Admonita, ut B. Ignatii opem ceteroquin ad similia promptissimam imploraret, partuit; rosarium vovit; & intra horæ quadrantem sanum filiolum incolumis mater aspexit. At nostri plurimis per Evangelium Christo genitis feliciores longè animarum Patres, ad suos læti rediere.

Parecias
ab Ingolsta-
dienibus
procurata.

Ex Ingolstadiensi Collegio unus in pago anno totò ad concionem dixit; socio interea parte anni mitiore sub dio, hibernis mensibus in ipsa Curionis domo rudi juventæ fidei capita explicante. Alio in loco alias per trimestre Parochi officio functus eo fructu, ut prius assumptæ in cœlum Virginis Parochianos omnes peccata confessores audiérerit, novo Parocho agmen ducente, exemplo ad eam diem ibi non viso,

188.
Brixenensis
Episcopus
nostrorum
operæ &
consilii
mūtūr.

Brixinam, vocante Episcopo Andrea Christophoro, Oeniponto profecti sunt Balthasar Hagelius, & Albertus Dannerus, quos in autam acceptos liberalissimè habuit. Sevocatis postridie, in animo sibi esse dixit, emendare abusus, quorum multos & noxios paſſim deprehendissent illi, quos ad luſtrandum Diœcesin dimiserat. Quàm porro eum in finem proficia esset opera societatis, sibi præ, quàm aliis, esse cognitum. Purgasse se illius consilio & opera Gurensem Diœcesin, cùm illam Ecclesiam regeret: sperare se, iisdem adjutoribus Brixinensem pariter antiquo nitori restitutum iri. Nec spem nostri ſefellere, relicto apud omnes, quos excoluerant, magno ſuiderio.

Ad Oeni vallem inspiciendam missi Pro-Episcopus ac Vicarius Generalis in nostras Ædes Oeniponti se receperè, triduo nobiscum inter multa favoris ac amicitiae argumenta, non tam hospitii, quàm Consilii causâ versati. Flaurlingensem quoque votis hoc iterum anno cedendum fuit, missis Sacerdotibus binis in affuetum nostris cultoribus agrum. Fatebantur omnes, ex quo Societatis homines ad se accessissent, populum à se ipso diversum esse: mutatos in melius mores; nec pauca nunc peccata, quæ fieri prius impunè confluēsent, omitti. Tam facile radices agit verbi Divini semen, animo simplici rectoque acceptum, quo nullus ager est ad gignendos pietatis fructus utilior.

No.

Neque Dilingani Collegii conditores sua fecellit opinio, arcem se condere credentium tuendæ per Sueviam maximè pietati ac Religioni. Experta certatim nostra opera, & impensa liberaliter: ac defientibus pro Missionum numero in Collegio laborum sociis, aliorum nonnunquam ordinum Religiosi è D. Hieronymi Collegio volentes se labentésque adjunxeré. Ita frequens & hoc anno laborum campus Ginzburgum, Oettinga Rhetiæ, Wallersteinum, Wembdinga, Nerisheimum, Kirchberga, Weissenhornum, Illerberga fuere. Weinbdingani quām fuerint in avitæ Religionis studio confirmati, argumento esse potuit eductum ad remotam B. Virginis Aedem supplex civium agmen, prælata cruce, ecclesiæ vexillis, catholica inter carmina per agrum hæreticum incedentium: qui cùm eos Papistas, deliros, superstitiones appellarent, risu ac sarcasmis prosequerentur; illi omnes rosaria insuper è collo suspendere.

Cùm in Rhetiam ituri Patres Neresheimio transibant, curabat Abbatum rebus nostris addicissimus Præfus, ne unquam sacro fructu carceret erga nos: hospitium. Semper enim inveniebant, quos vel hæresin dedocendos Ecclesiæ redderent, vel expiarent à noxis, vel spirituali ope, consilio Neresheimi, lioque juvarent: quos inter plerumque erant subjecti monasterio Cu- riones, cum in finem ab Abate vocati. Wettenhusium accitos diu Wettenhu- etiam tenuit Imperialis illius Collegii Præpositus, ubi & religiosis op- tatum navârunt operam, & subjectos circum rusticos à peccatorum Confessione obstinate aversos, suaviter adduxeré ad necessarium istud unicūmque Conscientiæ vulneratæ remediū. Ad Abbates Ottenburanum, Weingartensem, Salemitanum, & Principem Cam- pidonensem, è Patribus unum ad se misi cupientes, profectus ipse Collegii & Academiæ Rector Julius Priscianensis, insignem à tanti nominis Præfulibus scientiæ, virtutis, ac prudentiæ laudem reportavit. Fuit nihilominus è Parochis unus, qui pro Concione negavit, fas esse ulli è suo grege ad nos Confessionis ergo accedere: quem re intel- lecta Episcopus Augustanus ad se accersitum, temeritatis errorisque haud persuictoriè coarguit.

Quem sæpè laudavimus Georgius Abbas Weingartensis etiam Ochsenhus Monachio duos impetravit, Simonem Grauloccum, & Georgium Nidermarium; quos operâ suâ profuturos Ochsenhusium misit, celeberrimum Benedictinæ Familiae Monasterium. Mensem integrum ro- gati substitere, magna omnium approbatione ac fructu. Bojariæ Præfules nostro sæpè consilio, interdum religioso hospitio usi multa dedere favoris erga nos argumenta. Horum uni cum viro illustri magnæque in aula potentia grave à multo tempore dissidium erat. Nos ad reducendam concordiam nostram operam conferre rogati, ut ambos simul domi nostræ haberemus, effecimus. Ubi primo congressu idoneorum virorum prudenti dexteritate conciliati animi, & aula etiam gratulante non sotipum duntaxat, sed extinctum incen- dium est.

Garsense Canonicorum Collegium Eberspergâ iteratò accivit è Sacerdotibus unum, quocum sua religiosæ disciplinæ promovendæ Histor. Prov. Germ. Sup. S. f. Tom. III. Dec. VII. A a Con- 190: Garsense nostrum Ebersperg adlocam.

consilia communicarent, aut res animi, præmissa noxarum Confessione, componerent. Cum verò & Parochorum nonnullis nihil esset usitatus, quām festis per annum celebrioribus ad populum dicendi munus nostro Eberspergā petitō committere; non defuēre cavillatores, qui sinistro affectu acti clamabant ē cathedralis: talium se curionum cæxitatem miserari, quā non adverterent, se, quos tam crebro nunc admitterent hospites, brevī in Paroëciis habituros successores. Eos debitæ modestiæ & exempli superiores admonuēre, & inanitatem calumniæ abundè ostendit nota Societatis, Paroëcias etiam Collegiis adnexas non insidentis consuetudo.

Brunovien-
ses iterum
Oettingā.

Brunovio tamen negari per aliquod tempus Paroëciæ curandæ labor non potuit. Cum enim Parochum sub ipsam Quadragesimam ingruens morbus labori tunc maximè necessario inutilem reddidisset. non aliunde, quam Oettingā petendas suppetias existimārunt, missis ad nos quām supplicibus litteris. Concessus è Patribus unus civitatem, & omnem circūm expiavit viciniam, hausti superiore anno solatii memorem. Audiendo dicente non videbantur satiari posse; ut trium hebdomadarum spatio ter decies concendere suggestum necesse fuerit, populo itentidem erudiri rogante. Burghusianis idem optantibus nascentis ac resurgentis Christi festis subventum est.

^{191.}
Ad mona-
sterium ex-
tra Bavariae
fines evo-
catur unus
Oettingā.

At nulla hoc anno Oettinganis Patribus oblata illustrior Divini obsequii promovendi occasio, quām à celebri quodam Asceterio extra fines Bavariae sito. In hoc, sive enata animorum discordia disciplinam laxārit, sive hujus remissio illam induixerit; hæc utraque pestis ingenti animorum damno, & vicinæ offenditione regnabat. Non defuēre viri religione, sapientiâ, Infulis clari, qui mitigandis ac conjungendis animis amica deferrent obsequia, nec segniter impenderent, nullo laboris ac patientiæ fructu. Cum ipsi tandem malis fessi circumspicere medicum cœpere; ac Consilio aliorum simul & exemplis persuasi, Patrem unum evocârunt Oettingā, quo Duce S. P. N. exercitia tot alibi successibus celebrata obirent. Ille, re tanta DEO Virginique Oettinganæ impensè commendata profectus, nihil, qua cunque transiret male ominantium sermonibus inoveri se sinebat. Elbique occurrabant, qui dicerent: frustra illum ire, ut malum sanet, quod omne hactenus medicinam eluferit. Vereri se, ne morbus fiat medendo deterior, multumque de Exercitorum tam celebrium fama detrahatur frustrata curatio.

In eo pa-
cando mira-
vis exerciti-
tus. S.P.N.

At inanes isti metus fuēre: nam expectationem superavit even-
tus. Nemo è sacro illo secessu non alias prodiit. Petitatâ datâque inter
singultus & lacrimas præteriorum veniâ, tantâ inter se agebant con-
cordiâ, ut nullum appareret dissensionis antiquæ vestigiū. Una
nunc disceptatio supererat, in qua sine divisione animorum sententiae
discrepabant. Necessarium erat consentaneum suo statui vitæ actio-
numque ordinem modumque statuere, quo stabili deinceps omnes
uterentur. Et pars quidem una eum totum ad omnem legum rigo-
rem ac sanctitatem exactum volebat: pars altera mitiganda censebat
aliqua. Nam postquām in multis primam severitatem tot annorum
consuetudo abolevisset; jam omnibus novam, ac gravein tam subi-
to

to reduci, anceps videri, ac querelis obnoxium: ut vix sperari constantia possit.

Cumque ita nihil certum constitui posset, ac periculum esset, Eadem eodem dire. & ore. repe- ne opinionum diversitatem animorum quoque sequeretur dissensio, in eam rursus omnes ivere sententiam: revocandum Oettingam cun- dem, quem experimento probassent, spiritus directorem: repetenda, quae tantum in animos valuissent, Exercitia: ita, quae ex Dei placi- to, & Monasterii bono viderentur, rectius statutum iri. Redit Septembris mense noster ad Monasterium: Religiosi omnes ad sacrum le- cessum, quem facta erratorum omnium à prima ætate admissorum Confessione, praecunte Præfule, ad unum omnes clauerunt. Mox postliminium Regulari disciplinæ datum. In actiones statui atque or- dinis legibus conformes divisa dies, ac in primis meditationi, ex- minandæ conscientiæ, sacræ lectioni certæ tempora decreta: revo- catus operum poenitentia: tutelarem Divinæ pro quovis mense sortiendi inductus mos; & commune ex Regularum præscripto in- structum vestiarium, ex quo æquali in omnes caritatè & superflui- tati statueretur modus, & querelarum præcideretur occasio.

Gratulabantur sibimet ipsi novam pulcherimamque rerum sua- rum faciem & restitutam, quæ penè perierat, Asceterii famam. Mul- tum pecuniæ oblatum à Præfule in compensationem laboris: sed præter dimensum necessitate viaticum acceptum est nihil. Valedi- centium Patri una omnium vox fuit: utinam, Pater, nobis semper adesses; quam tunc esseimus beati! ora, ne hanc, in qua nos relin- quis, tranquillitatem turbet excitata ab orco tempestas. Latè pro- fuit tam nobilis Monasterii multorum sermonibus celebrata mutatio, manante ad alios exempli famam, & fructu. Nam plura extitère in- tra Bojariam Monasteria, quæ & ipsi accivere Oettingam Magistrum Spiritus, & ad præscriptam à D. Ignatio methodum æternarum ve- ritatum meditationi octo decimæ dies solitarii consecrârunt. Intra æ- dium nostrarum parietes eidem sacræ solitudini vacârunt Ratisbonæ quidem Fratres duo Novitii è celebri ad Quercum superiorem Mo- nasterio, Constantiæ veterani totidem, Ingolstadii sex, Dilingæ pars major studiorum causâ illic commorantium, ita, ut quaternis ex eo secessu prodeuntibus, totidem semper novi succederent; maximo sa- né non singulorum duntaxat, sed publico Monasteriorum & rei Ca- tholicæ bono.

Erant enim, quos Prælati redeuntiū Dilingâ eruditione ac mo- ribus capti ad illud scientiarum emporium miserant, juvenes Religiosi nonaginta, omnes Collegii S. Hieronymi incolæ, quod quidem tot numerabat convictores, quot domus caperet, duos nimirum ac vi- ginti supra ducentos. Magnus in Academia auditorum nobilitate, ^{193.} Floret Aca- demia & Convictus Dilingæ. In hoc Religio- osi 90. ingenii, eruditione certantium numerus, ut jam tunc Philosophia Magistros tricenos, totidem & octonos insuper Baccalaureos renun- tiaverit, neque ad eum honorem capessendum sufficisse pecuniæ laudatissimus ille rigor arguento est, quo decem à capessendo gra- du prohibiti, quos eo parum dignos examen ostenderat.

194. Fervebat arena litteraria perpetuis præliis, accendente paginum Scena Epi- animos præsentia Principis, quam serè sempè lubens ac latus induit scopis Au- gebat. Ad eundem cum saturnium diebus duo alii Principes, Eysta- gustano, Eysteitens, dianus nempe ac Ratisbonensis Episcopi non laxamenti, sed gravif- Ratisbo- sinorum causâ negotiorum advenissent, theatrales ludos, quæs Curio- nensi in- struens. statem Poëta producebat in scenam, spectarunt omnes lubenter, ac prolixè laudarunt. Ante solennem verò instaurationem (uti mos tunc ferebat) D. Wolfgangum Ratisbonensem Episcopum cum dareremus spectandum, augendæ pompæ majores bombardas, & curules etiam machinas displodi Princeps iussit, præmiaque litteraria pretio ac forma splendidiora dari suo sumptu præcepit; nihil non optimè collocatum æstimans, ex quo scientiarum amor & æstimatio cresceret.

Ad conferendum ius, quos explorantium censura probasset, Sacramentum Ordinis hoc etiam anno aulam delegit Academicam: in qua ad natalem Christi diem Pontificio ritu operatus, & Academicos, & Aulicos suos divino epulo refecit, quibus, nullo dempto, exomologes in ad eam diem præceperat, certa poenâ negligentibus constitutâ. Theophoriæ festo Eucharisticum Ferculum pompâ, quâ licuit, maximâ circumtulit, quam plurimum exornavit Dialogus, in ipso Palatii Episcopalis ingressu à nostris discipulis recitatus, atque obpietatem æquè ac eruditionem audiri dignissimus. Tandem sub dies caniculares, quibus eo tempore à solitis prælectionibus Academia vacabat, evocatis ad arcem suam Aislingensem Professoribus epulum struxit Princeps dignum. Ad quod cum inexpectatus Conviva supervenisset, Neoburgici Ducis Legatus, è Familia tunc Equitum, nunc Comitum de Kreüt, singularem is præsetulit, & miram prorsus in homine lutherano erga Jesuitas humanitatem. Frequentius multò opportuna liberalitate domesticam Dilingæ levavit inopiam, ac præstantibus identidem voluminibus surgentem Bibliothecam locupletavit.

Fribergen- Munerandam etiam Patrum nostrorum industriam publicâ in sibus pro- Collegium munificientia existimat Friburgensis Senatus, post absolu- batur do- tum Scholarum ædificium exornando illius frontem Republicæ insi- stra indu- gniibus, prægrandi lapidi parieti inserto artifice manu inculptis. Jo- laphatus Princeps ante studiorum initia in scenam datus ita ab Aucto- ris ingenio & aëtorum peritia placuit, ut saepius publicè acclamare- tur. Nos in bonum Scholasticæ juventutis, quin & civium, cateche- sin, quam germanico idiomate hactenùs proponebamus, gallico in- super explicare cœpiimus, duplicato labore simul, ac fructu.

& Mon- [In Monacensibus scholis jam nongentos superabat hoc anno)di- cencibus. scientium numerus; audiebaturque non parcius, quam alibi commen- datio scenæ, quam temporis accommodata struxerant; sive cum Centonem Lutheranum ex veterum hæreticorum reliquiis consarcina- tum auditori deridendum proponerent: sive cum sanctiore argumen- to Christum in Templo cum Legis Doctoribus disputantem inducerent: id, quod tam eruditè simul ac decorè factum, ut actio tantopere lau- data iteratò dari ad Principum vota debuerit.] Nec filio juniori Al- bertio Magistrum alium, quam nostrum Guilielmus Parenz de legit, ad Iuris nosterum Matheinaticis imbuendum disciplinis Joanne Appenzellero Ingol- Alberto stadio Monachium evocato.

195. Joannes Appenzel- lius noster Alberto Duci Magi- ster deatus.

Et

Et Ingolstadiense quidem Athenæum numero la, & peregrina è diffitis Provinciis nobilitate florebat, è qua duo in Magnificos Academæ Rectores Patrum suffragiis electi; Berchtoldus Wolckensteinius Rector, auditor, & Joannes Ernestus Fuggerus, etiam Thesibus eorum nomini inscriptis honorati.

Poterat huic celebri scholæ ad famam sufficere vel unus Jacobus Gretserus, cuius hoc anno eruditus partus tam multi, tamque varij pro Libri à diere in lucem, ut, si quotidianos Theologicæ cathedralæ labores Greßero consideres, prodigo simile videatur, unius viri ingenium potuisse sufficiente tam multis tamque diversis rebus, eâ, quam in Gretsero miraverit, copiâ, eruditione, diligentia pertractandis. Libri, qui hoc anno clarissimi Scriptoris nomen illustrarunt, erant sequentes: *Responsio idoneis digressionibus aucta, contra theses Aegidij Hunij,* 196. *quas ille à Ratisbonensi colloquio redux pro se, ac contribulibus vulgaverat. Labyrinthus Cretico-Hunnianus de quinque Fidei articulis.* *Note in Epistolam adversus Hunnum ab auctore anonymo editam.* *Note in Joannem Cantacuzenum à Jacobo Pontano latinitate donatum.* *Varia lectiones in Georgium Codinum Curopalatam, adiectis notis in etbica Mureti.* *Note in Simeonem juniorum ab eodem Pontano latino idiomate editum.* Ex græco in latinum ipse met transfulit: *Cronicon Hippolyti Thebani cum annotationibus.* *Anastasis S. Gregorij Thaumaturgi cum notis.* *Anastasij Sinaita tres Orationes cum Prefatione: scilicet de sacra Synaxi: de non iudicando: de oblivione injuriarum.* Grammatica græca adjectis dissertationem de pronuntiatione lingue græca; Rudimentis vero græcis Catonem græco-latinum.

Augustæ Vindelicorum Cantacuzeni Historiam à Jacobo Pontano Latinè vulgatam, M. Val. Martialis epigrammata iis, quæ impura erant, omissis, Commentariis illustrata Matthæus Raderus in lucem emisit. [S. Cassianum Martyrem puerorum graphiis confixum, & Sodalitatis nomine Cenodoxum suum spectandos in Scena dedit Jacobus Bidermannus Humanitatis Magister, quorum posterior licet solidas quatuor horas spectatorem tenuerit, ita tamen vehementer placuit, ut iterato spectandum instanter expeterent.] 197. *Jacobi Pontani, Matthæi Raderi, Jacobi Bidermanni lucubratio-nes.*

Ceterorum in hac urbe laborum felix cursus. Sacrae DEO-Virgines ad Stellam jam tunç creberrimè nostram operam in animorum solatium exposcebant. Rogatus etiam noster in S. Crucis Templo è suggestu dixit, quoties invaletudo ordinarium Concionatorem detinuit, quem è PP. Capucinis delegerant, quique, cum de hora Concionis ageretur, eam ipsam decerni voluit, qua noster in æde principe diceret. Joannes Sallerus adhuc eam cathedram singulari cum laude tenebat, in confutandis maximè hæreticorum erroribus valens ac celebris. Quadraginta damnarunt novitos errores, sacra antiqua complexi.

198.
Auguste
Præconis
filia ante
mortem
fit Catho-
lica.

Hos inter numerabatur Lutherani Præconis filia. Duxerat eam catholicus è præsidio miles, sæpè ad deserendum Lutherum exhortatus plus quàm militari eloquentia, dum verbis verbera addidit. Nihil hac via tam à Catholicis moribus abhorrente profectum. Interēa morbus invasit hominem, & ad mortis confinia paucos intra dies adduxit. Uxor viduitatem, & certain ex hac inopiam metuens, cùm aliud non reperiret avertendæ calamitati remedium, fidem Catholicam vovit, si virum reciperet. Ratum habuit votum DEus, surgit maritus: illa contrà in morbum lectumque copücit. Prima cura fuit, votam DEO fidem præstanto salutem animæ extra discriminem ponere. Igitur, antequam dilucularet, mittit, qui Jesuitam advocet, robustum militem atque prævalidum: quem tamen in via tam subitus horror ac tremor invasit, ut in vestigio aliquamdiu immotus hæreret. At fraudem dæmonis subodoratus, ubi primum Cruce fronti impressa JES sum ac Mariam appellavit, fanatico timore liber, gressum tantò celebrans utsit. Advolat Pater; ac peccata pari solatio ac dolore confitentem, hæresinque ejurantem in Ecclesiæ gremium recipit. Triduum supervixit, omnibus consanguineorum technis ac insultibus superior. Ita morbi patientissimam & sua sorte mirè lætam Pater placidissimo fine ad cœlum transmisit.

199.
Non lubet
Ministris
cum nostris
congregari

Odia, quibus ad vetusta Majorum sacra reversos novi Evangelici persequebantur, illustrabant illorum constantiam, & fidei nostræ veritatem confirmabant, cujus seu coines seu præmium illa gratia sit, quæ olim primorum fidelium animos adversus omnes hostium fidelis insultus firmavit. Illâ roboratus homo minimè pauper pertulit propinquorum fraudes ac violentiam, quâ opibus exutum etiam tecto exturbârunt, affirmabat enim, nihil admodum se commoveri, quod vi & malis artibus amisisset ea bona, quæ, si fides in discriminem veniret, sua sponte fuerat dimissurus. Tardiùs nonnihil ad victoriā pervenit Mercator juvenis, qui, quam animo dudum tenebat, Catholicam Religionem biennio dissimulaverat, ne gravem haberet, in qua vivebat, familiam. Demum vieto metu fidem professus palam pro eo, qui erat, se gerere cœpit. Ingens inde apud domesticos dolor & indignatio, ac primum ad verbi sui Ministros confugium, qui crebro ventitantes, nihil non agebant dicebantque, quo juvenem perverterent. Is oppugnantibus callidè id unum reposuit: Congreslurum se cum eorum uno vel pluribus; ea tamen conditione, si sua ex parte certaminis socium vel ducem Catholicum, quem ipse eligeret, sacerdotem admitterent: Æquissimum esse, id juveni sibi & litterarum imperito concedi. Negare non ausi, cum facile intelligerent, nostratem adfore non ultrâ reversi missum fecerunt. Eâdem via ab iisdem aggressoribus se expediti honesti civis filius, qui nuper Viennâ ad Patrem Catholicus redierat. Omnes inde conversi in juvenem; Ministris undique non voce tantum, sed calamo instantibus. Ille compendio usus, re cum Concionatore nostro communicata, scripta omnia ad eum defert, acceptisque vicissim contrariis ita omnia eorum argumenta clivit, & sparvis etiam inter amicos exemplis, quàm mala fide SS. P. P. ac Conciliorum Decreta ac Doctrinam adducerent, ante oculos posuit, ut nihil ultrâ molesti aut vocè aut calamo fuerint.

Nec

Nec defuit, qua Religionis novitiae vanitatem ipsimet fateri coger-
bantur, occasio. Ancillam Catholicam hero Lutherano famulan-
tem spectrum infestabat, etiam domesticis aspectabile. Mensis unius ^{200:}
spatio alternis ferè diebus ventitabat de nocte homo juvenis in spe-
ciem, vestibus temperaliis, qui ancillam investigans ad horam unam, heterodo-
interdum ad duas protrahebat alloquium. Denique accuratius in eum
intuentibus patuit, capripedem esse. Eo viso exterritis omnibus cùm
ancilla catholicò more se cruce signasset, actutum larva disparuit.
Fracta metu, & inops consilij Lutherana familia, ac tergiversantibus
Ministris, quò se vertat ignorans, ad nostros tandem unà cum an-
cilla confugit; quā Catholicæ Ecclesiæ Sacramentis expiatâ refectâ
que, nihil ultra terriculamenti conspectum est. Et quis sanæ men-
tis credit, portas inferi non prævalere adversis illam Ecclesiam, in
qua vires non sunt vel uni dæmoni superando pares?

Verū nihil fuit Augustæ decantatio, atque ad deprimentiam hæ-
rebes superbiam validius eo, quod nunc venit ^{201:} commemorandum. In-
tra octiduum illud augustissimo Christi Corpori sacrum, nostrâ opera
inductus mos, qui hodie dunt tenet: ut, quæ ad altissimi Mysterij ne-
titiam cultumque pertinent, quotidiano sub vesperum sermone noster
in summa æde concionator pertractet. Id cùm Feria secundâ illius
hebdomadæ quarto idus Junias Sallerus ex officio ageret, deque reli-
giola ad sacram synaxim obeundam animi præparatione differens, il-
lustriora in eam rem SS. P. P. dicta factaque commemoraret, audiebant
dicentem permixti Catholicis è Lutheranis non pauci. Ex his caupo au-
daciōr ceteris, ac linguae petulantia notus, cognomento ^{Langvvalterus}
iterum, ac saepius obstrepore auditus: *mentitur Concionator, men-
titur nebulo*, tam impudenter, & voce tam intelligibili repetebat,
ut proximos disertè, remotiores confusiùs ea verba adverterent; & ad
ipsum usque Concionatorem incertum murinur deferretur. Deni-
que sub fine Concionis sacerdoti ad populum converso, & sacram Ho-
stiam adorantibus bene precanti non minùs protervè illudere perrexit
impius sannio.

Egredientimox è Templo Concionatori cùm occurrerent Luthe-
rani triumviri, incedens ponè fœmina prodidit: hos ipsos esse, qui morbo ac
concionanti obmuringantur. Cùm ad eos conversus Philippus ^{Reputatio}
Cassanus Patris socius, edicere jubet, si quid esset, quod contra
Ecclesiastem hic præsentem proferendum haberent. At illi repen-
tina interrogatione territi, ac Magistratus iracundiam veriti, veniam
precantur, dictorumque culpam vino & imprudentiâ excusant. No-
ster nec dare veniam, nec abnuere visus rem sibi dissimulandam existi-
mavit. At non pertulit inultus publicam injuriam Iesu in Euchari-
stia Deus. Cauponem repente invadens morbus intra quatriodium
è medio sustulit: quem præsenti supplicio erroris admonitum poenitentiaz
signa dedisse, nec pars adversa negabat. Cùm animam age-
ret, dictores, injussi quidem, sed Catholicorum indignationem mini-
mè dissimulantiū sermonibus moti, cauponis ædes ingressi sunt;
abducturi in vincula hominem: sed in extremis esse intelligentes, re-
cessere. Tandem sub noctem diei Dominicæ excitatus publicâ que-
rimoniâ consul misit, qui in nomen cauponis inquireret: cui tandem
Bb 2 respon-

responsum est, obiisse hominem; cùm ad eam diem triste fatum cœlasset. Quo deinde vulgato deteriorem Lutheranorum causam ipsa dissimulatio fecit.

^{202.}
Legati His-
pani de
hoc facta
sententia.

Agebat eo tempore cum Fuggeris Augustam congregatis Hispaniae Regis Legatus. Qui cùm rem omnem ex ordine cognovisset; nempe, ajebat, quia dissimulavit Magistratus, vindicavit Deus. Per lata legato auctore in ultimam Lusitaniam Historia est; exteris non tam admirantibus justam Numinis severitatem, quam cæcitatem eorum, qui culpam retineant, cuius supplicium exhorruere. Profuit tamen ea hominis hæretici poena frigidis Catholicis, quorum nonnulli eâ se impulsos fatebantur ad iratum Numen generali noxarum confessione placandum: alij fidem circa Eucharistie Mysterium hæreticorum conciitu labefactatam argumento tam manifesto convicti stabiliuerunt.

^{203.}
Norimber-
gensis civi-
tatis tabel-
lariorum Mo-
nachij mori-
ens sit Ca-
tholicus.

Quam iste vitam, etiam agnita DEI Catholicæ Religionis injuriam ulciscente manu, hæreticus finiit: eam aliquis Monachij imminente morte è Lutherano Catholicus clausit. Norimbergensium tabellarius fuit, statis temporibus litteras ac viatores, curru transportare hinc Norimbergam diu solitus. Profuit homini ad æternam animi salutem à supremo morbo non domi, sed Monachij correptum fuisse. Nam postquam actum de vita sensit; nihil ultrà moratus contra omnium spem accersiri Jesuitam jussit. Huic advolanti confessum edixit: certum sibi esse, catholicum mori; & palam nunc e jurare hæresin, quam pridem animo damnasset. Brevis labor erat, docere hominem, ex longo commercio Religionis nostræ mysteria probè callentem; quam processus est magno suo, & præsentium solatio, nec minorè admiratione civitatis, hominem ex verbis, quibus nunquam non repugnabat, metientis. Invisere ad notum hominem ipsi Principes, in quorum præsentia rogatus, de suo erga fidem suscepit animo atque constantia, immotum se perstitutum edixit, idque ad extremum usque halitum præstitit. Alteri ad corporis salutem prodesse vila est à falsa Religione ad veram conversio. Nam morbi gravitate ad mortis confinia deductus, statim à fidei professione habere melius cœpit, ac intra per breve temporis spatium integrè convaluit. Quin & fœmina, cum Alba Regalis eriperetur Turcis, voto Catholicis se aggregandi edito, è medius, in quas inciderat, barbarorum manibus incolmis exiit.

^{204.}
Idem facit
Lucerne
Samuel Pelicanus Tiguriensis
conis filius.

Hæc talia ut Religionis nostræ veritatem multum commendant, nihilominus illa etiam sine his tam clarè in serio inquirentium oculos cœdit, ut eas etiam tenebras vincat, quas infelix nativitas, & improba parentum diligentia offudit. Samuel Pelicanus apud Tigurinos natus, Patrem, avum, proavum habebat, Zwingiani verbi Ministros, illius Pelicani pronepos, qui deserto Rubeaqueensi cœnobio Zwinglium secutus, præcipuus Magistro adjutor adfuit in avertenda à veteribus sacris Tigurina ditione. Is majorum vestigia premens, cùm in eorum scriptis pervolvendis est totus, adeò pro temporum ac ingeniorum diversitate inter se, ac sæpè à se ipsis diversos invenit, ut nulla pugnantes inter se sententias conciliandi occurreret ratio. Contrà ubique in Catholicos res fidei pertractantes incidebat, admirabatur extatuum omnium ac Scriptorum concordiam. Cùmque ad intelle-

ctus

Quis perspicaciam veritatis, ac salutis amor accederet, clam omnibus, Matre vidua, ac paterna hereditate relicta Lucernam profugit, eam, quam à primis suis Apostolis Helvetia didicerat, fidem professus. Secutæ sunt continuo maternæ litteræ, adhibitæ artes, nec minis aut promissis ab amicis parsim. Nihil tamen profectum adversus hominem, longo studio præmunitum, ut ullo pacto pro veritate resumere erorem vellit. Nec minus virili animo erant Virgines duæ, ætate opibusque florentes, quas nulla ad reditum inflectere propinquorum machinatio valuit.

Virginem aliam patribus illustris adhuc recentem ab heresi molestæ vexabat tentatio, qua Christum in Eucharistia præsentem ut crederet, ægræ adducebatur. Fortè rei Divinæ intererat, cum eadem cogitatione mentem versus Stygius tentator pulsavit. Cum illa, ut innocens erat, puellari simplicitate à DEO dubitationem sibi eximi miraculo petit. Audiit orantem Deus. Cum enim facta consecratione sacerdos Divinam Hostiam adoranti populo sublimem ostenderet, agnillum illa in ejus manibus conspexit, nive candiorem, vexillo, ut tempore Paschali proponis solet, instructum: quo spectaculo mirè confirmata, ac plena lætitia domum rediit, nec quidquam deinde magis hoc admirando Mysterio in amore ac deliciis habuit. Ducenti sc̄rè ac quinquaginta ad Ecclesiarum ovile reducti; duobus item persuasum, ut ad suos, quos deseruerant, Religiosos ordines regredierentur: quorum unum tantus cepit admissi flagitijs dolor, ut promptum se paratumque offerret, ad eum quacunque etiam publicâ pœnâ testandum.

202.
Virgo nobilis in fide de Eucharistis prodigio confirmans.

Quò vigilantes in omnem partem intentum erat nostrorum in vera pietate promovenda studium, eò saepius deprehendebantur vestigia errorum, qui per aliorum vel inscitiam vel negligentiam irrepererant. Qui Ebersperga fructificatum exierant, in locum pervenire, per cuius viciniam latè invulerat ineptissimus mos, piacularia lacra faciendi pro parvulis, ante omnem rationis usum defunctis. Nec parvo labore fuit opus, ut in sanitatem opinionem vulgus. Parochi lucrum dimitterent. Pluribus in pagis edociti ruricolarum usum Coronæ Marianæ, quam sparsæ ab hereticis fabellæ ita in contemptum adduxerant, ut rari superessent, qui auderent ostendere, si sum ceterorum ac ludibria veriti. Cum Fribingensis Pro-episcopus ad certam Diœcœfeos partem se conferre decrevisset, Confirmationis impertiendæ causâ, nostros præmisdendos censuit, qui plebem Sacramentum istud minimè pro dignitate estimantem, quin & fugientem, saniora docerent. Quod ab Eberspergenibus tam cumulate præstitum est, ut avidissime expectarent adventantem, maximoque Præfusis solatio supra ter milenos, centum, quatuor ac viginti se stiterint sacro Chrysmate inungendos. Locorum insuper, quò evocati fuerant, Magistratus probè instruebant nostri, novæ sectæ homines disfumulata Religione passim irrepere admoniti, ne quem inter cives adlegerent, de cuius fide non certo constaret. Cautos admonitio reddidit, ac semper, si quis exterus jus civitatis petebat, cum ad nos ablegabant, nec nisi nostro probatum suffragio civitate donabant.

203.
Tollitur ab usus sacrificandi pro infantibus anter usum rationis mortuis.

204.
Caveatur ne heresis irrepatur in civitate.

^{208.}
Landsp-
ergensi Se-
natū de
frequen-
tanda cate-
chesi Man-
datum.

Nec minus salutare fuit decretum, à Landspergensi Senatu hoc anno nostris Auctōribus conditum. Nam probè intelligentes, quantiad Christianos mores introducendos confirmandosque intersit recta juventutis à teneris institutio, severo edicto sanxere; ne, qui intra annum ætatis decimum sextum essent, à publica se catechesi subducerent, poenā certā in juventutem, arbitrariā in parentes ac ludimistros constitutā, si in legem peccassent. Ingens inde ex utroque sexu concursus; ortaque mox divisionis faciendæ necessitas, ne ob numerum minor in singulos fructus existeret: adeò, ut tribus hodie in Templis fidei rudiimenta explicentur à nostris; puellis unum in locum; pueris vero in duos collectis, quorum uno scholarum trivialium, altero latinitatis tirones erudiuntur.

^{209.}
Facultas ti-
ronibus
nostris pro-
cuusque
gradu con-
cessa ab
Episcopo
Augustano.

Præterea Novitorum operā, qui eo in munere primum fervorem exercent, omne circūm Landspergam rus excultum eo fructu, qui jam olim Joannem Ottōnam Augustanum Episcopum permovit, ut publico instrumento liberat ficeret Societatis nostræ tironibus catechizandi. Diaconis concionandi, Sacerdotibus confessiones per totam Diocesin audiendi facultatem: quam tunc quidem ad certum tempus concessam. Henricus postea nullo temporum limite posito confirmavit ampliavitque. Ita præter urbanas catecheses plurimæ ruri per vicinos circūm pagos institutæ hodie dum perdurant. Etiam scholæ publicæ in meliorem redactæ formam ac ordinem, Magistratu egregiam ad id operam conferente; qui & alia multa jussit, aut vetuit, quæ vel noxia in publicum vel utilia Ecclesiastes noster è suggestu ostenderat.

^{210.}
Indulgen-
tiarum e-
statio.
mario, &
ardor in-
grandi.

Cum ubique iterum spectaretur antiquæ pietatis imago, firmandæ in populorum animis estimationi Indulgentiarum opportunissimam hoc anno occasionem dedit Jubilei celebritas. Ubiq[ue] per eos dies singularis ardor eluxit. Ac Dilingæ quidem receptæ in cœlum DEL paræ festa luce, qua Pontificio ritu rem Divinam in Parochiali Templo Episcopus faciebat, tam fuit densus affluxus populi, ut à primo manè in serum vesperum referto Templo, sæpè, qui recenter adventabant, excluderentur. Nec enim è propinquo tantum agro, quæ catholicus erat, numerosa cum sonoro cantu ac volantibus vexillis, agmina intrabant; sed frequentes etiam à multis passuum millibus turmæ advenabant, ingenti Præfulis resurgentem pietatem intuentis lætitiaz. Nostros vix non labor opprimebat, obsessis tota die confessionariis sedibus, queis vicenè nostris Sacerdotes perpetuo affigebantur. Ringebantur ad hæc in circumjecta Palatina ditione hæretici, quorum ancillæ catholicæ Dominicis festisque diebus Dilingam itabant, ad credenda nostris conscientiaz arcana, nec quicquam obstantibus heris. Nam his, scilicet ad rem suam attentis, tolerabilius erat ea libertas, quam fecus certa è fainulatu discessio; non facile reperturis in sectæ suis juventute, quos morum & obsequij integritate dimissis pares substituerent. Nec deerant, quibus post Catechistam nostrum, vel concionatorem auditum suppeteret animus, arguendi errores sectariorum, sæpè non habentium, quod opponerent veritati. Sola nunquam deerant, quæ in Jesuitas eorum Magistros jaciebant, convitia.

Quanti

Quanti hanc nostrorum Patrum in confirmandis Catholicorum
hæreticis permixtorum animis dexteritatem æstimaret Joannes Doro-
theus Lausanensis Episcopus, palam fecit, traditis Collegij Friburgen-
sis Rectori litteris, manu sua ac sigillo munitis, quibus amplissimam
nostris facit consueta Societas Munia per omnem suam Dioecesin ob-
eundi potestatem. Una tantum res fuit, in qua gratificari optimi
Præfus voluntati per Instituti nostri rationes haud licuit.

211
Amplissima
facultas no-
stris con-
cessas ab
Episcopo
Lausaneo.

Perditionem Friburgensem eo tempore complures energumeni;
seu veri, seu ficti discurrebant; quibus qui consuetos Ecclesiæ exor-
cismos adhiberet, sacerdos à nobis petebatur. Rem à more nostro
alienam concedere Rector non ausus, ad Provincialem prescripsit,
quid peteret Episcopus, cuius identidem ex voces erant: Cùm in om-
nium salutem nata Societas, neminem, cuius salus ageretur, à sua
cura excluderet; cur destitutos à suis energumenos vellet, quorum
animas tam gravi objectas discrimini sciret? Legibus standum Pro-
vincialis censuit, ac deprecandum modestè obsequium.

212
Sufcipi à :
nobis cupit
energume-
norum cu-
ram: sed
frustra.

„Responsum ergo: esse quidem nostræ vocationis, salutem ani-
marum ubique procurare; sed iis solum modis, quos Author Ignatius,
„& Apostolicæ constitutiones præscriberent. Docere in publicis
„scholis, doctrinam Christianam tradere, pro concione dicere, au-
„dire pœnitentes, ad ægros captivosque invisere, afflitos, moribun-
„dis auxilio solatioque adesse, ad omnium Regionum hæreticos, aut
„infideles profici, Divini verbi sementem in Missionibus spargere;
„hæc quidem in Societatis Institutis Pontificumque Decretis munia ap-
„pellari statui nostro, ac ordini propria; quæ inter de energumenio-
rum non anticipi minùs quam difficili cura nibil sit legere.

213
Rationes.
cur eam.
curam re-
cuset So-
cietas?

„Evidem; cùm in exorcistarum ordinem relati etiam ipsi ab Ec-
clesia simus, haud defuturos communis officio; nisi adesset aliorum
copia, quibus ad id exequendum plus obligationis & otij sit. Vel
unius talis curationem sèpè in menses, quin & annos extrahi, to-
tumque sibi hominem poscere. Opus proin fore, cum in finem
peculiarem sacerdotem, imò cùm socium adjungi regula jubeat,
duos ali. Dein qua ratione constituram sibi religiosæ Domus quie-
tem; cùm unius suscepta curatio attractura sit omnem hujusmodi ho-
minum molestissimorum turbam, non nobis tantum, sed etiam ci-
vibus gravem? Etiam alia nonnunquam inter exorcismos evenire pa-
rùm decora, & à quibus merito religiosi viri abhorreant. Mag-
nam partem foeminas esse: jactare corpora, lacerare vestes, sèpè
satis in honeste circumagere: quibus sacerdotem Religiosum præ-
sentem, & sèpè diu assistere, rem esse per se indecoram, & sermo-
nibus obnoxiam.

„Id ante omnia præcipua æstimatione pensandum; illud, quod in
dæmones valcat, imperium, donum esse divinitùs tantum, nec uni-
versis, sed paucis etiam inter probos justosque collatum. Quod
cùm non omnes intelligent, nihil præsertim apud plebem, esse proni-
us, quam ut non secuto, quem exspectabant, eventu, non coeleste
donum, sed vitæ probitatem exorcistæ defuisse criminentur. Quod
si à catholicis ea linguae temeritas ac petulantia absit: at hæreticos in

„quorum medio Friburgensium ditiō sit, non temperaturos sibi, qui „diuersis scriptisque quām latissimē vulgent: quām egregiē Friburgensi „bus Jesuitis dæmon illusserit; quām nihili minas & imperium fecerit; „certē omnibus facilius quām Jesuitis parsuros. Hæc fermè erant, quæ tunc ista in causa Collegij Rector reverenter ac modestè opposuit, quibus acquievit sapientissimus Antistes, ita Societatem amans, ut gravis esse non vellet. Nec quisquam auditus qui non probaret circumspectam Societatis caritatem, declinantis laborem multiplici fraudi obnoxium, & cuius fructum facile, quæ timeri debent, detrimenta superent.

214. Major fra-
sus colli-
giar ex
bene ad-
ministrato
Sacramen-
to Poenite-
tiae.

Contrà unius omnium ubique labor fuit, peccatum omni stige nocentius vel prohibere ab animis, vel admissum expellere. Multa nobilium, quoties obtinere poterant, in arces pagosque nos evocabant, ubi plerumque adventantem nostrum cum omni familia parati ad deponenda confessione peccata p̄stolabantur. Hos inter magni nominis persona, gravi ægritudine oppressa, cùm Patrem Oettingam missum tantâ curâ sibi affixum cerneret, ut quatuor noctium spatio somni causâ lectum non peteret, palam fatebatur, eam esse Societatis caritatem, cui majores deberet gratias, quām posset referre. Aliarum ab impurissima, & nonnunquam sacrilega consuetudine abstractarum tam vehementer fuit se accusantium dolor, ut moneri necesse esset, ne tam sonoris singultibus & confessioni obssisterent, & famæ crearent periculum. Una præsertim vix modum ponebat lacrimis, quas in acceptū beneficii gratiam pendebat servanti se clementiæ Numinis, cuius ira nuper deceptorem ipsius, in aperto campo equitantem repentina fulmine extinxerat, servis, & equo, cui insidebat, illæsis.

215. Virginitatis estimatio nis amor & gularia.

Inter Virgines, præsertim nobiles, mirus hoc anno circa Oettingam exarsit amor integritatis. Dux cum muneribus magni pretii Oettingam profectæ una cum his florem quoque suum interposita voti Religione Virginum Virgini consecrârunt: sex aliae in diversorum ordinum Monasteria se condidere. Nullus tamen tam latè patuit frustus, ac ille, quem Catechistarum collegit industria, quæ non tenebram duntaxat æstatem, sed familias plerumque totas ad Tempa pertraxit; fatentibus non raro decrepitis senibus, se cum gudio vel serò discere, quæ tam diu ignorâsent; quod olim negligentes ipsi, aut quod merito dolebant, neglecti ab aliis fuerint. Hanc seimentem in omnium animis jaçtam ad maturitatem in suis perduxit Parthenia Soliditas: adversus quam nunquam tantum malevolorum lingue valebant, ut non plus ipsi ad cœtum suum novis in dies copiis augendum exemplis valerent. Majore præsertim hebdomade, ubi piam in se flagris animadvertisendi sævitiam, receptam alibi, hic novam ingensæ cuta commotio populi, qui ad erecti recens cenotaphij, & dandi de Christo paciente Dialogi famam ex omni circùm agro numerosus affluixerat. Sumptus in hæc talia largè Patronorum munificentia dedit, oblatis facello nostro aureis trecentis, quibus pretiosum ex auro munus Fuggera Virgo, Jacobi Fuggeri filia, addidit.

Messem tamen pro laboris assiduitate uberrimam Pœnitentiæ tribunal attulit; patuitque in sanandis animorum, quām corporum morbis clarius Oettinganæ Virginis thaumaturga potentia. Conversiones, ani-

animorum s^ep^e magna, ac stabiles, & probata temporalium bonorum dispendio estimatio æternorum. Hos inter unus, nescio, an non alacritate majori duo aureorum millia restituerit, quæ alter receperit. Fuere è pœnitentium numero personæ fide dignæ, quæ ad reducendam mentis malaciam ad nostros Oettingam se ab ipsa Deipara missos asseverabant. Nec temerè quædam miracula dixeris, quæ emissio confessionis Oettingæ peragendæ voto contigere.

Civis quidam Bogenbergensis arcularius puerum habebat quinquennem, quem s^onticus morbus phrenesi simillimus sub meridiem plerumque sternebat. Die quadam absenti domo patri affertur nuncius: puerum familiari malo exagitatum solito vehementius, obrigescere primum, mox membris omnibus coepisse nigrelscere, ut jam omni motu ac sensu destitutus pro mortuo jaceat. Reversus continuò parens domum vicinis lugentibus plenam, & puerum inter eos nullo vitæ signo frigentem, ac humi extensum reperit. Digressus paulisper, ac proximo se claudens cubiculo, procumbit in genua, deportaturum suis humeris Oettingam filiolum vovet, ac circum unâ laturum, qui pondere puellum æquaret. Movere se statim puer, ac sibi restitui coepit, nunquam deinceps eo morbo tentatus. Stitit se nostro voti reus, ac expiatus sancte multa proposuit, ne in filio patris culpam redux malum puniret.

^{216.} Adfuit ex ipsa Hungaria vir illustris Guilielmus à Sprinzenstein, ^{V. & G.} cohortis militaris Dux, qui anno Superiori pro Jaurino in puteum op. ^{elmi-Baro-} pilatum, ut equo insidebat, delapsus alterum è brachiis foedè contri- ^{nis à Sprin-} verat. ^{seculis.} Professionem, Oettingam, ac religiosam Sacramentorum susceptionem ubi vovit, sic malum gravissimum depulit, ut brachio tam sano & integro, ac unquam icteretur. Voto se se exsolvens non solus comparuit; sed unà secum ad DEiparam simul ac confessionem sociorum manipulum duxit; facilis semper exempla æquium, quæ oratorum à cathedris verba sequentium.

^{217.} Neque hac erga invocantes se facilitate contenta misericordiæ Mater, unam non rogata coëgit ad acceptandum, quem non quærebatur, favorem. Puella erat inops, annorum viginti, cui morbus ita pedem utrumque contraxerat, ut gemibus jam diu miserrime graderetur. Hæc Augusti mensis vigesima die Oettingam adcepit, non à DEipara gratiam, sed stipem oratura ab advenis. Sub quietem visus illi afflister vir lenteatus, aspectu venerabilis, *filia*, inquietabat, si sanitatis desiderio teneris, nudo poplite adem sacram Virginis quater obito, ac demum intrato: *Dei Mater nec potitas, nec quaftas tibi vires restituet.* Puella rem nihil ultra somnium æstimans agere, quod jubebatur, omisit. At proxima nocte redeunti, serioque hortanti monitori paruit, ope ducis implorata, quæ sibi adesset, dum quater circa locum sacrum reptaret. Ingressa facellum, dum preces coram ara Divinæ Matris ardentiū fundit; utrumque genu sonum haud levem edere auditum; cuius sensus cum acri dolore conjunctus, ut altum exclamaret, effecit. Inde mox erigi humo rogans, primum recta consistit; mox expedito gressu cum stupore præsentium ad hospitacis altare accedit, in lacrimas & gratiarum actionem. Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Dd eff.

effusa. Eo officio inter coniunctas populi preces defuncta, totum ferè diem cum ingenti lætitia inambulando consumpsit; unum deinde è nostris confessionis gratiâ accedens, multos unà traxit, tam prodigiosa DEI Matris pietate permotos, ad quærendam illius ope potiorem salutem corporis sanationem animorum.

219. Ad Allerstorffensem porrò montem DEIparæ sacrum, Virginis ab Allerstorff- seculis DEL- paræ bene- facia.
D. Leon- ardi. Angelo salutatæ festa luce tantus fuit supplicum accursus, quantum nemo meminerat. Quadrageci obtulere votiva munera, recepta sa- nitate exsolventes, quod ægri spoponderant; quos inter foemina una à multis passuum millibus nudis peditibus venit. Fuit etiam non parvus D. Leonardo supplicantium numerus, quod à lue sibi pecora servasset, à quibus ipsi servarentur. Hos inter Pastor agnam habebat unicam, cui collum vehementer intumescens exitium minabatur. Confugit ad Divi Leonardi opem, eique, si sanam reciperet, proximum, quem pareret, agnillum vovet. Sanata ovis proximo partu foetum effudit geminum, quo lætus ille, uno sibi servato, alterum D. Leonar- do stitit.

220. Nec erit abs re beneficiis poenam subnecltere, gravibus ac fide di- gnis testimoniis confirmatam. Aliquot ante nostrum adventum Poea mu- annis Biburgense Monasterium, dudum à religiosis desertum, incoluer- hieris furto subducen- tis vestem sacerdoti Di- aconi. rat villicus, cuius filiola & formæ & morum gratiâ sic Matrem sibi de- vinxerat; ut hæc id unum cogitaret, quibus mediis vestem puellæ com- pararet, quæ cum formæ elegantia congrueret. Hæc secum agi- tanti, nec quo emeret habenti cōsilium subit: post Monasterium du- dum à Sacerdotibus vacuum, multas in sacrarij cistis eorum vestes servari, quæ nulli nunc usui sint. Neque, si harum unam surriperet, ullum esse, ne factum notetur, periculum. Itaque occasionem nacta elegantem è tela damascena Diaconi vestem furatur, seclamque in partes sartori tradit, qui novum inde filiolæ ornatum conficiat. Con- fecit ille; & mater voti compos platidenti puellæ novum indumentum, sed unâ morbum injecit; è quo misera quarto post die filiolam, & cum ea vix non rationem amisit; opportunè profecto eo tempore factum & facti pœnam faina circumtulit, ad confundendos errorum Magi- stros, quorum in eliminandum Missæ sacrificium præcipuus la- bor incumbebat. Quis enim sanæ mentis credit, DEum pari, ac idololatriam, odio sacrificium illud abominari, qui ne vestem quidem profanari sacrificantis Ministro destinatam inultus patiatur?

221. Divorum coelitum cultum ubique promovebant secuti post vo- ta favores, quos inter perpetuis ferè signis inclarescebat Auctoris no- stri Ignati nomen; etsi nondum Pontificio oraculo Beati nomine ap- ga clientes benedicus. pellati. Nulla Societatis sedes erat; unde non expeditæ creberrimè Ignatianæ Reliquiæ saluti frissent puerperis, quarum Constantiæ præ- fertim ac Oeniponti non paucæ dolorum diuturnitate ac vehementia vietæ, jam non cum foetu, sed morte luctabantur. Monachij iisdem lipsaniæ collo suspensis, pertinacem ad cetera febriùm primo filia, mox huius cōsilio etiam mater depulere. In Nodochij Praefecto delerto à medicis claram applicitæ, salutis etiam ignorantis fuere.

Com-

Commune tamen in Bojaria ægrorum perfugium, uti semper, fuit D. Sebastianus; cuius sacrum cranium Eberspergæ populorum venerationi expositum venerabilius reddidere complura in clientes effusa beneficia, prodigiis simillima. Duodeni peregrè illuc delati horribile pestilentia malum aut instans averterunt, aut jam intra viscera receptionem superarunt, votis minimè pretiosis, aut sacrificii curandi, aut offendæ ex cera imaginis. sex & viginti gravibus aliis morbis ejus opelevati. Uni pleuritidem nulla arte medicabilem vocatus in vota Martyr depulit: aliam morti proximam absque ullo alio remedio conceptum votum restituit: duas ob difficilem partum iam mortem præstolantes repente solvit: Paralytico uni nihil proficentibus Medicis, expeditum membrorum usum restituit: foeminæ uni in furorem ac venianiam æctæ se ipse asperabilem præbens, ad sperandam sua ope sanitatem animavit.

Inde hoc etiam anno ad Divum Martyrem Eberspergam venire visi magni nominis Supplices. Die, qua consecratæ in memoriam D. Sebastiani ædis sacræ recurrit celebritas, Serenissimi Principes Guilielmus & Renata descendere Monachio; quæ quidem tunc possumò se huic suo Tutelari Divo supplicem stitit. Filius verò Maximilianus Græcio cum aureo vellere redux, cum Alberto Fratre, ac Ferdinandu Patruo, omnique aula & ædem sacram, & nostra tecta improvisi hospites subière: nec mensam aspernati, qualem parare subito haud instructa pro accumbentium dignitate penus poterat. Eandem haud dignata est Maximiliana Ferdinandi Ducis filia, cùm ex ira Oettingano religionis causâ diverteret cùm omni comitatu, in quo Patres è Divi Francisci Familia ternos, Moniales è D. Jacobi Angerensi cœnobio quinas adduxerat. Quin & Comes Arembergius ab Rege Hispaniæ ad aulam Boicam Legatus Religioni sibi ac filio verserat; cùm Monachium missò tantillum restaret itineris, ad celebrem tot prodigiis locum, Martyremque non visere. Huic donum longè gratissimum Maximilianus obtulit, sagittas nimis rūm argenteas, sacri crani attacitu venerabiles, deferendas in Belgum. Templo aurum submisit, cuius tamen pars dimidia pauperibus cederet.

At ædem nostram Monacensem ac Collegium subiérè, quotquot post Serenissimæ Renatæ mortem testandi doloris causâ ex Regum Principumve aulis Legati venire. Nam & à Veneta Republica, à Marchione Ohnspacensi, à Parmensi, Neoburgensi, Lotharingiæ Ducibus, ab Oenipontano Archiduce; ab Hispaniæ Galliæque Regibus, atque ipso in primis Cæfare missa legatio: & quidem Lobkowizius pro Cælare, missus, ut familiarem se amicum probaret, scimel præfuriis hospes insperatus, supervenit.

Omnès amplum domus ædificium, ac Templi præsertim ornatum gázamque lustrarunt; cui recenti opere accesserant prægrandes illæ ex ebeno lipsanothecæ, copiosis ex argento parergis, magis verò Celebrium Divorum Reliquiis pretiosæ, quæ visenda magnitudine erat. Etum in ara principe ex eadem materia Eucharistie receptaculum æquant, Serenissimi Fundatoris memorabile donum. Magis ocu-los animosque aulæ rapuēte, quæ paulò ante mortem vestiendis in-

Et Eber
spergæ D.
Sebasti-
nus.

Supplices
habet Princ
cipes Bei-
cos.

Magni ho-
spites Mo-
nacense
Collegium
lustrante.

Lipso-
no-
thecæ pre-
tiosæ à Gu-
lielmo Du-
ce domus.

^{226.} *Et aulaea à Serenissima Conju- ultimus pro Tem- ple labor.* tra cancellos parietibus Serenissima Renata obtulerat. Ultimus is fuerat pro Templi ornatu labor, qui complures jam annos ipsius Principis, ac Gynæci manus lassaverat. Magnum operis ab ipsa materna pretium est: nam lena florenorum millia in eam insumpta. Maius ab insigni actu artificio: maximum à manu artificum venit. Vel solum hoc magni laboris aquæ ac pretij donum argumento est intuentibus, qualis tunc nobilissimi gynæci aulæ Boicæ famulantis occupatio fuerit; in quo semper nobilitatem virtus æquabat, digna, unde exemplum posteritas capiat.

^{227.} *Aromata ex Lusitanis Halefi Collegio spissatur.* Ad Halense nostrum Templum novæ hospites Regij Parthenonis Virgines plurimos post se exemplo traxere. ex quo enim inclitus iste coetus extra ædes progressus publicè apud nos celebrare synaxin cœpit, major in dies visus est præeuntes sequentium numerus, quem hoc anno multò majorem fecit celebratum per Brixinensem Diœcœsum Jubileum. Peragabant eum in finem subiectas Paroecias Simon Feürstanius, suffraganeus & cathedralis Ecclesiaz Præpositus, ac Hieronymus Otto Agricola Episcopi vicarius, qui cum binis aliis Sacerdotibus recepti hospitio, pro domesticis se gerebant. Bis ritu Pontificio apud nos suffraganeus fecit, & Confirmationis Sacramento quingentos, minoribus ordinibus Octo Scholæ nostræ discipulos initiavit. Inde Brixinam reversi sic nostra officia laudarunt Episcopo, ut is actis per litteras gratiis, plura se debere testatus, liberale donum submiserit. Venere hoc etiam anno ex ipsa Lusitania pretiosa aromata, donum Regium, à Sebastiano quondam Lusitaniaz Rege in gratiam Austriacorum Principum promissum,

^{228.} *Maximili- ni Archidi- ci Tiroli in- ingressi favore.* Qeniponti adventanti Maximiliano Archiduci Magno ordinis Teutonici Magistro, deinceps in Tiroli regnaturo juventus nostra Scenam in Tirolim instruxit, plurimum à Principe, equitibus Teutonicis, & numerosa Patriæ nobilitate dilaudatam. Is proximis ab ingressu diebus Collegium visens, oratione latina exceptus, ut litteratissimus erat, eodem idiomate venustè respondit. Gratum se habere obsequium asserens, nunquam se rebus nostris defuturum iteratò edixit; nec, quantum in se foret, Majorum erga nos affectui ac benevolentiaz concessurum. Paulò post P. Gerardum Lippium è Societate nostra, quem anteà à confessionibus habuerat, Heribipoli evocavit, eodem posthac functurum officio. Templum quoque nostrum cum aula velut ponte continuo junxit, quo ad rem Divinam iturus uteretur; ad quam sapientius, ac festo quidem S. Pirminii (cujus ossa veneramus) cum choro luorum Muscorum adfuit. Erant hæc favorum initia, & argumenta futuræ munificentiaz Principis, eâ Domo oriundi, quam Societas, ex qua nata est, utroque in orbe altricem ac protectricem habuit longè munificentissimam.

^{229.} *è pecuniis à Christo- phoro Fug- gerō dona- tis emitur Kysslinga ab Augustano Collegio.* Augustani Collegij res Christophori Fuggeri quadraginta, ut supra meminimus, florenorum millia donantis ingenti beneficio stabilitæ sunt, empto fundo per amplio, & ob propinquitatem in aximè opportuno. Kysslinga pagus est, orientem inter ac meridiem quinque passuum millibus ab Augusta remotus, qui parte una in planitem depresso, parte altera in clivum erigitur. Huic Templum infistic sat is

satis pro loco magnum ac elegans, muris lateritiis, & arcu perpetuo fornicatum. Familiae tunc numerabantur sex & viginti supra ducentas. Ager planus ac ferax in omnes orbis plagas patet: ac paucis & undâ pilosâ fertilis millia passum sex ferme ac viginti complectitur. Episcopus cum Cathedralium Canonicorum Collegio, quorum locus tunc erat, emptorem cum quererent, obtulerâ se nosfri, haud utilius tutiusve collocatum iri Fundatoris pecuniam rati. Pristinam multas, quæ empturis opponebantur, complanare difficultates oportuit, quorum molestissimas è Patricia Augustæ Familia Illungus objecit, ab Joanne Volckio nostro Collegij Procuratore prolixo responso solidè confutatus. Vendita tandem sex & quadriginta millium florenorum pretio Augustano Collegio Kyssinga est, una cum prædio Mergentaviensi, Kyssingenibus agris contermino; cuius villæ ex edito colle in campos lycios liberimum prospectum aperientis amoenitas animum postea Patronis injecit, ut pro nostris animi causâ rusticaturis ædificium imponerent, nec imperite modestum, nec supra conditionem religiosam magnificum.

Et Met-
gentaviat.

Dum ita Fuggerianis opibus Collegii Augustani œconomia firmatur; eorundem religiosissimæ conjuges ad Templum ornandum manus & aurum applicuere. Obtulerat Henricus Episcopus illustre dominum, partem Cranii S. Mauriti Martiris, ac insuper Cranium S. Marix Ægyptiacæ, quo utique nihil poterat nobis accidere optatius. Confessum id exornandum sibi depositum Maria Fuggera, gente Schvarzenbergia, Christophori lectionissima conjux, inque opus trecentorum aureorum pretium insumpsit. Duarum S. Ursulæ Sodalium capita abhinc anno Serenissimus Ferdinandus Electoris Colonienus Coadjutor submiserat: quæ haud minore impensa Elisabetha Fuggera Octaviani secundi Fuggeri filia, Antonij junioris uxor splendidissime exornavit.

Fuggeriorū
Conjuges
erga Tem-
plum ma-
difice.Cranii S.
Mauriti M.
& D. Maris
Ægyptiacæ
donat Hen-
ricus Epi-
scopus.

Landspergæ porro suæ maternam verè curam gerere perrexit Comes vidua Helfensteinia, quæ & florenos nobis nongentos donavit, & usumfructum silvæ haud procul Schwiftingâ sitæ Domui nostræ transcripsit. Huius ac Fratrum Helfensteiniorum curâ & sumptu erectum hoc anno in Templo nostro Epitaphium stetit Illustrissimo ejus conjugi, Schwickardo Helfensteinio, Domus Auctori. Grande marinor fuscum, albicantibus venis distinctum tumulo incumbens utriusque Conjugis, Helfensteinia nimirum ac Zollerana insignia ostentat. à muro altius ex eodem Saxo monumentum eminet; cuius medium occupat tabula è solido ære fusa, quæ præter nomina & insignia Comitum, beneficia in hanc domum compendio describit. Hanc stipant duo formæ Angeli. à juvenes, seruo, palma, & auro decori. Superne terni alij in minore forma Sacratissimum Jesu nomen, autreis expressum litteris ambiunt. Inferne corolla includit aream, quam Distichon implet, Conditoris Domus parentesque appellans. Habes hic ipsam lapidis inscriptionem, eâ, quâ Illustris Familia jussit, modestâ compositam.

Landsper-
genssem
œconomi-
am juvat
vidua Co-
meaHelfe-
steinia.

233.
Epitaphium
Landspere-
gensium
Fundato-
rum.

Sepulcrum
Illustrium ac Generosorum
Conjugum
Domini Schwickardi Comitis ab Helfenstein,
Baronis in Gundelfingen, & Gomenis,
Serenissimorum Bavariae Ducum Consiliarij, & Praefecti Landspergensis.
Itemque
Dominæ Mariæ Comitissæ ab Hohenzollern,
Quod sibi
Domicilio Societatis JESU Landspergæ à primis fundamentis 1578.
pia sua liberalitate exædificato, in ejusdem Templo
delegerunt.
Conditor ædis in hac cum Conjuge conditus urna.
Ille Pater nobis: haec pia Mater erat.

In adverso Templi pariete monumentum aliud, simili formâ, sed ex nuce fabricatum, Illustrissima Fundatrix erexit, quod medium exhibet iconem cœli Reginæ in gloria considentis, filiumque tenentis. Opus est elegantis penicilli, vividis coloribus in cupro depictum; cui subscriptum legere est sequens distichon:

Gloria me cœli, me vestit gloria terræ:
Sed mea solus hic est gloria tota DEUS.

234.
In montem
Landspere-
gensem
ascensio fa-
cilitatur.

In ipsa civitate Landspergensi incolis magno numero ad sacra nostra properantibus (nisi uti circuitu vellent) mons obstabat lubricus, & ascensu difficilis. Eum hoc anno eleganti graduum ordine, ac moris utrinque ansatis, opportunum ascensuris Magistratus effecit. Utique paratiорibus animis oraturi ascendunt, depicta ad imum scalæ pedem Christi in monte oliveti orantis imago reverentiam devotionemque commendat.

235.
Biburgi in-
stauratur
Templum
Monasterij,
& Paro-
chiale.

Hanc ut magis apud incolas accolâsque accenderent Biburgen-
ses nostri Patres, non industriae, non sumptui pepercere. Restau-
rata enim hoc anno fuit vetusta DD. Apostolorum Petri & Pauli Ec-
clesia Monasterio propria; adnexo eleganti, ac nostris usibus accom-
modato sacrario. Exornatum S. Viti Martyris Parochiale Templum,
laudante summopere eam nostrorum in instaurandis exornandisque jam
quatuor omnino Templis munificentiam Ratisbonensi Proepiscopo,
qui dum vicinas Parocrias inspecto subiret, nostro usus hospitio, ac
paucis contentus, singulari omnes humanitate complexus est.

236.
Resumitur
de consti-
tuendo
Constan-
tieni Coll-
egio nego-
tium.

Constantiensis Episcopus Joannes Georgius & ipse in componenda Dioecesi nostrum perpétuo sibi esse præsentem voluit; & in absolvendo tandem Collegij constituendi negotio impensè laboravit. Jam sa-
cerdotes oculo cum uno fratre laico occupabat Constantiensis ager, laborum æquè ac fructuum ferax: quin adhuc in certa paœta conven-
tum esset, quibus Sedes ibi nostris perpetua foret; aut de fundo pro-
spectum, unde operariis alimenta venirent. Oblatas quidem ab
urbe conditiones anno proximè elapsi seculi nonagesimo nono memi-
nimus: quas tamen Institutis nostris in multis adversas acceptare visum
non

non est. *Eas nihilominus insciis nobis ad Imperatorem Senatus misit; qui nostrae tergiversationis ignarus rata habuit. Cùm tamen eas Societati graviores esse, quām ut probare assensu posset, Episcopus & Canonici facile inteligerent, multā industriā, ut mitigarentur, effecere. Hunc in modum iam scriptas, ut acceptari possent, iterato Episcopus ad Cælarem; Cæsar ad Fratrem Maximilianum Archiducem misit, anterioris Austriz gubernatione nuper suscepit Oeniponti degen- rem. Is ordini nostro dudum addictus, commendatum à Cælare negotium magno studio complexus est, vehementer cupiens ad finem perducere, quod Andreas Cardinalis Austriacus tanto ardore incepérat.*

Erat tunc urbis Constantiensis Capitaneus, ut vocant, vir eque-
stri nobilitate clatus Maximilianus Schenck à Stauffenberg, ad quem ^{Urgit eum} conditiones, facta limitatione jam tolerabilos, & suo assensu probatas ^{fructu Ma-} mittens Archidux, nostram causā agere fortiter apud Senatum jus-^{ximianus} sit. In eo nonnulli supererant, apud quos, ut magni morbi so-^{Struffen-} lent, sui vestigium reliquerat hæresis, aversionem animi à Iesuitis maxi-^{bergius,} mè abhorrentis. Nihilominus Cæsaris & Archiducis litteris accensus ^{urbis Capitaneus.} Schenckius rem adeò strenuè ac feliciter gessit, ut Magistratus, Princi-
pum auctoritatē veritus conditiones, uti proponebantur, omnes approbaverit, unā de solvendo ex vino vecigalisepositā.

Ergo, cùm nihil ultrà obstaret, de subsidiis agi coepit, quibus ex-
strui coimodè, ac persistere deinceps Collegium posset; delectis ab ^{Locus præ} Episcopo & Canonicis, qui cum nostris pertractarent negotium. Bi-^{edificie} duum consultatio tenuit: cùm de loco modōque ædificij: de summa ^{Collegij ac} item, quæ in dotem sufficeret, ab utraque parte conventum est. Ad ^{Gymnasij} ædes exstruendas Episcopalis Palatij pars dimidia oblata est: in ali-^{affigauerit.} menta floreni quadragies mille assignati. Locando demum Gym-
nasio ædes quatuor Sacerdotales, è Regione horti Episcopalis, quæ forum piscatorum spectat, destinatæ. Verūm hoc con-
siliū postea successu caruit, magno nostro, ut sequentium tem-
porum annales referent, emolumento.

In id maximè verla est omnium cura; unde summam peterent ^{24.} quadraginta millium, quam ad firmandum stabili proventu Collegi-
um numeraturos promiserant. Primus decem & octo millia de-
Mensæ suæ redditibus memorabili inuincientia Halyveilius Episcopus ^{Summam} pro fuندatione con-
obtulit: quibus de suo sex millia additum spopondit Canonicorum ferunt Epis-
Cathedraliū illustre Collegium. Decem & sex reliqua erant, quæ scopus.
summam implerent. Visum est ad celebriores per Diocesin Imperij ^{Cathedralē} & octo lita-
Prælatos configere, quos tuendæ in Suevia Religionis avidos, & eolat. ^{capitulum,} ipso nomine Societati addictos pernoverant.

Probavit consilium, & in opus deducendi labore in se suscepit ^{24.}
Georgius Wegelinus Weingartensis Præful toties nobis laudatus; vir, ^{Agente Ge-}
cui nullus labor erat nimius, quem Religionis causâ suscepit. Bre-^{orgio Ab-}
vi tempore tantum apud omnes, quos eâ causâ convenerat, ejus no-^{bate Wein-}
men & auctoritas valuit; ut facta partitione, tantum æris pro sua
quisque facultate datus reciperent, quod in summam collatum sede-^{gartensi}
Ee 2 cium

cim millia florenorum conficeret. Ingrati simus, nisi & Praefulum Reverendissimorum, & quantum quisque in Constantiensis Collegij dotem contulerit, in Historia nostra publicam vellemus extare memoriā.

^{242.}
Quinam
Prælati, &
quantum
contule-
rint.

Qui incollationem consenserant, octo erant Imperialium Cœnobiorum Prælati; obtuleruntque Salemitanus quidem quatuor millia florenorum: Weingartensis & Ochsenhusanus tria millia singuli: Augiaz minoris, Sorethanus, Rottensis, Marchtallensis item singuli mille trecentos ac quinquaginta: Petrohusianus demum Sexcentos adjecere. Ex his Salemitanus è Cisterciensi: Weingartensis, Ochsenhusanus, Petrohusianus è D. Benedicti: Augiensis, Sorethanus, Rottensis, Marchtallensis è D. Norberti celeberrimis Familius erant, florēntque hodie dum nobilissima hæc Asceteria ad singulare Religionis ac Imperij ornamentum.

^{243.}
Adiectio ab
iidem con-
ditione.

Huic tamen suæ munificentie has tum conditones apposueré. I. Ut redituri ex hac Summa census annui non aliis usibus, quam akerdis Patribus, ac Præceptoribus Societatis impenderentur. II. Ut unicuique Prælatorum, liberum sit, assignatam summam vel redimere; vel, dum totam redimeret, usitatum de centum quinque florenorum censum dare. III. Nullum Prælatorum ad repræsentandam suam partem obstrictum fore; priusquam re ipsa docendi munus apertis scholis exercerent. Ubi primum vero docere juventutem cœperint; quemvis promissos census missurum ad Reverendissimum Abbatem Salemitanum, à quo eos P. Rector Constantiensis reciperet, syngraphâ traditâ accepti teste. IV. Si (quocunque demum casu) aut intercederent scholæ, aut à nostris haberi desinerent; nihil ultrà debituros, ac totam obligationem eâ causâ suscepiant, nullam fore. Denique huic ipsi Instrumento ad Episcopum misso addidere: efficeret apud Societatis Superiores, ut, si quando studiorum causâ Constantiae Collegiorum quoddam contubernium erigere Abbates decernerent, suscipere illius curam Societas vellet: cui quidem postulato ita assensus est Generalis Claudius, ut ad cetera quidem promptos: ab oeconomia tamen curanda liberos nos omnino vellet. His itaque auctoribus magnam partem Constantiensem ad Acronium sedem hæc nostra Superioris Germaniæ Provincia debet; quorum inclytis Successoribus omnigenæ prosperitatis incrementa toto animo precamur.

^{244.}
Primam
pro ædifi-
cio stipem
offerunt,
Civis usus,
& Cathari-
na Wallin
vidua lega-
tis 4000.
Florensis:

Primam nihilominus pro futura Collegij fabrica stipem nobis cum singulari animi affectu obtulit è civibus unus, ab hæresi per nos ad Ecclesiam revocatus. Hunc secuta est nobilis vidua Catharina Wælin, quæ testamentariis tabulis ritè conditis legavit quatuor millia florenorum, ab obitu suo consignanda. Erat hæc Matrona nec diu nostris cognita, neque admodum nostrorum operâ in confessionibus usâ. Tanto gratum magis accidebat beneficium, quo minus sperari poterat; dignumque censuit Præpositus Generalis, ob quod communium Societatis universæ meritorum participem tam beneficam Patronam faceret,

Stu-

Studebant & nostri pro modulo suo exercere liberalem in proximis caritatem, cuius una præsertim pergrata occasio fuit. Franciscani duo sacrorum ordinum causâ Constantiam missi ad nostram dominum diverterant, lubenter accepti. Eorum alter, simul atque initatus est, in gravem morbum incidit: cui per tres ipsas hebdomades cum eo conflictanti æquali, ac si noster esset, curâ ac diligentia servatum est, sumtusque omnes in Medicos & pharmaca à Collegio facti; illo non nisi firmata satis valetudine ad suos remisso. Unum vicissim è Collegis in præsentissimo discrimine servâsse DEIpara visa est. Is lacum navi cùm transmitteret, ita hic ventis agitari, & intumescere fluctibus cœpit, ut nautæ etiam ad aspectum pallidi parvum lata augurarentur. In gravescente ultra modum tempestate, in eo erat noster, ut navi relicta undis se se, id est, morti imperitus natator committeret. Cùm in mentem DEIpara veluti spes ultima venit, cui votum si evaderet, extemplo nuncupavit. Eo vix edito posuere venti, portumque navis salva & incolumis tenuit.

Alios tamen, haud quidem multos, eti nullum aliunde periculum esset, doinæstici hostes, intestini morbi sustulere. Ingolstadij quidem Aegidius Fabricius, Biburgensis Domus Superior diem sumum obiit, annos non nisi quinque & quadraginta natus. Cùm gravius præsertim pedum valetudo tentaretur, Ingolstadium profectus est, nativum aërem valetudini commodiorem fore ratus. Hic ad pedis malum accidente febricula infelici consilio sanguinem misit. Nam eo facto ita morbus invaluit, ut summa nocte ad extremam deducens evocari Collegas curaverit, in eorundem DEO animam commendantium corona placide extinctus; animo pridie peccatorum confessione purgato. Indoluere omnes jacturæ viri, ætate florentis, quique, ut temporum illorum annales testantur, mitis in omnes, in se unum feverus, paupertatis amantissimus, animi vero submissione ac puritate admirabilis erat.

Friburgi Helvetiorum alter ex arena victor excessit P. Henricus Serratus, diu magnum humanæ miseriæ, & patientiæ singularis exemplum. Uraniensis Helvetius, ad Societatem receptus anno prioris seculi septuagesimo quarto, Grammaticam annis septem, tribus de conscientia quæstiones explicituit, spiritualis adjutor planè strenuus. In vitro legum Societatis observantissimo nihil non religiosum spectabatur; sed patientia excelluit. Nam, quantum ætas, tantum morbi crecebant, ut brevi ad agendum inutilis, ad patiendum duntaxat idoneus esset. Integra morborum cohors, ac præcipue omnis ferè noxiorum humorum sanies in unum corpus confluisse visa, lepræ speciem fecerant, ut medentium judicio periculum esset, ne contagio e convictu manaret ad socios. Conducta igitur è regione Collegij haud magna, sed quæ ægrum commodè caperet, habitatio est. In eam translatus vir religiosissimus, addito famulo, qui & curam illius haberet, & vicarium, ac necessaria è Collegio deferret. Quadriennium ferè ea viri cum morbis suis reliqui solitudo tenuit, nihil unquam se ipsum miserante infirmo; sed suam sibi sæpè arenam gratulante. Tandem plures solito se deficere sentiens, ut sacris morientium præsidii muniretur ora. *Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3, Tom. III. Dec. VII.*

248.
Franciscano ægrotanti nos: nostro in lacu percitant. DEIpara adest.

249.
Mortuus Ingolstadij P. Aegidius Fabricius Biburgi Soc. perier.

250.
Friburgi P. Henricus Serratus Heroice exemplum.

vit; ac voti statim damnatus ipsa Sancissimi Corporis Christi festa luce, multarum sanè palmarum heros ad coronam abiit, sexta Junij.

248.
Oeniponti
P. Bartho-
lomæus
Welspergi-
us Collegij
Rector.

Ephesus
in aula vi-
tas sancto-
rum legit.

Denique sub autumnum die sexta Octobris vitam finiit P. Bartholomæus Welspergius, qui Collegij Oeniponti tunc Rector, prænaturè evocatus è palestra magna secum virtutum merita, spes maximas extulit. In Tiroli, haud procul Welspergà in arce Rosnensi natus illustrem sanguinem; animum accepit natalibus illustriorem. Tenera ætate Viennam Austriae missus, in aula Maximiliani Archiducis inter adolescentes honorarios pueritiam egit. Inter ejus aulæ ex Principis moribüs ad omnem pietatem factæ ministeria juvenem ingens avitatis incessit cognoscendi res à Dei servis gestas, ut ubique in libros inquireret, quibus eæ in posteriorum exemplum narrantur. Nactus unum semilacerum, & insitorum cucullis destinatum, non destitit, dum suum faceret. Eum perlegere ea mentis aviditate coepit, ut, quo lectioni dare plus temporis posset, de somno & concessa animi relaxatione detraheret.

Ternis quotidie sacrificiis præsens, plura alia piè religioseque agebat obstante in aula nemine, quam religiosissimus Archidux ipsa pietate noscendam habebat.

249.
Discedit ex
aula obien-
tu visende
Patriz.

Tandem, nemine veri consilij conscio, veluti Patriam intervirus in viam se dedit, uno tantum famulo in comitatum adlecto. Cum hoc inutuam fratri compellationem, & alterna obsequia in ferendis etiam sarcinis paetus, omnia haud segnius, quam pepigerat, executus est. Dumenthusium in Bavaria, locum Marianis beneficiis celebrem ubi attigit, Viennam regredi famulum jussit, clavi tradita, quam aulæ Praefecto consignaret in manus, rogaretque suo nomine, ut reseratis ipsius scrinii, suas cuivis, cui inscriptæ essent, litteras tradi curaret. In iis gratias Patronis, & vale ultimum aulæ dicebat, quam attonuit insperatum juvenis facinus, diuque omnium sermonibus celebrata est Welspergi generosa virtus.

250.
Opes in
pios usus
chargitus
Romam
peregrina-
tur.

251.
Societatem
experere
statuit, in-
ter fraues
laicos vi-
curus.

252.
Ægrè à
propinquis
stipem ob-
tinet.

Inde Tirolim ingressus ad lares patrios ubi pervenit, paternas opes partim factorum locorum, partim egentium in usus certâ fidâque syngraphâ partitus, amicis valere jussis, ac peregrini habitum indutus Romanam tetendit. Ibi apud unum è nostris animo à vitæ totius noxis exsoluto, consilium aperit, expetendæ Societatis, in qua vitam agere temporales inter, adjutores decrevisset. Admiratus Pater in homine nobili tantum sui mundique contemptum, indolémque perspiciens generolam, & rebus magnis idoneam: quin, inquit, si Deo servire in nostra Societate est animus, viam potius relegis, & ære, quantum satis est, sumpto, te litteris excolis? Placuit juveni minimè ex impietu se regenti sapiens consilium; & aëlis gratiis Româ discedens ad suos sediuit. Eum ubi propinquai lacerum, pauperem, exhaustum viribus conspexere, stomachari primùm omnes; mox subsannare, & domo jana non sua exigere coeperunt. Modestia tandem juvenis, ac patientia viri, atque operm ad propositum ac operam polliciti, stipis aliquid largiuntur ex bonis, quæ nuper reliquerat.

Ita Dilingam profectus, tam pertinaciter feliciterque in litteras impetravit, ut necdum expleto triennio Rhetorem egerit. Inde ut admitteretur inter tirones, Superiores rogavit, ac merito virtutis obtinuit; annos tum natu*s octo & viginti*, cum e*Rhetorica Landsbergam* discederet, strenuus B. P. N. Ignatij emulator. Tum enim viribus omnibus in Religiosæ perfectionis studiū conyersis, haud segniores in hoc, quam nuper in litteris progressus fecit. Argumentum est exceptione majus Claudi Generalis de illo judicium; quo Redorem Qenipontani Collegij Rectorem iussit. Nemo non factum probavit, & sola in Regimine brevitas displicuit.

Nondum mentem expleverat; cum acris humor knistri brachij nervos insedit. Frustra, quæ ab arte suppeditabantur, adhibebant Medici: ad thermas unicum atque ultimum consurgum erat; & præ ceteris Gasteinianæ in extremis Salisburgensium finibus sitæ laudabantur. Tentata ab ægro obfuerunt etiam: pt membris deinceps omnibus captus moveri, nisi manu aliena, non posset. Paulò post etiam putrefactæ affectione brachium, & emori partes corporis exteriores cœperæ. Multum putridæ carnis exsectum est, nullo fructu, nisi patientia, quam plus quam Spartanam æger monstravit. Denique sexta Octobris finem patiëntiæ ac vivendi fecit, annum vitæ agens primum ac quadragesimum; quorum tredecim cum eximiæ virtutis commendatione in Societate egit, virtutum heroicarum excellentiam compensans temporis brevitatem. Successorem in regendo Collegio habuit P. Georgium Kernum; quem, ubi inutilem Regunini Welspergium morbus effecerat, eo fine Dilingam evocaverant Superiores,



HISTORIÆ PROVINCIAE GERMANIAE SUPERIORIS, SOCIETATIS JESU,

Decadis Septimæ Annus Tertius,

Seu

Christi M. DC. III.

SYNOPSIS.

Conventus Provincialis Monachij. n. 256. Magni Hospites à n. 258. Favores Principum in Comitiis Ratisbone à n. 267. Episcoporum Eystettensis, Augustani, Ratisbonensis favores. Catbedra Parochia Dilinga Societati traditur. à n. 270. Hagenfis oppidi Lutherani in Austria cepta Conversio. à n. 277. variorum ad fidem conversiones notabiles à n. 282. præsertim Augusta. 286. Austriaca oppidain Suevia servantur ab barefi. 288. Ravenspurgi noſter Parochi munus obit. à n. 288. variarum Miffionum fructus. à n. 291. in Brixinenſi Synode fructuosus noſtrorum labor. 295. Delfſū, Flaurlinga, Stubaci, ac præsertim in monte Wernensi collecti memorabiles fructus à P. Michæle Eberio, à n. 296. Publica pœnitentia opera magnos faciunt motus animorum 301. Landspergensis Sodalitatis inter cives initia 302. Oeniponti ac Bruntruti adificantur Gymnasia. 303. Lavinga noſtri cum Lutheranis disputant. 306. Tanneri & Gretseri opera in lucem edita. 307. Exercitiorum S. P. Ignatij fructus 308. Conversiones ad vitam meliorem notabiles. à n. 309. Alij fructus memorabiles. à n. 317. Orphanotropij Catolici Augusta initia. 323.

Bc.

Beneficia DEipara, SS. Sebastiani, Ignatij à n. 324. trium è nostris mors. 328. nova adifia Ingolstadij, Landsperga. 330. Dilinga exstruitur maxima pars Collegij S. Hieronymi. 332. Kissinck immunitate donatur à Serenissimis Ducibus Bavaria. Fit tota nostra. à n. 335. Constantia revocatur decretum concedendi nobis pars sem Episcopalis Palati; ejus mutandi rationes. à n. 338. Locus ubius & conditiones proponuntur. 347.

Annus M. DC. III.

Procuratores hoc anno in Urbem mitti, ex more Societatis, cùm oporteret, cogendi erant in Conventum, præter Colle- giorum Rectores, antiquiores Professi, ut eligerent, qui Pro- vinciae nomine Romanum Procurator iceret. Delectum, quo con- venirent, Monachium est; quod gratum id Serenissimus Fundator haberet, delectari solitus conspectu seniorum Patrum, quos olim præ- sentes, cognitos præ aliis, carosque habuerat. Tres ac triginta convenerant; cùmque itum in suffragia esset, pleraque eligentium vota conspirarunt in Othonem Eilenreichium, qui pro Superiore Ger- mania Romanis Comitiis interesset. Quam grata Serenissimus Guilielmus haberet Patrum præsentiam, palam fecit munificentia singularis, quæ, quæ necessaria in viatum, vel opportuna videbantur, cellæ penuique largè suppeditabat. Singulis, quæs conventus du- rabat, diebus quaternos è Patribus mensæ suæ convivas adhibuit; volens, aliis identidem succedere alios; ne quem tantifavoris exper- tem dimitteret. Aliquoties in triclinio; vel, si auræ invitaret amœ- mitas, nobiscum in horto coenavit, more solito iisdem contentus fercu- lis; quæs quidquam superaddere haud licebat, certam Principis of- fensam verentibus. Ante Patrum discessum, cibis omnibus ex aula sua allatis, lauti omnes in prandio habuit, inter multa affectus verè paterni argumenta. Profectis aliis, P. Hieronymum Torrensem, cuius vetus apud ipsum gratia erat, subsistere jussit.

Septembri mense optimum Principem, aulam utramque, ac ur- bem universam exhilaravit adventus Ducum Lotharingiæ, Caroli Pa- tris, Francisci Vaudemontii, Henrici Episcopi ac Comitis Virdunensis, Filiorum, & Catharinæ filiæ. Splendidissime excepti tam propin- qui sanguinis Principes, præstolantibus pulcherrimo ordine extra civitatem, præter insignem equitatum, vexillis decem instructissimo- rum peditum. Vigesimali octavâ mensis, inter continuos tormentorum fragores, in urbem aulamque introducti, eâ, quæ utriusque Domus eminentiam decebat, magnificientiâ sunt habiti. Ipla D. Michaëlis festa luce, aulâ Maximiliani tantorum holpitum obsequiis distanta, Serenissimus tamen Guilielmus nobiscum coenavit. Post- ridic Lotharingi Principes ad nostram adducti Basilicam; ante omnia in Cryptam Principum descendere; ubi eos præstolatus Guilielmus, locum, quo carissimam conjugem Renatam condidisset, monstravit. Flexis ad orandum genibus, cœlestem piis manibus requiem precati, sacrificio in Templo adstitere. Ab eo ingressi sacrarium, copiamque Elfer, Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VII. Gg ac

In Convexo
tu Patrum
eligitur
Procurator
Otho El-
senreichi-
us

297.
Serenissi-
mi Guiliel-
mi muni-
fici-
centia.

258.
Veniunt
Monachi-
um Lotha-
ringiæ Prin-
cipes.

Ad Tem-
plum &
Collegium
invisum.

259.
Ludos sce-
nicos spe-
cans.

ac pretium ornamentorum admirati, Sacras præsertim Reliquias singulari cum veneratione inspicerunt. Redière subin quinta octobris & sacris adstiterunt, cum Guilielmo postmodum ejus in aula, ac ceteris Bojariæ Principibus pransi. Sublatis mensis, per ædes iterum nostras aulam scholarum ingressi, ad spectandos ludos consedèrunt, quibus *Nescio*, sive *Curiositas humana* in multo cum lepore & gratia dabatur in scenam. Bojariæ ac Lotharingiæ Principes omnes spectabant in publico: solus Guilielmus secretum sibi locum delegerat. Ferdinandi Ducis conjux, cum liberis in Musicorum ad aulæ finem suggestum se recepit. Multa erat scenæ varietas, & apparatus; ac parietes circum omnes, latino, græco, hebraico versu, hieroglyphicis, ænigmatibus vestiebantur. Ficta pictaque omnia ad gultum Principum ingenio tantum ac manu nostrorum. Prævius ad eam scenam ap- paratus, aviditatem accenderat; & intentus in omnia Princeps Ma- gistratum monuerat, ut milite aditus clauderet.] Sex missi initio: quorum paucitate contempta, missis identidem suppetiis, ægrè tandem triceni irruenti ad spectandum populo obstitere.

260.
Minutius
Legatus
Pontificis
nebem &
Collegium.
intrat.

Interfuit unà Illustrissimus Præsul Minutius, Apostolicæ Sedis ad Cæsarem Nuntius, qui, dum moram hic longiorem traheret, sèpiùs ad nostras Aras ritu etiam Pontificio operatus, & nostrâ non inquam mensâ improvisus, nec gravis Hospes, familiariter usus, multa edi- dit singularis in nostram familiam amoris argumenta. Nullus vel ad Cæsarem, vel inde ad alios Principes Legatus Monachium intravit, qui ad nostras ædes non inviceret. Pontificius ad Comitia Imperii Nun- tius, cum Ratisbonâ rediens in Italiam, nostro uteretur hospitio, splen- dide ab aula est habitus, quæ cibos mensæ, ac ministros submisit, à multo tamen tempore nunquam major Principum ac illustrum viro- rum copia implevisse Collegium visa, quam iis diebus, qui Theopho- riæ festum proxime anteibant, & sequebantur. Eminebant Ma- ximilianus, & Mathias Archiduces, cum splen- dido comitatu obviâ egressis, magnifice excepti.

261.
Mathias
iùm & Ma-
ximilianus
Archidu-
ces.

Prælati è Boiaria & Suevia confluxerant plurimi: è quibus Ochsen- husanus Præsul cum septem Comitibus, & Carthusianorum Visitator, in Collegio pro nostra tenuitate accepti, semel etiam cum nostro P. Provinciali ad prandium à Serenissimo Guilielmo vocati sunt. Attra- xerat tot magni nominis viros, cum innumera multitudine, Supplicatio post singula leptennia solennius institui solita; quam hoc anno cete- ris, quæ antegressæ fuerant, sumtu ac magnificentiâ longè superio- rem fore, haud ex vano fama vulgaverat. Coepit post sextam ma- tutinam, plus septem horas integras tenuit; necnulla erat opificum tri- bus, qæ non in demandata sibi provincia exornanda, superare altera- ram conaretur.

262.
Accursus
causa so-
licita
nissima
festo Theo-
phorice
supplicatio.

Oblectabantur cō Catholicæ pietatis spectaculo; non tam ex- torum, quos perigrinè adduxerat oculos pascendi studium, quam Prin- cipum nostrorum amicos, in rebus, quæ decent omnibus; tum in colenda maximè Religione magnificus.

263.
Serenissimi
tertia Paschalis feria, cùm Juvenis Turca, ac tres ex eadem gente
Duses Tur-
carum Pa-
triæ.

Id pariter videre datum: pueræ in summa B. Virginis æde Baptismo admoverentur. In au-

Lam jam antè receperant ; utque , instituentibus nostris , Christianam fidem condiscerent , curārant solicite . Levandis è Baptismo dare alios quām semet , Patrinos nolebant , Aula omni , ad conciliandum ei actui decus ac reverentiam , splendidè ornari iussā .

Et Serenissimus quidem Guilielmus etiam extra Bojariam pietatis notissimæ exempla circumtulit . Augustæ , quò crania duo è Sociis D. Ursulæ virginibus splendidè ornata attulerat , fermè per triduum domicilio nostro ac mensâ uti dignatus est , comiter appellatis singulis . Coepit sanè omnes admiratio simul & reverentia Principis , in quo tanta intuebantur abstinentiæ , pietatis , modestiæ exempla , fastis , ea in omne ævum futura sibi incitamento ad faciendum in virtute religio- sa progressum . Idem erat Landspergenium nostrorum tironum sensus , tanti nominis Principem prandere , coenare , pernoctare ve- lūt è nostris unum , in cubiculo nequaquam pro dignitate instructo cer- neatum : accedente præsertim clementissima agendi ratione , qua sapientiam unà ac pietatem spirans augebat reverentiam . Disce- dens pecuniarum munus reliquit , asserens , fuisse eam defunctæ Con- jugis consuetudinem , quam sibi nunc ab ea reliqtam crederet . Pa- ternæ huic beneficentiæ materna accessit Helsensteinæ viduæ , ma- jore studio & affectu nostra , quām se ipsam curantis . Nam florenos iterum millo ac ducentos donavit ; quorum trecentos impendi in Col- legij cominoda : nongentos in Templi ornatum vultus . His te- gendæ minori Hierothecæ coronam auro , argento , gemmis atque opere illustrem adjecit .

Catholicorum porro Imperij Principum erga Societatem animis nūquam hoc anno illustrius , quām Ratisbonæ eluxit . Ardebat hoc tempore confinia Imperij , Hungaria , & Belgium gravissimis bellis : quorum alterum rupto foedere Turcarum perfidia ; alterum hæreti- corum Catholicæ Regi dudum rebellium pertinax furor accenderat . Cum utrinque haud dubia damna prospiccerentur ; Rudolphus Cæsar , communicato cum Imperij ordinibus consilio , Comitia Ratisbonam ir- dixit . Invitati , quibus jus est suffragij , sub exitum anni prioris , isto vel ipsimet , vel missis legatis comparuere . Præfuturum suo nomi- ne Cæsar Fratrem Mathiam Archiducem misit . More Majorum à Sacrorum solemniis capienda auspicia erant ; qua occasione maxime Wolfgangi Episcopi in Societate exornanda studium patuit . Quippe celebrando aetui longè magnificentissimo nostrum ante omnia Tem- plum delegit , ac morem à Societate jam ubique inducum adhibuit , ut per horas quadraginta coram Eucharistico Numinе comprecatio- nes.

Initium à Supplicatione factum , ducta per inferiorem Collegi- ambitum , parietibus extemporali pictura & versu ornatis . Præla- tum Crucis labarum sequebatur Mariana Sodalitas ; post eam Clerus anteibat Pontificem , inter numerosum Ministrorum comitatum Divi- num Ferculum sub umbella gestantem . Sequebatur cum accensa face Mathias archidux ; tum Principes ac Legati catholici omnes , cum Longo Nobilium & aulicorum ordine . Populi confertim spectantis oculos animosque maxime in se convertit Archidux , eam in precande- mē.

mentis attentionem ac pietatem præferens, ut appareret nōsse, quā Numini, & qualium rerum causā supplicaret.

Comitis Trauthsonij liberalitatis. Legatorum erga nos frequens favor, & publicus. Ad Collegium invīebant creberrimè; in rebus ad animū pertinentibus penè omnes nostrorum consiliis utebantur. Nec beneficia aberant. Comes Trauthsonius familiarissimè nobiscum versatus, discedens, quod reliquum in cella habebat non modici pretij, nobis donavit: religiosissima conjux etiam post abitum nostri memor splendida dona in Templi ornatum Viennā submisit. Andreas Hanibaldus & hac, & aliis pro Austria Legationibus clarus, cùm nos altare D. Sebastiani memoriae strūcturos intellexisset, ut splendidius surgeret, in sumtuum partem venit, & amictum pro sacerdote ex rubro ferico & auro pretiosum adjecit. Altare. summum viri nobilis Viti Rosenbuschij vidua aureis centum ornavit. Totidem addidit prioribus, quibus plurimis nos cumularat beneficiis, Reverendissimus Quirinus Leoninus Cathedralis Ecclesiae Præpositus. Nec minoris pretij alterius Virginis liberalitas fuit, quidquid ex auro argenteo pretiosum possederat, Templo legantis.

269.
Philippi Spinelli Nuncij Apostolici erga nos offere.

Videlicet Rosenbuschij,
Quirini Leonini.

270.
Joannes Conradus Gemmingio-Eystettensis Episcopus nostra opera.

Cum primis & nostros solabatur, & urebat acatholicos Philippi Spinelli Apostolici Nuncij de Societate, ac ejus Ratisbonæ laboribus existimatio, quam multis certisque argumentis prodebat. Visebat ad Collegium ac Templum creberrimus: rem Divinam apud nos plerumque faciebat: ceram candidam toto comitiorum tempore in ara DEI Matris arsuram abundè suppeditabat; aurum quoque in pauperes erogandum nunc sua, nunc ministrorum manu liberaliter elargitus. Tandem sub discessum liberale epulum præfens ipse Collegis instruxit, prolixè suum de nostro in DEI gloriam & Ecclesiae incrementum studio solatum contestatus. Pragæ deinde apud Cæsarem aliquamdiu moratus, cùm Romam repeteret, Oeniponto transiens nostro hospitio sic uti dignatus est, ut famulis ad publicam cauponam dimisus, recto nostro ac mensâ solus uteretur. Mira & hic fuit erga omnes viri tanti humanitas, multa narrantis, quæ à nostris Patribus præclarè pro Religione gesta in iis, quas peragrasset, Provinciis vel audiisset ipse, vel spectasset. Delectatus plurimùm nostra consuetudine in sextam diem protraxit hospitium. Die ultima accumbere nobiscum in communi triclinio voluit; ubi nullum prætermisit, cui non de appositis sibi ferculis partem mitteret. Denique incolis ad recitandas ex more Sanctorum omnium litanias convenientibus certa poenarum remissione concessa, mille præterea sacrata numismata dono dedit, præter aurum, quod in Imaginem Fundatoris Ignatii impendi jussit, ubi primùm Pontificiæ sententiâ Beati titulus ei decretus fuisset, in Templo collocandam.

Erant inter haud dubios laborum fructus hæc summorum virorum de germanica Societate judicia; quæ ab omni suspicione eximebat dignitas, & consummata prudentia. Cùmque ii faverent maximè, qui operâ nostrâ quam creberrimè utebantur, etiam alios nondum eam expertos traxere. Certè Joannes Conradus ex illustri Gemmingiorum gente Eystettensis Episcopus, licet Societate nondum proprius cognita,

gnita, Ingolstadium adiectus, ipsis Januarij calendis nostrum maximè Templum delegit, in quo impetratum nuper Româ Jubileum promulgaret, ea populi aviditate acceptum, ut ob insolitam peccata contentum multitudinem, ne accusaturis se sacri Judices decessent, translata fuerit in proximum Epiphaniæ festum, celebrari alias hac dicta solita, votorum religiosorum instauratio.

Inde mox Eystadium nos vocavit Episcopus ad aliud obsequium, ^{271.} à grè præstitum: sed quod Princi Societatem nōsse incipienti negari non debere Superiores existimabant. Erat Eystadij inter sacras DEO Virgines una, quam à stygio hospite infessam viri graves judicabant, haud spernendis argumentis inducti. Inde novi quotidie Monacharum terrores ac metus; nec leves Monasterij turbati molestiae. Præfuli tantæ auctoritatis datum, ut Ingolstadio nostri Sacerdotes contra morem ad negotium anceps, & sèpè fallax mitterentur: quorum DEO & obedientia duce tam felix labor fuit, ut extincto penitus malo, & Virgini in posterum, & Monasterio quietis esse licuerit.

Virginibus porro DEO dicatis, sed obsequio lætiore juvandis frequenter nostros submittebat Henricus Augustanus Episcopus, vel Augustâ, vel Dilingâ vocatòs. Cùmque per omne Imperium ad commendandas Numini laborantis Hungariae res, publicæ supplicationes indicerentur; Dilingæ & ipse nostrum ad id Templum delegit, in quo ad quadraginta horarum comprecationem cives accolæque colligerentur; quibus ad orandum quād ardentiissimè nullum erat exemplo Principis incitamentum potentius. Ut in morem jam fere induxerat, Candidatos quadragenis plures, plerosque Religiosos, ordinibus sacris in aula academica initiavit: in qua etiam Nascentis Domini festa luce sacris operatus, Academicis omnibus ex legum præscripto Synaxin celebrantibus sacrum epulum sua manu distribuit.

At vero probè intelligens, quād gravis sibi commissi gregis in Dieta à nostro in curanda Moniali emergente, ^{272.} Henricus Episcopus Augustanus favore pergit. At vero probè intelligens, quād gravis sibi commissi gregis in Dieta à nostro in curanda Moniali emergente, ^{273.} Henricus Episcopus Augustanus favore pergit. veræ Ecclesiæ ovili conservandi cura incumberet, & rogabat solicite, & magna animi voluptate audiebat, quanti è catechetica doctrina fructus existerent. Cùmque Dilingæ nostrum utilissimè defungitur, eo munere cognovisset, ea, quæ in catechetica lectione ille docuerat, latino & patro idiomate conscribi, ac typo vulgari jussit. Partenii p̄m̄ Sodalibus Xenij loco oblati libellus: per singulas, dein civitatis domos distributus: denique ad Monasteria & Parochos missus, ut, qui ex officio cùm populo agerent, utilissimam doctrinam communem omnibus facerent.

Sed maximum hoc anno ab Henrico beneficium fuit Dilinganae Parochiæ cathedra, jure perpetuo Societati concessa. Ex ea proximis decem annis dixerat unus è Franciscanâ Familia, quem unâ cum socio conductis in ædibus alebat Episcopus. Anno Superiori, cùm eō onere levare decrevisset Episcopale ærarium, actis pro labore, & relatis etiam gratiis, nuntiari jussit, alio modo se cathedralæ prospecturum. Quam cùm illi, ad Monasterium mox reversi deservirent, nostrum dicere intereà jussit; primusque id muneris obire coepit Elias Graffius. Certum erat optimo Præfuli, eam cathedrali Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Hh no-

nobis in perpetuum consignare : idque solum meditabatur , qua
tione efficeret , ut consensus cathedralium Canonicorum Augustanarum
Ecclesiæ beneficium stabile ac æternum facheret . Nec multo tem-
pore opus fuit , ut modum inveniret , quo in suas partes auctoritate
qua poslebat , ac prudentiâ traheret . Ita cathedra illa Societati in
perpetuum attributa est , ac promissi , qui alendo concionatori suffi-
cerent , ducenti in annum floreni . Neque dubitavit Henricus , eo in
Societatem beneficio non minus in gregem universum utilitatis ma-
nasse , à quo ita procul removisset omne doctrinæ non sanæ pericu-
lum .

^{275.}
**Abbates
Weingart-
ensis. Ne-
reshemen-
sis. Osterho-
vensis De-
canos. Oet-
tinge erga
nos manifi-
ci.**

Quin & Bernardus Cracoviensis Episcopus iter hac in Burgundiam
faciens Dilingæ nobis mirâ benevolentia usus est , duos è nostris è
Provincia Poloniæ comites itineris ducens . Idem ad Augustanum
Collegium perquam humaniter invisit Romanâ purpurâ non multis post
annis donatus . Benevolentia munificentiam junxere Melchior Hänlinus
Nereshemensis , & Georgius vinearū Abbates , quorū posterior suam erga
nos liberalitatem Oettingam usque extendit : in cuius Domus paulatim
surgentis Bibliothecam Osterhovenensis Abbas è D. Norberti Familia O-
pera D. Augustini intulit , quibus libros diversi generis ducentorum au-
reorum pretio estimatos Joannes Heissius Collegij Canonicorum De-
canus adjecit , operariis indecessis ipsâ laborum tolerantiâ & fructu
novos quotidie Patronos conciliante .

^{276.}
**Wolfgan-
gus Ratis-
bonensis
Episcopus
Oettinge-
sos evocat.**

Etiam hinc in partem laboris nos vocavit Wolfgangus Ratisbo-
nensis Episcopus , cùm eam hoc anno quæ Salisburgensem attingit ,
Dioceſeos partem lustraret . Magna erat ejus rei diu intermissæ ne-
cessitas : nam aut nullos paſſim Parochos reperire erat , aut parum
officij memores . Chrismatis Sacramenti in iis partibus ministrati vix
meminerant . Signatus nunc gregem optimus Pastor , præparan-
dum censuit , sacerdote uno è nostris eum in finem Oettingâ præmissio-
ne . Ille , quocunque delatus esset , conciones prium quotidie singulas ;
iis dein , quibus inungebantur diebus omnino ternas habuit , queis ca-
techeticam serè doctrinam complexus , sanctitatem maxime ac vim ,
Sacramenti explicitit . Cùmque affluenti undique multitudini jam
neutquam unus sufficeret , duo alijs suppetias missi ferè omnes , qui
per ætatem maturi erant , à peccatis absolvêre . Duos conspectus ,
ille ardor catholicorum , sacrorumque Majestas , ab heresi aversos ad-
junxit Catholicis . Eorum vero , quos chrismate initiatos in fide
confirmârat Episcopus , nongenti & quinque supra sexies milenos nu-
merat . Accessere hos inter non pauci , qui septuagesimum ætatis an-
num : nonnulli qui centesimum ejus Sacramenti expertes yixerant .
Plerique omnes iis signis carebant , quibus internosci ab hereticis Ca-
tholici solebant . Inde jussu ac ære Principis agnorum cereorum , li-
bellorum , Imaginum , rosariorum coempta iagens copia certatim :
expetentibus distributa est .

^{277.}
**Ad Hagense
oppidum
Luthera-
num in Au-
striam unus
mittitur.**

Alius isque celebris labor extra ipsos Bojariz fines Oettingenses
nostros exercuit ; quo jacta sementis est , quæ anno demum proximo
ad messem maturuit . In Superiore Austria Dynastia per ampla est
arcem habens in monte Starenbergam , subiecto ad pedem Hagensi
oppo-

oppido imminentem. Hanc ante annos non multos Rudolfus Imperator Mathiae Fratri donaverat, dudum infestam Lutherana hæresi; quippe ex qua sacra Catholica annum iam quadragesimum exulabant. E-jecerat quidem Cæsar buccinatores hæreticos, imposueratque oppido Gurionem Catholicum: qui tamen quinquennio integro id effectum dare non potuit, ut vel unus, desertis noviciis, antiqua sacra repeteret. Vim adhibere multa erant, quæ dissuadebant: et si minimè deerant adversæ partis exempla, eam passum in Catholicos exercentis. Mittiū agere visum Austriacis: cùmque recens obversaretur exemplum Windischgerstensium (quos ab uno Societatis Missionario intra quadrimestre ad fidem revocatos suo loco narravimus) eandem tentare viam in reducendis Hagensibus placuit.

1. 1600. n.
1615.

Igitur negotium Præfecto dat Archidux: Patrem unum è Societate à Superioribus impetrat, cuius operâ in rebus fidei proximâ Quadragesimâ oppidanî instruerentur. Adest ille Oettingâ missus, ac festis Dominicisque diebus bis, ferialibus semel publicum ad cives sermonem instituit. In eo singula, quæ nos inter ac ipsos discep-tantur, ex ordine proferobat in medium, veritatem adstruebat Catholicam, Lutherana commenta reficiebat: ita tamen ardorem pruden-ti suavitate temperans, ut ejus consuetudinem nemo horreret, omnes ambirent. Fatebantur palam: doceri ab ipso veritatem: quam ne sciquerentur, unâ se conscientia prohiberi; quam liberam semper, & sui juris, nullâ certâ credendi regulâ adstrictam vellent, clarissimo arguento, quā in monstruos, præterum in vulgo, errores pariat illa apud omnes novatores decantata conscientia, etiam agnitiæ veritati obstituta libertas.

278.
Mira exer-
cilio non
obediendi
veritati,
petita ex
libertate
consciencie.

Quatuor deinceps ac viginti suæ, qui agnitiæ excusationis falla-cia Catholicos se palam professi, ab hæresi simul ac peccatis absolvendos se stitere. Horum unum, ubi primùm à confessione ad suos redit, uxori & liberi acceptum in medium adeo p. obris ac conviciis ob-suere, ut is, ne postero die eadem iterarent, ad Synaxi unâ non comparuerit. Advertit Patrem facile inter tam paucos absentia, qui easam subodoratus, ad se hominem vocat, animique mobilitatem, ac indignam veræ fidei professore inconstantiam ante oculos ponit. Puduit virum cetera bonum suæ in re tanta infirmitatis, ac fateor, inquit, Pater, cessi nimia facilitate meorum precibus ad lamentis. Tu vero fac istam modò noxam indulgeas, non iterum commissuro, quod cognoscas. Ita animo me firmum noveris in sancto proposito; ut nihil usquam aut blanditiarum, aut convitorum sit, quo tentari non optem in experimentum constantiae. Nec minus fortiter, quam dixerat, fecit, habuitque semper præteritæ debilitatis memoriam pro constan-tia incitamento.

279.
Deserunt
Lutherum
quatuor &
viginis.

Unus civium de suo ad Ecclesiam reditu proscriptum nuper Pseudo-parochum sibi edocendum putavit. Is contra, quām speraverat, laudavit factum, hominē inquit summopere in coepio confirmavit; nihil dubitans addere: optare se copiam sibi fieri, vel unâ hora de Religione cum Jesuita conferendi: credere, se paucis expeditum ad Catholicos transiit. Quod in hæresi persistentes non patimmo.

280.
Unum pro-
prière lau-
dat Luthe-
ranus Pre-
ce.

movebat; erant, qui à Luthero discesserant, viri cum primis honestis quorum plerosque auctoritas in populo, morum probitas, & actas gravior commendabat; atque hos inter ipse oppidi Judex. Nec in ipso valetudinario habiti sermones suo fructu caruere, ad avitam religionem revocatis quaternis, omnibus multum laudantibus Apostolicam Patris caritatem.

Collectus
fructus è
juventute.

Juventus tota Patrem sequebatur; quam ille modum formandas Crucis, recitandi orationem Dominicam, Salutationem angelicam, Imaginum, ac Rosarii usum magna cum cura edocuit. Illi nec doctrinam semel haustam, nec donata sibi à Patre eripi patiebantur, palam, cùm rem Divinam accederent, vel invitis parentibus, manu praferentes rosaria. Ante discessum rogatus convenit par nobile conjugum pertinaci odio se averlantium. Prono in concordiam marito renuerbat uxor, animo adversùs omnem rationem obstinato. Superbiā sc̄emina religiosa Patris humilitas fregit: qui tandem ad preces se demittens, supplex ad pedes obstinatae accidit. Obstupuit aliquamdiu insolito sp̄aculo mulier: mox se ipsam erubescens, ad pedes mariti prostrata, quam oblatam respuerat, veniam magna omnium admiratione inter lacrimas petit. Hos inter labores fructusque mense integro Hagensibus dato, & facto conversionis initio, abiens Missionarius spes secum majores, quām fructus abstulit. Dimisso inter affectū minimè simulati arguimenta spoondere nonnulli, s̄ Oettingæ stituros. Promisso stetere quaterni, fidem ibi Romanam professi, qui spem fecere redituri ad pristina sacra totius oppidi, si Pater rediret; quam inanem haud fuisse sequens annus docebit.

281.
Inter 57.
Ratisbonæ
reductos,
juvenem
nobilem
movet pie-
tas Catho-
licorum in
Quadra-
gesima.

Fertilior in hæreticorum reductione labor in urbibus fuit, ubi non tantum aures doctrina, sed oculos viva Catholicæ pietatis exempla implebant. Et Ratisbonæ quidem, ubi totus Magistratus, ac cives, demptis pauculis, omnes Lutherum sequuntur, capitibus tamen septem ac quinquaginta res Catholicæ crevit. Hos inter nobili ortu juvenem, ut noster esse cuperet, plurimum movit Catholicorum in Quadragesima religiosè agenda pietas. Placuit sumpere inductus à Societate etiam hoc in loco Psalmi quinquagesimi quotidie decantandis mos, ceu quotidiana ad exorandam à læso Numine veniam Christiani populi invitatio. Postquam verò hebdomade ultima ceremoniarum ejus temporis sanctitatem Majestatemque conspexit, ad erecta Christo cenotaphia circumuentium numerum, ordinem, modestiam consideravit, non ultrà moratus, doceri à nostro fidem voluit, quæ tantam suis inspiraret erga Christum pietatem.

282.
Alium in
sanctos
blasphem-
atum secu-
a pena.

Ratione longè diversa alium inficta cœlitus poena correxit. Ia ore blasphemo, familiari hæreticis insania, Divos cœlites incesserat, eorum cultores idolorum adoratores esse vociferatus. Adfuit sub noctem occulta vis (dæmonem fuisse non dubitavit) quæ lecto erexit, sublatumque in aëra, mox graviter humili afflictum reliquit. Diu impos sui, viribus tandem animoque collectis surrexit: ac Divos non temtere suo malo doctus, non linguam tantum à blasphemis deinceps abstinuit, sed suam, à qua blasphemare didicerat, sectam excratus, expiatis Catholicō ritu peccatis, in fidem nostram juravit, cœlestium exinde Patronorum opem implorare singulari pietate solitus

soltus. Unum ab Ordine ac fide apostamat res domi angusta opem primùm quærere à nostris compulit: cui animi statu longe miserabiliore ante oculos posito, cibos non tantum, ac vestem præbuimus; sed re cum Superioribus illius composita, ut ad Monasterium & salutem rediret, induximus.

Idem ut ageret, euidam persuasum Monachij; ubi fidem Catholica didicit Romam tendens sectæ Lutheranæ præco. Tenuerat illum haec tenus in errore non tam odium nostræ Religionis, quam ignoratio: quippe ejus dogmata non ex aliis, quam adversæ partis Scriptoribus didicerat, nunquam sincerè nostra referentibus. Hic, postquam alia longè, sed vera audivit, deceptum se ingemiscens toto animo veritatem complexus est. Inde iter Romanum, sed alio animo prosecuturus vale Magistro suo dicens ad genua accidit, interrumpentibus verba lacrimis testatus: quam caram haberet animæ suæ salutem, tam constantem ac indelebilem fore beneficii accepti memoriam.

Verum adolescens unus, qui & ipse hæresin cum lacte hauserat, ea abjectâ, ingenti simul malo se liberum senfit, qui frustra in sua se. Et adolescentis ab hæresi simul ac de monia mancipitate liberato.

Etia quæsitus erat medicinam. Opificium voluntate parentum cum disceret, eo incautum sive laboris gremium, sive lucri cupiditas induxit, ut diabolo se mancipaverit, ea lege, ut sibi in opificio facile & cum quæstu exercendo addiceret operam. Obscurundavit ille, strenuum in speciem adjutorem agens; quin tamen ex multa opera luctum crescere, aut ditari se miser adverteret. Unum sentiebat manifeste: quotidie se vehementer ad magna incitari flagitia. Semel ab impostore vaserrimo vim magnam aspergere & recentis ab officina monetæ cum accepisset, omnem paulò post in scruta testacea versam aspiciens, ludibrii se esse sensit; nec iram ac dolorem dissimulavit. Ex eo tempore suam erga DEUM impietatem detectatus, agitare animo coepit, quam maxime viâ perfidie vehlam inveniret.

Frendere, quem ea animi mutatio advertit, diabolus, paclam fidem obtrudere, extrema minari, etiam verbera ingeminare. Cum vero his nihilo magis morigerum fieri mancipium cerneret, mutato consilio mitius agere, blandiri, id saltem urgere; ne ad Pontificios transfugium faceret; in ceteris se haud obstiturum. At vero hic ipse demonis Catholica sacra tam sollicitè vetantis conatus oculos aperuit juveni ad cernendam veritatem. Non defuit usquam suis partibus hostis, nihil non machinatus, quo meditatum salutis iter præcluderet. At nempe his molitionibus confirmatus ille fusis ad DEUM precibus, atque animi constantiâ viam sibi fecit, quam ad nostrum penetravit. Huic brevi hæresin ac tristem mancipatum fassus, consilium opemque flagitat, quævis imperia exequi paratus. Pater identidem animos trepidanti addens, rerum sacrarum, ac Sacramento rum in primis vim edocet: denique Catholicâ doctrinâ jam probè imbutum ab hæresi ac peccatis absolvit. Tum enimvero plenè sensit exultans gaudio adolescens, cur transfugio ad Catholicos tantopere fibi interdixerit suus tyrannus; ex eo non contingere, non accedere propè unquam ausus. Terriculamenta aliquamdiu objecit: sed & his innoxie spretis contemni se videns omnino deseruit.

Ita semper testimonia sua credibilia faciens Auctor Fidei, mulieris quoque simplicitati non sine prodigijs specie obsecundavit. Abjeccrat illa nuper hæresin, ita tamen, ut nonnunquam animum reliqua ex tam longo errore dubitatio vexaret. Illâ ut se liberet, capit, quod Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. i

283.
Præconis
ad fidem
conversio
Monachij,

284.
Et adoles-
centis ab
hæresi si-
mul ac de
monis
mancipi-
tate
liberato.

285.
Permissis
aliis, solum
transfugium
ad Catho-
licos de-
moniata.

muliebris ignorantia excusat, consilium. Duas hydrias eligens, fontanam unam, alteram aquâ lustrali implet, vasisque separatum in locum sepositis, ita secum statuit: si putealis corrupta factorem contraxerit, lustrali salva ac potabili persistente: id demum argumentum mihi erit, falli Lutheranos: solum penes Catholicos stare fidei veritatem. Placuit DÉO confirmare dubitantem. Elapso temporis statuti spatio avidè utramque examinat: lustralem limpidadem atque omnis expertem corruptionis, vitiataim alteram ac pessime solentem reperit. Hærenti adhuc, & metuenti, intempesta insuper nocte, excusso somno vigilanti virile se obijcit verenda specie; qui brevi tamen signo Crucis expresso, videri desit. Atque hoc tandem viso recreata animo, ac dubitatione omni extincta quievit.

Virginitas
opportuna
ante mortem
cum congre-
vatio.

Felicior apud Bruntrutianos altera ovicula fuit, quæ alterum cuius ab Ecclesiæ ovili aberrans paulo ante obitum redit. Vingo erat vi gesimum ætatis annum ingressa, quæ parentibus orta Catholicis, ad hæreticos Basileam missa, ad eam diem illorum more ac ritu vixerat. Inde, cum paulatim morbis affligeretur incognitus, ut iis levaretur commodius, ad amicos Bruntrutum concessit. Sed male adversus medicinam prævalente, sanitas, quæ corpus deferebat, redire animo coepit. Igitur nostrum accersens, & natales Catholicos, & ardens desiderium aperit redeundi in gratiam cum ea, quans unicè veram semper agnovisset, Ecclesia. Mox revocatæ in memoriam, quam olim didicerat, & pleniùs explicatæ doctrinæ, expiavit animum, & paucis post diebus, omnibus ad Catholicæ moriendum Sacramentis munita, placidissimam mortem obivit; corridente Paterna Providentia Numinis improvidam temeritatem parentum, innocentem filiolam certo fidei ac salutis periculo committentium.

286.
Auguste
seminam
convertit
insolens
Sacra-
menta
Luther-
ana min-
istrando
tio.

Augustæ Vindelicæ salus ex ipsis inimicis, id minimè cogitantibus venit. Filiae in hæresi natæ parentes hæreticum pariter matitum dederant; quæ in natalitiis Domini ad Lutheranam cœnam pro morte Camaldule sua sc̄ta aecessit. Accuterat tam forte major opinione cœnare volentium numerus, ut jam, quod sequentibus è calice propinaretur, deficeret. Advertens ad id sc̄mina, è proxima taberna reecens vitum afferri; nec ultra voce præmissa, pro sanguine Christi accendentibus porrigi videt. Turbavit ea res multe mulieris animum, suam suorumque fortē miserantis: nec poterat obliviousi temeritatem hominum, in re, quam sacerrimam Christiani omnes haberent, tam protervè ludentium.

Gravidae eam non multò post offendit, quod sequitur. Matrem ipsum lethale malum repente ingravescens proximè morti admoverat; ad quem illa, ne quid officij erga eum negliceret, cœnæ ultimæ præbendæ causâ sc̄ta Ministrum advocavit. Adebat ille, & pauca ex communī formula præfatus, præsente uxore vicinæ rogat: an sceleris alicuius conscientia prematur? Evidem solam fidem peccatis quibusvis abolendis sufficere: pacandas tamen conscientias causa utiliter ea aperiri animarum Pastoribus. Attonuit primò ægrum insuetus ferino; fixisque in præconem oculis aliquandiu contutit. Tandem conscientia nullis, & mortis metu adactus, adstante conjugi et se eidem necem fuisse machinatam, confitetur. Tum egregius

Pa-

Pastor sermone ac vultu ad gravitatem composito: *crede* ait, *& dimittentur tibi peccata;* *& salvus eris:* simul buccellam in os ingerit. A marito mox ad uxorem conversus, non ad impertiendam marito meditati parricidij veniam, non ad dolorem de propriis peccatis præmittendum hortatus, admotâ ori buccellâ, *& tu,* inquit, *fume.* Illa quantumvis mariti confessione, & insolita communione turbata, non ausa tamen obniti, totis artibus contremiscens, acceptum ore bolum deglutit. Perpensa deinde quotidie magis absurdissimi facili indignitate, vehementer commovebatur, tam flagitiosa administratione (ut credebat) Sacramenti facta ab homine, quem miserrimè decepta plebs ut Religionis Magistrum, ac Pastorem animatum colere compelleretur.

Interea maritum extulerat; nec jam vel Religione sua, vel ejus Ministris contenta, audiebat eos totâ Quadragestimâ declamantes: *Ad se quidem nibil attinere peccata fuorum;* *quorum rationem* nec suscipere in se unquam, nec reddere uellent. Cui igitur bono (ajebat secum mulier) extorta est à Marito moribundo sceleris sui confessio? Hinc credam ego unquam conscientiam meam i si nulla ipsis peccantium cura incunabit, cur igitur tantis clamoribus pro iis se vendicant, quibus collatum divinitus sit ligandi, solvendi, peccantes consolandi, erigendi officium? Exinde in omnem convenienti Sa-cerdos nostri occasionem intenta, cāmque per brevi nocta rem ex ordine narrat: libros suis omnes tradit: Catholicos in vicem recipio, plenèque instituta longa diversimē Catholicâ Confessione ac Communiōne solarium haurit, editis deinceps præclaris constantiæ ac pieta-tis exemplis, pari Lutheranorum dedecore, ac gloria Catholicorum.

Evidem adversarii vires omnes intendebant, ad fidem inulteris quantumvis probæ testimonio detrahendam: sed actum agebant; nec jam sermo erat de fœmina, postquam palam Catholicum se professus fuerat vir litteris & auctoritate clarus, Kelnæus, Medicinæ Doctor, ac Professor Annæus. Eratque huius viri tanto celebrior ad fidem conversio, quo longior ac notior in publicum erat illius cum nostris disceptatio. Non voce, sed scriptis, quo cogitandi utrique parti opportunitas ac otium esset, agebantur omnia, quibus ulro citroque missis, & ab adversa parte cum doctioribus amicorum communicatis, multum cūiam apud adversarios nostri Concionatoris fama & estimatio crevit. Aliquoties tamen privatim tum domi nostræ, tum alienæ pugna stataria fuit, præsente semper Praefecto Duumviro; ubi nihil Kelnæus omisit, quo Lutheranorum doctissimi vel suam doctrinam tueri, vel impugnare nostram solent. Tandem post dissipatas omnes fallaciarum nebulas, agnita luce manus veritati dedit, illam uxori licet ac familia obnitentibus magno animo complexus, exemplo comprobans, Ecclesias civitatem in monte positam videri & adiri ob omnibus posse, nisi à Ispontè claudentibus oculos, aut ascensum horrentibus. Planam hanc veritatem fecisse sexaginta alij tandem viam ingressi.

387.
Ad fidem
conver-
tuntur Kelne-
us Medi-
cine Doctor,
& Profes-
sor Annæus.

228.
Austriaca
oppida ad
Danubium
servantur
ab hæresi.

Dum nos ubique locorum, ubi sedem habebat Societas, ad veram fidem adspirantibus expeditam reddere viam conamur: alibi per calles occultos irreperere hæresis cœpit. Est tractus in Suevia circa Danubium pagis atque oppidis frequens, qui subjectus Austriacis profana jura ab Oenipontana curia, Sacra ab Constantiensi Episcopo petit. Hæresis, quæ dudum liberas Imperij civitates, ac Ducatum maximè Wirtenbergicum infecerat, in has etiam terras aditum inobservata tentavit. Sparsi clām in omnes penè familias libri, è quibus, quos publicè doceri prohibebantur errores, occulte condiscerent. Cum passim se illatæ pestis indicia proderent, admonitus de subditorum periculo Maximilianus Archidux, sine mora ad Constantensem Episcopum litteras dedit, quibus enixè petiit, ut virum gravem è suis, cum uno è Societatis nostræ Sacerdotibus mitteret, qui eâ, quam mali gravitas posceret, curâ tractu illo oīni lustrato incendijs tam noxij metum averteret.

Maxima di-
ligeotia in
aestuenda
libris.

Impulsuit Episcopus eam provinciam Pro-Episcopo suo Jacobo Mirgelio, cui comitem & adjutorem ire iussit nostrum in Summa æde Concionatorem; qui ad eas oras unâ prosectori Magistratus in primis obsequentes habuere, à Maximiliano præmonitos, latissime adhuc integros. Ubique noster, convocatis incolis è cathedra hæreticorum fallacias detegere, & Catholica dogmata apposito ad plebis captiūnē fermone exponere cœpit. Agnovere plebique sub Evangelij speciōsō involucro veriditatem sibi mendacia fuisse; damnatis magno ardore, unde hauserant, libris, atque ad Inquisitorem allatis. Verum ad securitatem satis id vistum non est, haud ex vano suspicantibus, non ab omnib[us] ignoratione aut simpliitate peccatum: sed vaserrimum quemque simulatione tutum retenturum Magistros erroris. Igitur non oppida duntaxat & pagi: sed singulæ domus diligenter excusæ, ablatisque & exustis pestilentibus chartis, suffocatum in cūnis est malum, antequam in noxias populis Principiique vires adolefceret. Florethodiéque iis in locis gratiâ Numinis, & Archiducum vigilantiâ antiqua Religio, ut ne vestigium quidem illati olim contagij, aut memoria supersit; nec à nova molientibus vel occultatio nunc sperari, vel impunitas possit.

Neque Hebrewam gentem ita D'Eum àversari, ut oculos aperire videntibus lucem neget, exemplo didicimus. Kisleggij in eadom Suevia Baronum Schellenbergiorum tunc Dynastia, Judeum ob criminum captiūn Baro morte damnaverat. De æternâ tamen miseri salute sollicitus, virum optabat, qui in errore indurati pertinaciam frangeret. Constantiâ è nostris Sacerdotem accersere placuit, optato successu. Nam hujus conatibus adspirante Numine missum cœlitus dudum Messiam agnovit, ac suscepto Baptismo patrias superstitiones, ac ipsam paulo post vitam lubens deseruit.

229.
Georgius
Abbas
Vinearum
unum è
nostris Alt-
dorffium:
alterum Ra-
venspur-
gum mittit,

Georgio item Vineartum Abbati omnia de Societate merito & hoc anno concessi Sacerdotes duo, quorum unum in Altdorffensi oppido diebus Dominicis Festisque; alterum Ravenpurgi trina per hebdomadem concione populum, catechesi juventutem erudire per Quadragesimam voluit. Hic quatuor è civibus abjurato Lutherò adjuncti Catholicis. Unus, qui datam solum fidem irritam fecerat, recipique roga-

rogabat; generali primū noxarum confessione expiare animum, publicè dein orare exempli veniam, ac fidem profiteri est iussus. Altendorffij, invitatis è vicinia curionibus, allati in medium aut occurrentes frequentius, aut magis intricati conscientiae casus, ac è Theologiae sacrûque Juris placitis decisi. Quod cùm modestè, & sine affectatione magisterii fieri Parochi cernerent, frequentes convenere, magno Abbatis solita omnes humanitate complexi solatio, cujus non ex vano opinio erat, eam institutionem non minus Pastoribus, quām populo catechesin necessariam esse. Ab eodem auctoribus nostris decreta est horarum quadraginta comprecatio, atque in Dominicos dies divisa. Illam eo loci novam mirum, quo pietatis sensu populus universus obierit; apud quem publica illa pietatis exercitia, non sine pompa institui solita quotidie majorem conciliabant reverentiam Religioni.

Curioses
ad quaestio-
nes de Ca-
ribus com-
scientiae
conveni-
unt.

40. Horar-
um
compre-
catio.

Sextæ præsertim feriæ sacræ hebdomadis celebris diu memoria fuit, ob eductos publicè poenitentium ordines, spectaculo eo loci non vilo. In quatuor turmas, agmen omne diviserant; interjectis opportunitate ferentis, queis præcipui Servatoris cruciatus representabantur, facto ad pietatem magis, quām splendorem apparatu. Primam cohortem cum accensis in manu funeralibus Magistratus oppidi; alteram officiales Monasterij; tertiam ejusdem Religiosi inter moestos concentus; quartam denique Præfecti ac Magistratus Austriaci, consules item ac Patricij Ravenipurgenses claudebant. His rite ac ordine peractis, datus de Christo paciente Dialogus, ad ciendos animorum motus cum primis idoneus. Adfuit excita rerum novitate ingens Lutheranorum æquè, ac Catholicorum multitudo, quorum sensa profundi gemitus, fusæ multorum lacrimæ, cunctorum modestum silentium abunde prodebat. Cūque neminem fugeret, cuius auspiciis ea omnia gererentur, nemo non in laudes solvebatur religiosissimi Præfus, cuius in promovenda Catholica pietate studium exhaustum non posset; qui operarios nostros per omne id tempus humanissimè habitos, plenosque solatio, post Pascha remisit Constantiam.

Publicè po-
nitentium
Supplicatio
primū il-
lustra.

Basileensis Episcopi voluntate, & incolatum rogatu à Bruntrutianis Patribus redditum saepius in liberos montes, & sublati abusus, qui & insolentes pleni erant, & cum rectâ Religione pugnabant. Ad eosdem operarios ad Insulenses in Burgundiam hoc iterum anno profectos in pago, quò diverterant, accurrere nonaginta incolatum, qui solvi à noxis rogabant. Ipsa apud Insulenses commoratio dies omnino quindecenos tenuit. Ingenti aviditate ac fructu auditæ conciones, quibus potissimum duo maximi momenti Poenitentiaz ac Eucharistiaz Sacramenta enucleabantur. Demptus, qui plurimorum confessiones diu vita- verat, noctis pudor; nec solatium capiebant, qui eo devicto conscientia angores thura animi malacia permittaverant. Regulari quodana Canonicorum Collegio Sacerdos chixè Prælatum rogaverat, ut nos- strorum uni apud Insulenses commorantis apendi conscientiam da- retur facultas. Nec primi responsi petitioni indignantis duritie terri- tis, instare, dum impetraret, non desit. Obtentâ dein plena men- tis tranquillitate letissimus & nostro, & Prælatu gratias agere non defi- cit, qui & prius negationi, & Patrum matura dilectioni palam induluit.

In Burgo-
diam ad In-
sulenses re-
ditur cum
fructu.

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Ak Hog

Hoc ipso in loco graves discordiae, & Curiones inter se, & cum his populum commiserant. Verum & illi magno suo & gregis bono pacem iniere, & hic res suas nostrorum permisit arbitrio: à quibus cum Parochum iusta ratione nixum, æqua postulare intellexere, litem inten-tare omiserunt, Pastoribus posthac quam unquam alias obsequentio-res. Quin & vir nobilis, nec assuetus ferendis patienter offensis, recenti à subdito injuria læsus, caritatem Christianam vindictæ præha-buit, ac seipsum à priore diversum miratus liberaliter omnia condo-navit, pari exemplo ac laude inexspectatæ virtutis. Operariis hisce procul domo ad laborandum emissis, alios comites ire sibi Episcopus voluit, Delemontum suæ ditionis urbem profectus. In ea, quæ Bruntruti tantopere civitate in accenderat, horarum quadraginta compre-catio haud impari successu instituta, ac splendido fine conclusa est. Instructa enim fuit omnium ordinum solemnis supplicatio, gestante Eu-charisticum Ferculum Principe, militibus trecentis stipato; cui quidem nulla alia pompa præ hac placere visa est, qua simul & Numinis, & sub-ditorum affectum promeruit; effectu, quem sine publica pietate frustra sperant Principes; cum hac semper consequuntur.

^{292.} Apud summos infimósque mirè religionis studium auxit Jubileum, hoc anno per Superioris Germaniæ Dioeceses promulgatum. Cura-bantque magna solitudine Episcopi, ne quam partem necessarij au-xilii expertem relinquerent. Inde Wolfgango Ratisbonensi Præsu-le agente in sylvam Bavanicam nostris cultoribus dudum assuetam profectus est Christophorus Ostenbergerus Sacerdos, comite Melchiorre Guttmaire, adjutore laico. Ex auditis concionibus mirum, quan-tum homines, jam non ut olim rudes, ardor incesserit; adeo, ut ulti-ma Jejunij majoris hebdomadæ inusitato in hac silva spectaculo, flagris in semet etiam ipsi sœvirent. Confirmata in tam periculosa Bohe-mia ac Palatinatus vicinia non tantum Catholicorum in fide constan-tia; sed undeni præterea è diversarum hæresum labyrintho educti.

Duo juvant Frisingen. **Duos Joannes Gasteigerum, ac Mittnerum, ut secum Jubileum sem Pro-epi-scopum Ju-bileum promulgante Dioecesis obirent, Proepiscopus Frisingensis Mönachio esse arbitros voluit.** negotiorum vero ambos accurrentis affectum cum admiratione ac solatio spectabat: nam intra paucos dies ter mille nongentos expiaverant, atque hos inter quingen-tis plures, vitæ omnis delicta confessos. Venere ad pagum, propè quem in alto montis iugo male materiali tunugurium incolebat pau-perculanus, cui senio fractæ vix ullus jam oculorum ac pedum usus supererat. Ad huius aures de adventu nostrorum pervenerat rumor. Non quievit inde, dum fœminas duas precibus vinceret, ut in val-lem drepenti manum præberent. Ita perducta ad pedes accidit, & Patre me-moriā juvante vitam anteactam omnem exposuit; indeque lætius plena jugum repetuit, mortem jam ultrò avide suspirans.

Fructus Rosenhei-mij & Aib-lingæ col-lecti. **Præter loca mindis celebria Rosenhemium quoque & Aiblingam ingressi sumus. Cum ubique fructus implèset yota, in duobus po-stremis utram superavit. Acta in utroque Quadragesima, iup-Domi-nicis**

nicis, festis, sextisque feriis omnibus dictum è cathedra ad confertum auditorem. A prandio ita explicata Christianæ fidei capita, ut pars una temporis teneræ ætati cederet, pars altera adultiori erudiendæ impenderetur. Ayblingæ cùm Eucharistico epulo refecti fuissent mille sexcenti, eorum omnium confessiones exceperat noster, demptis scilicet ducentis, quos, ut alteris le aperirent, coegerit necessitas; cùm ne à Missionario audirentur, tempus obstat, & numerus. Universæ per Dioecesin Missionis factibus adnumerari debent ablegatae passim pellices, multa millia æris male parti restituta dominis, tres abstracti ab hæresi, ac cœnobiæ desertor ad sacri ordinis signa revocatus. Intra hoc ipsum Jubilei tempus ex eodem Monacensi Collegio duo Fürstenfeldam, Abbatem postulante, missi: Joannes vero Pfyfferus ad Georgij Abbatis obsequia Vineas petere jussus. Has inter Missiones ob messis ubertatem lœtas una paulò tristior Monacensibus obtigit. Lata erat in virum Natalibus & officio clarum sententia capitis, diésque dicta, qua in arce ab urbe dista daretur executioni. Eò & Principis & rei voluntate missi Patres duo Joannes Holonius & Carolus Leopoldus, ut æquo prorsus & Christiano animo supplicium perferret, efficerentur.

Viro nobilis
ad mortem
damnato
adsum.

In Suevia ad legendam messem annuam operarij nostri Dilinga in Elvacia evocati Elvacum; ubi præter statim in arcis sacello, ac Templo Parochiali concionem, catechesis in labore in quotidianum abiérat, quod illam ex frequentia haud esse fastidio accursus doceret. Ultimo sacramentis hebdomadæ triduo de morte Servatoris Dialogus à sex pueris datus: quod genus exercitijs mirè in spectantium animos. Valtro usus probaverat. Duabus portò animabus jam ad exitum festinansibus in tempore allatum auxilium. Una hiarum ob violatam à procōfessorē in furiā acta dæmoni se devoverat; nisi flagitiū auctorem necasset. Audierit ille confessum, & rusticum induitus in furens conspergunt se dat, pecunias offerens chartā involutas, id unum exigens, ut carnes emat, quibus jejuniū violet: cetera sibi curae fore. Sed Deus, turbatam dolore mentem miseratus effecit, ut, cùm uti ære oblatu vellat, chartam inanem reperiret. Utque crudelissimi tyranni mancipatum sentiret acerbius, permisit graviter eam verberibus ab eodem mulcari, ut ob lividum ac intumescentem vultum necesse esset, hominum consortia fugere. Exinde opem circumspiciens ad nostrum se contulit, professa, se futuram in potestate medentis. Ille devotionis impietatem exprobrans hortatur, post condonatam injuriam, DEO sincera culparum confessione placato, execrata diabolum, debitum servitutis Christianæ Sacramentum instaureret. Nec pluribus fuit opus, ut & Stygi etiperetur saeviendi potestas, & animo quies restitueretur. Alteram furti falso delatam in desperata consilia impulsa dedecoris impatientia: nec procul aberat; quin peiora priore auget. Cum Missionarij copiam nacta, & secuta consilium, viam purgandi falso impositum crimen, & simul animi quietem assécuta est. Nec mindis frugifer extitit Wembdinganus ager, in quo tamen quæ gesta sint, iterare narrando non lubet; quia quæ tunc nova ac singularia merito censebantur, nunc mutata in melius rerum facie communia sunt.

²⁹⁴ **Expugna-** Ab Landspergenibus, qui foras excurrere, hoc anno ebrietati
zum felici- maximè indictum est bellum, à qua multi magno rei familiaris, ma-
ter inten- jore animarum bono resipueré. Tantumque abfuit, ut vulgatum
perantur id nostrorum intemperantiam persequentium studium ingratam Missio-
victua. nem fecerit, ut nulla ferè esset, quæ non aliam post se minimè præ-
 visam traheret. Invigilabant præcipue nobiles in viciniam adven-
 tantibus, qui eos ad se quoque è propinquuo accersendi opportunita-
 tem haud negligendam existimabant. Uni Patrum ad amicos iter a-
 nimi causâ Superiores indulserant; quem otium meditantem inopi-
 natus labor intercepit. Ad quandam enim civitatem ex via diver-
 tentem, primò quidem Sacerdotum nonnulli convenere, tuum consi-
 lii exquirendi causâ, tum ut confessionem exciperet, orantes. Post
 hos alij atque alij eadem de causa tanto numero successere, ut Pa-
 ter, omisso itinere, aliorum vacare solatio, quæm suo maluerit: imo
 lubens corporeo illi nobilius istud sanctiusque prætulerit; fassus, hanc
 curam tot animabus tam insperatò tamque feliciter impensam fuisse sibi
 omni amicorum convictu jucundorem.

^{295:} **Dilecta-** In Tiroli Brixinam binos nostrorum ab Andrea Episcopo Oen-
egregiis no- ponto accitos suprà meminimus. Sex menses tenuit utilissima Misso;
scorum, dignus n̄ ea egregiis operariis labor, dignum opera præmium. Unus
præderiam tum diebus in Ecclesia festis, tum per vernum jejunium ter quot heb-
In Synodo domatis in summo Templo dicebat, præsente semper Principe. Al-
 ter privatis de rechè ordinanda Diœcesi consultationibus præfens, ea
 dabat responsa, quæ plerumque communi omnium assensu probaban-
 tur; rogatus etiam illa conscribere, quæ ad synodum cum fructu
 celebrandam facerent, typis posteà edenda in publicum. Ubi do-
 mo egressi ad sacra tribunalia se ambo conferebant, à prima luce ad
 multam noctem detinebantur; sequente illos, quaqua irent, poenit-
 tentium turba. Majo mense Oenipontum reversi, exeunte Augu-
 sto revocati ad Synodum sunt; in qua nostrum assidere sibi proximum
 coëgit Episcopus, ac Decreta Synodalia conscribendi provinciam dc-
 dit, sæpe dexteram, sæpe animam suam compellare auditus. Tam
 honorifico ac utili simul in publicum labore perfundos, actis proli-
 xè gratis Oenipontum abire permisit; nemine non redditum ad se, igno-
 stabilem mansionem exoptante; cùm synceram obsequorum atti-
 tione nulla invidia, vel æmulatio diminueret.

^{296:} **Delfseni** Certè quæ tunc in Brixinenium animis hæserit de Societate exi-
tem in op- stimatio, novo haud multò pòst argumento patuit. Delfsenis in
dido polita superiore Oeni valle frequens oppidum, eò quòd Parochum haberet
missima corpore atque animo debilem, multis laborabat animorum morbis.
Opera. Quod ubi ex relatione bonorum medicinam rogantium intellexit Epis-
 copus, continuò virum, qui lapsis rebus succurreret, misit. Is Oe-
 niponto transiens nihil prius habuit, quam ut unum è nostris Sacer-
 dotem impetraret, quem in consiliarium, ac socium laboris adlege-
 ret; qui dies non paucos utrumque exercuit. Rerum enim ad Reli-
 gionem pertinentium magna erat inficitia, & errores nec pauci nec par-
 vi inoleverant: quos inter & ille infederat omnium animis, quod,
Gravis er- in eo, qui Eucharistiâ refectis porrigitur, poculo Dominicum Sangui-
ror circa Bucharistiæ gem biberent. Confirmabat errorem gravis abusus, quo vinum
Bucharistiæ illud

illud ex ipso Sacerdotali calice , & quidem rubrum potabant. Gravis sermonē ex cathedra, quāq; male crederent, agerentque, admonuit, utque ab oculis etiam submoveretur errandi occasio, sacro calici profanum, materiā & formā diversum, vinōque rubro album substituit. Et erat profectio laboris ac patientiæ non medioeris opus eradicare ziania, quæ dorinente Pastore labore nullo vigil inimicus se minaverat.

Flaurlinga quoque , rogante vehementē Parocho , revisa eo fructu, solatiōque agrestium , ut suum, uti vocant, pagi ducem cum honорario munere Oenipontum alegārint ad Rectorem Collegij, precibus instare iussum , ut Patrem apud se morari saltem per semestre permitteret, quod hoc unicum certūmque medium esse non dubitarent, quo post malorum tam felix exterminium bona tandem omnia reducerentur. In Stübaciensi pariter valle concionibus intra paucos dies septenis ita Parochum plebēique sibi nostri devinxere , Oeniponto petiti, ut missis & ipsi oratoribus redditum ad festa Pentecostes instanter urserint, & impetrārint. Septuagēni per eos dies, ut Sacraenta obirent, persuasi, inusitatum eo loco spectaculum præbuēre. Auxit ardorein populi res, quæ illi speciem videbatur referre prodigijs. Ad audiendum Concionatorem tanta hominum multitudo confluxerat, ut emigrandum ē Templo , & exstreuendus extemporaneo opere fuerit in campo suggestus. Dum eō se conferunt, serenissimo cœlo tantus erat à sole radiante æstus , ut nemo non metueret, concionem ei ferendo parem non fore. Nihilominus Pater cœpturus sermonem prægere ex more Evangelium coepit. Cūm ecce subita & unica nubes intra pauca momenta totum obumbrare populum visa est, quæ concione vix dum finita rursum dispersa evanuit. Nec ulla concio altius in animos penetrasse visa , credente populo, manifeste à cœlo prædicantis dicta probari ; illo regerente , D̄Eum remunerari voluisse patientiam populi, ac simplicem Divini verbi audiendi ardorem,

Inter ipsos Parochos , nostram operam frequenter expertos erat in primis vir nobilis Joannes Blasius Guarientus, Collensis Paroeciae curio ; quæ tum ex amplissimis erat, pagos quinque complexa. Hujus pars magna est Wernensis mons , quem superiore anno primò scandere nostri cœpere. Tempulum in eo vetus . & si incolis credas, ante annos plus mille, non sine miraculo positum. Petri Apostolorum Principis memoriarē dicatur est , petuntque inde sacra Parochiani plures sexcentis, divisis mapalibus per proximos montes dispersi, ac plerique unius aut duarum horarum itinere remoti. Homines ipsi sunt robusti, proceri , longævi , fleti tamen ad pietatem faciles, rerum sacrarum avidi & capaces , ac dictorum à Magistris tenacissimi. Avitæ Religionis, reique Divinæ integrè audiendæ tantus ardor , ut nec asperi itineris longitudo , nec cœli inclemensia , nec hibernæ nives absterrant. Quin festis diebus jucundo intuentibus spectaculo, undique ex montibus rivorum instar confluunt , concioni, Missæ sacrificio , cum summa modestia & attentione assistere soliti: nullo se ad egressum movente ; nisi postquam finito Sacrificio Sacerdos Iustrali aquâ eos asperserit. Hieme, ut tempestivè adsint, multi ante solem egressi, manum ardente pinu adversus tenebras , pedes ar. *Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII.*

L. 11. ma:

matis ferro soleis adversus glaciem inuniunt, & sic industria simul & assuetudine securi citra detrimentum damarum more percurrunt. Sacramentorum tamen usus erat nimium rarus, & ex raritate penè recte utendi oblivio.

Renuuat
extra Pav-
scha ad Sa-
cerdantia
accedere.

Hos montes in Apostolici laboris campum sibi delegit P. Michaël Eberius ex Halensi Collegio, vir laborum pro DEI gloria non avidus magis, quam patiens. Natalitiis igitur feriis experiri coepit, quid in gente hac plene ad pietatem inflammandam constantis viri industria possit. Ipla nato Servatori sacra nocte primùm monticolas illos in sua D. Petri æde salutavit, cantato Matutino, ac Missæ officio. Sub ortum solis prima statim concione hortabatur ad faciendam peccatorum confessionem, & recipiendum Iub Eucharistico pane intra se Christum. Extemplo antiquus hostis obstatre conatibus coepit, jaetiam fementem suffocare laborans, antequam in fructum erumperet. Statim enim à Concione Primo misere hominem, qui Patri significaret: haud equidem le usum Confessionis improbare statuto tempore: at qui extra istud peragere illam cupiat, neminem fore. Apud ipsos nec usum receptum, nec auditum unquam fuisse, quemquam extra mortem, vel paschale tempus Sacraenta percepisse. Ne id facerent, omnes afferabant excusationum modos; actis interim Patri gratiis, pro animo ad gratificandum parato. Monebant denique: ad Pascha rediret: promptissimè se tuin illi conscientiam credituros.

^{299.}
Vincit Ebe-
rij constan-
tia & Apo-
stolica pa-
tientia.

Refert op-
eratos fru-
ctus.

Fortior etat, quam ut excusationibus cederet, Eberij animus, quem adversus quævis præparatum attulerat. Proximis statim feriis idem argumentum urgere validius coepit, & ostensa objectorum inanitate, utilitatem contrà ac penè necessitatē confessionis non in annum differendæ monstravit; modum denique faciem ac plantum edocuit. Cum nondum moverentur, ac post omnia frigus ac nives obtenderent, ille in semet derivare eas hiemis molestias velle, ac ad ipsorum mapalia ascensurum reposuit, nominato, quo adforet, tempore. Nec minùs fortiter, quam dixerat, egit. Constituta die asperrimo itinere per nives & glacie in ad ultimos eorum recessus pene trans, ea labris improbitate effecit, ut admirandam caritatis vim etiam rudes illæ animæ agnoscerent, nec sine fructu esse patarentur tam arduum suæ salutis studium. Cum gaudio & multa grati animi significatione ad Patrem accurrentes, ad locum, quemcunque designasset, confessionis gratiâ se ituros recepere. Ne frigus absterret, æditui domum nominavit; ad quam proximâ post Christi natalem Dominicâ duo denonaginta convenere, anitum expiaturi. Erant illi ferè omnes proiectiores ætate viri fœminæque, quos inter eminebat nonagenarius senex, quem omnes montanos ætate vincentem ceteri ceu ducem ac Patrem sequebantur. Hac initij difficultate superata prona omnia fluxere. Epiphaniæ festo decein ac septem alijs supra centenos se stitere: ipsis antecinetalium diebus centum ac decem; à Pentecoste ad festum Theophoriaræ sexagenis plures confessionis gratiâ è summo jugo ad ipsum usque Colsensem pagum descendere. Paschali vero tempore octingentas minimum confessiones à se auditas Eberius numeravit, identidem ad suos monticolas, jam ternos, jam senos dies excurrens, quod experimento didicisset, simplices illarum alpium

um inquit illos animo, quām corpore esse cōelo propinquiores. Certe, quoties ab illis discedebat, dubium esse poterat, plusne solatij post se relinqueret, an secum referret, cum exultatione portans manipulos suos.

Intra ipsa mœnia Halensis civitatis instantे Præside Thoma Kēt-^{300;}
nido Sodalium Partheniorum pietas in defunctos novum accepit incre-^{Sodalium.}
mentum. Occasionem unā & locum recens oratorium dedit, quod
ante primam Grammaticæ scholam piorum liberalitate construxerant.
In hoc convocati Sodales postridie Commemorationis fidelium
defunctorum, solemni ceremonia, apparatu ad luctum idoneo, Psal-
mos ab Ecclesia dici pro defunctis solitos, recitârunt. Postridie in
cœmeterij publici æde D. Vito sacra, solemne fieri sacrificium curâ-
runt, accinente lugubri musicâ; populo officiosam erga vitâ funtos
pietatem multum dilaudante; quam ubique tanto studiosius nostri pro-
movebant, quod eâ catholici dignoscantur à novatoribus, antiquam
sed incommode sibi veritatem pro more ad fabulas relegantibus.

A Monacensi Sodalitate solemnî ceremonia parentatum est viro il-^{Monacens-}
lustri Guidobonio aulicis multorum annorum officiis claro; qui nu-^{ses paren-}
per in horto suo suburbano mortem obierat. Postulabant id pietatis ^{rant Guido-}
obsequium insignia in Sodalitatem beneficia; quippe in quam tria flo-^{bonio op-}
renorum millia muneris loco contulerat. Finitis sacris, ad portam ^{time meris}
urbis cum pompa & apparatu funebri deductum corpus: unde im-
positum atrio curtui Tölzium, ubi Præfecturam gesserat, avectum
est, in æde Parochiali sepeliendum.

Acta præterea ab illis omnia, quæ præteritis annis latitata sunt:
caritas tamen crescere magis quotidie visa. Noctes integras non-^{Alia pietat-}
nulli advigilarunt decumbentibus, quibus & menstruum famulatum
aliqui gratis exhibuere. Sæpè ostiatim emendicârunt, quæ clâm in ^{cis exem-}
familias diuidenter, quibus pudori mendicitas erat, quam contrâ ^{pla ab iis}
jucundam illis ac gloriosam Christiana caritas reddidit: nec cuiusquam,
quām Sodalium manibus labentiis credebatur destinatum pauperi-
bus aurum; adeo perspecta vita morumque integritas nullum suspicionis
locum reliquerat. Etiam Gymnasij laudatissima disciplina maxi-
mam partem fructus erat administratæ cum cura Sodalitatis. Cùm
enim litteraria juventus in novem classes distributa, haud pauciores
centenis in eam unaquaque numeraret, tam facili tamen disciplina
regebantur, ac si pauculi essent; nec enim peccabant in leges Gym-
nasij, qui Sodalitatum præceptis assueverant.

Secundâ Julij erexit vexillis ad Marianam Basilikam processere,
ac post Sacrificium solemnî ritu decantatum Sodalitatis nomine ad a-
ram D. Bennonis centum pondo cereum obtulere. Seinestri antè ad
cœmiterium extra muros supplex agmen edixerant, prosequente nu-
meroso populo: quam religionem longè celeberrimam sex Princi-
pum Bojorum præsentia fecit. In montem sanctum profectos cùm
exciperent, id hoc anno novum habuere, quod Sodales omnes pen-
latos duxerint; quam ipsam pompam quaterni etiam juniores Principes
fecere illustriorem, ad portam urbis unâ progressi. Hac eadem
L 1 2

dic

die juventus tenerior, diviso sexu, elegans spectaculum præbuit; dum more anno superiori cœpto, inter carmina festo habitu, & coronata præcessit.

^{301.} **Publica pœnitentia opera m̄gnoſ faciunt motus animorum.** Faciebant hæc talia ad teneros animorum motus: at dici sat̄is non potest, quos motus concitaverint sub hæc tempora haud diu ant̄e producta in publicum pœnitentium agmina, crescente præcuntium exemplis penè in dies sequentium numero. Ingolstadij publicè se flagris cædentiū numerus semel ad quadringentos excrevit. Minorum ardor, ne metas excederet, vigili Præfidum curā indiguit. Quotidie in loco cōventū turmatim sibi succedentes, verberationes per vernum jejuniū numeravere tracentas. Augustæ prima hoc anno educ̄ta publicè pœnitentium supplicatio ingruente nocte, cui regendæ unus ē Sodalibus primariis præserat. Comitabatur eam nobilitas Patria; ex illustribus viris multi laccos induiti gestabant humeris cruces, alij se flagris per Templū cædebant. Ab hoc tempore, quod hacē nūs nostro in templo duntaxat ad erectum Christo cenotaphium egabant, publicè agere Sodales instituere, exemplum admirantibus etiam acatholicoruī permultis, qui cum hoc sanctæ severitatis ardore molissimæ suæ fidei frigus comparabant. H's tam proficuis ad Catholicæ pietatis augmentum studiis provocati Sodales suarum partiuī esse existimabant, largiendo efficere, ut tolerandis sumptibus par esset Sodalitatis ærarium. Philippus & Martinus Padnicicij nobiles Poni cum aliis aureos donavere ducentos: Christophorus Rheiingerus Patavij in Italia mortuus aureos centum legavit. Calix verò argenteus cum urceolis ex argento donum fuit Christophori Distelmarij. Ista Sodalitas ex oblatis pecuniis fieri curavit prægrandem, quæ Sodalibus in publicum exituris, præferretur, Christi è cruce pendens imaginem, ut ornamentum inde publicæ supplicationes haberent, quæ fuerant incitamentum.

Constantia.

Eundem in finem Constantiæ, crescente semper piè in te ipsos favientium numero, Jacobus Fuggerus sumini Templi Præpositus ad coēmendos saccos pecuniam liberaliter obtulit; atratus ipse Comitantibus Canonicis incessit; quem secuti Protector civitatis, Proprætor, & Consules cum Senatu splendorem addidere religioni. Stabant eo rūn jussu custodiæ per civitatem dispositæ, ne quid à civibus acatholicis insolentiū fieret. Ita ordines ducti ad Christi cenotaphium, hoc anno ornatū splendidissimis, & religiosius frequentatum. Promovit ea Catholicæ pietatis studia Dialogus, ad omnium vota iteratus. Tantumque absuit, ut, qui supererant inter cives, Lutherani obstreperent, ut probarent acta plerique, & duo rursus supra vicenos sectam defenserent.

^{302.} **Landsperge Sodalitatem erigere frustra conatur P. Jacobus Lutzius.**

Sola ad id tempus Landsperga supererat, quæ nullum habebat sub certis legibus piorum Sodalitium. Evidem sub annum millesimum, ter centesimum septuagesimum inter duorum Capitulorum, Landspergensis nimis ac Pettenhusani Sacerdotes, civésque aliquot Landspergenles Sodalij quædam forma coaluerat, sub Magnæ Virginis tutela, ut inter ipsos bonorum operum communio esset. Sed defuit laudabili incepto constantia, résque tota eadem, qua nata fuerat, facilitate intercidit. Longum inde duorum ferè seculorum silentium

tium fuit. Cùm post nostrum in urbem adventum anno millesimo quingentesimo nono cœpta rursus, iterumque omissa de erienda Sodalitate cogitatio est. Quarto post anno impositus à Superioribus Landspergensi cathedralæ Jacobus Luzius, vir in omnes promovendi divini obsequii occasionses intentus, constantiū urgere cœpit statuendæ Sodalitatis negotium. Inde apud Rectorem Domū Bonaventuram Paradinas, &c, qui demortuo successerat, Rupertum Reindelium multis institit, sed frustraneis semper precibus, tam sanctis conatibus anno tandem millesimo sexcentesimo immortuus.

Extingui non est passus scintillas à Luzio multorum animis injecetas Joannes Baptista Molitor, sufficetus in cathedra; quin aliud impetraret, quām ut cum viris septem, qui in Sodalitijs seu institutionem, seu restorationem conspiraverant, supplici abire liceret ad Peisenbergensem DEiparam; quibus eò pergentibus octonæ fœminæ se adjunxere. Unum omnium votum & scopus itineri erat, DEI Matrem in partes trahere, ut gratiam impetraret à Numine condendæ ipsius honoribus Sodalitatis. Ita velut legatione sua defuncti, ac susceptis religiosissimè Sacramentis, inter preces & pia carmina iter remensi spe pleni domum repetiere. Et rata habuisse clientum vota DEiparam, anno proximo patuit.

Aliquod ei
initium fa-
cit P. Joan.
Baptista
Molitor.

At Oenipontanis Sodalibus, quorum & numerus & sacrâ supellex quotidiana incrementa capiebat, locus deesse cœpit, ad vota & usum sat amplus. De hoc pariter nunc providentiâ Numinis, & Maximiliani Archiducis munificentâ prospectum est, ac post longam discentium æquè ac Magistrorum patientiam decretum, laxare scholarum angustias, novumque à fundamentis exstruere Gymnasiuin. Ergo ad tertium nonas Julij nomine & auspiciis Serenissimi ac Reverendissimi Principis Maximiliani, Archiducis Austriæ, supremi ordinis Equitum Teutonicorum Magistri, Tirolis ac anterioris Austriæ Provinciarum Domini, primum in fundamento lapidem collocavit Jacobus Andreas à Brandis, adjuvante Georgio Kernio Collegii Superiore. Instante, quem præfecerant operi Abrahamo Jägero, Architecto aulico educeta hoc anno fundamenta, & materies in annum proximum conveni cœpta. Urgebátque plurimū fabricæ progressum Archidux rebus nostris addictissimus, qui & Joannem Vivarium Aquensem, Collegij tunc Glacensis Rectorem, è Provincia Bohemiarum evocavit, quo deinceps confessario uteretur. Cum Principe in ædificium eò proniis Consiliarij consensere, quod nostri laboris fructum plerique in filiorum in litteris ac virtute profectu ante oculos habebant, nihilque dubabant vel æquitati, vel publicæ utilitati convenientius, quām his communam officinam adornari, quorum labor prodesset universis.

303.
Oeniponti
Gymnasi-
um exstru-
ere incipit
Maximili-
anus Archi-
dux.

Idem de nostris in erudienda juventute laboribus judicium fuit Basileensis Episcopi, à quo cœptum ædificari Bruntrutanum Gymnasium, in quo inter quadringentos auditores octoginta numerabantur è probata Germaniarum nobilitate adolescentes. Erat tamen haud multò minor numerus pauperum, quos obscuros natalibūs, ingenij tamen atque indolis præstantia commendabat. Eos suæ maximè caritati reliqios cùm censeret optimæ mentis Præful, tot quavis hebdomade pa-

304.
Idem agit
Bruntrutii
Episcopus
Basileensis.
Locat
Secund
autem augua

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Mm nes

Studium nostrorum iuvandi scholasticos pauperes, & promovendi cantus Ecclesiastici. nes ex arce deferri ad Collegium jussit, quot vel quinquaginta illorum alendis sufficerent. Evidem à pluribus annis Bruntrutani Patres propriam sibi fecerant caritatem erga pauperes litterarum alumnos; in quorum alimenta ab Reverendissimo quoque Canonicorum Basiliensium Collegio modios tritici tres ac triginta impetrarunt. Is tamen, qui hot paupertatis suæ levamento gaudere vellent, id oneris imponi Mecœnates volebant, ut unum in locum certâ horâ coirent, quotidie, ubi à peritioribus Magistris cantum edocerentur, seu artificiosum illum, seu Gregorianum, Sacerdotium meditantibus ad obeunda ritè in Ecclesiis Divina officia oppidò necessarium. Causam laudabilissimo instituto præbuit, quæ tunc passim invaluerat, Ecclesiastici cantus imperitia, adeò, ut absconæ sine lege concinentium voces risum plerumque, aut indignationem audientium provocarent, non sine sacrorum contemptu. Ex Collegij ærario in usus pauperum aurei hoc anno plus quam centum insumpti, summâ, pro Collegio, ut tunc erat, paupere & imperfecto sane magnâ.

Honores habiti Lucerne Constantiensis, Friburgi Lausannensi Episcopis.

Porro uti in discipulorum commoda Principes inflexit studiosa nostrorum caritas; ita vicissim horum animos nobis conciliavit illorum eruditio, & spectata in litteraria palæstra dexteritas. Lustrabath hoc anno eam, quæ in Helvetia est, amplissimæ Dioeceseos partem Joannes Georgius Constantiensis Episcopus, quem Lucernam delatum in area Collegii concentu Musico, oratiuncula latina, ac Dialogo nobilis è civitate juventus salutavit. Præful ipse rem divinam in nostro plerumque Templo facere solitus maximam hominum multitudinem sacro chrismate confirmavit. Eidem unâ & Cantonum Catholicorum Legatis solenne epulum cum Magistratus daret, nos parietes circum græco latinoque versu ornavimus; laudante multum Principe, & nostra obsequia, & juvenum suis officiis cum gratia dæ functorum peritiam. Quam eandem commendationem etiam Friburgi tulere à Lausannensi Episcopo, cui calendis Januarij solenni ritu apud nos sacris operato instruxere Drama Pastoritum; jussi etiam eos ludos repetere, queis Comitem Tournonum Sabaudiae Legatum exceperant, simili officiorum genere prosecuti Mauritium à Vîcque, Galliarum Regis apud Helvetos oratorem. Senatus cā Patrum industria, & liberorum commendatione latus, nudis, qui hortum nostrum cladebant, muris teatum imposuit, quo tuni adversus tempestatem persisterent.

Marcus Lyrinus Chombergensis Decanus, genitus de canus, de Pro-episcopus Eyermannianus. Majori gloriâ Dilinga scientiarum Sedes inclauit, dum clarum olim doctrinâ discipulum, sacris insulis destinatum numero Doctorum inseruit. Marcus is erat Lyrelius illustris apud Francones Ecclesiae Chombergensis Decanus, quem nuper Pro-episcopum Eystettensis Præfus delegerat. Is prius quam mitram capesset, Theologici Doctoris laureâ insigniri Dilingæ voluit, ubi olim inter alumnos Pontificis & sacram illam scientiam cum laude didicerat, & Marianæ Soda- scopus Eyermannianus gesserat Præfecturam, quod gloriosum sibi arbitratum tum Hieronymiani Collegij inquilini, tum Parthenij Sodales, honorarium carmen Theologie accinuere. Solenni inaugurationi ipse Celsissimus Princeps ac Episcopus Henricus interfuit: Eystettensis, qui suo nomine adesset, vi auguratur. rum nobilem Publum de Jarstorff ex aulicorum numero misit. **Litt.**

Litterarij illius honoris insignia contulit Julius Priscianensis Academæ Rector; quem tunc quidem id muneris subire necessarium erat; quod inter Theologicæ Scientiæ Professores nemo Doctoris gradu insignitus; sed omnes duntaxat essent Licentiati. Duo tamen eorum paulo post privatâ ceremoniâ appellati Doctores, Mathias nempe Maylinus, & Christophorus Grenzingus. Et posterior quidem, cathedrâ Academicâ Michaëli Eiselino traditâ, regendo Hieronymiano Collegio impo- situs, nihilominus publicæ Disputationis de Prædestinatione, à Chri- stiano Ochsnero Weingartensis cœnobij religioso suscepitæ Præsidem egit; atque anno nondum evoluto Hieronymiani Collegij clavibus Burkardo Gatto consignatis ad Academiam rediit, Julio Priscianensi ob affectionem valetudinem Rectoris officio decedenti Successor datus.

Qui proximè Dilingâ aberant, heterodoxi Lavinganæ scholæ Theologi, ut negatæ superiori anno disputationis dedecus absterge- rent, ejusdem hoc anno copiam non rogati fecerent. 306.
Nostri La-
vingæ cum
Lutheranis
Theologis
disputare. Theses de ver- bo DE; typo vulgaverant, venerantque ad nostros Dilingam, qui ob- lato earundem exemplo mitti rogabant, qui oppugnantum partes suscipierent. Ne fidei confessum haberent, cautos anni prioris ex- perientia fecerat. Igitur missa ad eum, quem pagellæ auctorem præferebant, epistolâ, amicè rogant: ipsiusne scitu ac voluntate facta invitatio fuerit? veréque locum concedere venturis inter disputationes velit? Affirmante illo utrumque duo è nostris ascendere, paucis Theo- logiæ auditoribus comitati. Salutatis perhumaniter spatum, quæ vellent, opponendi datum. Modesta utrinque disputatione fuit, veri- tate tamen ita prævalente, ut Præses semel iterumque planè obticuerit; non probantibus silentium Lutheranis, & victoriæ à parte Catholica stantis confessionem interpretantibus; aliis pressam illam, nec apud suos usitatam disputandi formam incusantibus. Alia Adamo Tanne- ro nostro cum Aegidio Hunnio Doctore Lutherano pugna intercessit, 307.
Tannerus
contra
Hunnum
edita veram
relationem
de gestis in
Ratisbo-
nensi Cöl-
loquio. qui occasione Ratisbonensis Colloquij multa in Catholicos, in Jesuitas, in Tannerum denique commentus, onustum calumniis librum vulga- verat. Eum confutavit Tannerus, vera gestorum narratione Mo- nachij edita, ubi hactenùs eam, quæ de moribus est, Theologiam præ- legerat. Inde ad Scholasticam translatus Ingolstadium, ejus, cuius in Ratisbonensi disputatione socius olim fuerat, Collega esse cœpit Ja- cobi Gretseri, qui & ipse hoc anno Tomum tertium & quartum anti- quitatum sub alio D. Henrici Canish nomine: sub proprio alias item duos, *De jure & more noxiis libros prohibendi* ediderat; vir, quem nullus labor fatigaret, quem pro Religionis ac litterarum bono susci- peret.

In eadem Ingolstadiensi Academia florebat maximè Collegium D. Ignatij Martyris, quod præter nobiles permultos incolebant octo pri- mi nominis Comites. In eo præter litterarum studia quanta virtutis acura regnaret, pia viginti & amplius juvenum conspiratio palam se- cit, qui omnes successivè ad excolendum Ignatiana ascensi animum in nostras in ædes se receperè; quorum exinde is fuit integerimæ vite techor, ut etiam inter optimos distinguerentur. Par fuit ardor Di- linganorum, ubi plures itidem vicenis eam spiritus scholam sunt in- gressi,

gressi, quos inter erant octoni diversorum Ordinum religiosorum alumnii. Fervebant ubique religiosissima Abbatum studia, in restituendis pristino flori ac celebritati Monasteriis, quibus in promovenda eruditione ac pietate consilia ac operam conjungebant nostri Patres Diilingâ evocati: à quibus ipse Collegij & Academiarum Rector Julius Priscianensis vocante Georgio Abbe ad Vinea est profectus. In plenisque impensa cura lustrandis, instruendisque Bibliothecis, egregio sane operæ pretio. Non raro enim vetustissimi codices pulveribus tineisque subtrahiti, & honorifico, quem merebantur loco repositi, magno commodo posteritatis, ac veterum cœnobitarum honore, quorum utique diligentiae curæque debemus eam, quæcunque ad nos pervenit, antiquitatis notitiam. Spiritus tamen magis, quam eruditio spectabatur, Religiosis magnam partem, exercitorum spiritualium causâ in sacrum recessum se abdentibus, erantque hujus rei auctores aliis illi maximè, qui utilitatem experimento didicerant. Non pauci bonâ Superiorum veniâ propinquiora, in quæ ad animum ea methodo exolendum fecederent, Collegia delegere. Unus è celebri Monasterio Constantiam, duo item ex alio Bruntrutum profecti. Multi Præfules, ut esset Societatis nescendæ occasio, invitabant nostros Oettingâ præsertim, ad dicendum è cathedra, contrahebantque, cum nulla fuisset antea, intimam cum iis familiaritatem, ac consuetudinem. Eorundem Abbatum unus, Ignatianæ ascœdos toties sibi laudatæ virtutem experturus, remotis negotiis eidem solidos octo dies vacavit, quotidianus exercitorum illorum encomiastes, è quibus quantum animo ardoris injectum fuisset, statim, ex quo ad suos rediit, sublatis, qui disciplinam laxaverant, abusibus abundè monstravit. Habebat virum inter suos primarium, quem cum multæ aliæ præclaræ dotes commendarent, sola virtus non æquare videbatur naturalium donorum præstantiam. Huic auctor fuit, ut suo exemplo sacræ dierum aliquot solitudini se daret, eam illi, contrà quam opinaretur, jucundam fore ac plenam solatio. Ille monenti obsequens cum Oettingam se recepisset, prædictionis veritatem expertus, ac lacrimis perfusus noxas antea actæ vitæ omnes detexit, itaque mutatus ad suos rediit, ut hi non eundem, quem miserant, sed planè alium hominem ad se remissum scriberent. Ad Ratisbonense Collegium ab uno Abbatte seni, ab alio penè omnes è Monasterio missi, sancti operis socios invenire Cathedralis Ecclesiarum Passavensis Canonicum, cum alio Theologiarum Doctore. Neque ulla fuit in Provincia sedes, quæ gratissimis ejusmodi hospitibus caruit. Constantia præsertim Lucernæ, ac Monachij è causâ domi nostræ se abdidere viceni, viri omnes magni nominis, ac scientiarum & munerum titulis clari.

^{309.} Lucernæ Cùm privatæ illæ dierum aliquot meditationes tam uberem ubi cœptæ me que fructum afferrent; per paucis autem iisdem intendi otium & opportunitas esset, Lucernæ ab uno Patrum publica quædam meditandi ratio inventa, cœptaque est. Delecti in eum finem magni jejunij dies, quibus post decantatum Psalmum quinquagesimum conversus ad populum Pater quædam, quæ cuiusque diei Evangelium suggereret, ad meditandum puncta proponebat; quin & methodum præbat, quam & capere facile populus, & exequi posset. Consilium commen-
davit

davit successus opinione felicior. Nam extitit inde ad sacra tribunalia confluentum tanta multitudo, ut Patres copiâ vici eorum numerum inire desinerent. Erat inter accedentes una, quæ cum & aliorum exemplis, & internis conscientiae stimulis ad confessionem vehementer impelleretur, nihilominus medicinam præ morbo horrebat, quod peccatum ad eam diem celatum aperire non sustineret. Duravit hoc animi secum pugnantis tormentum, donec ad peccatorum asylum DEI Matrem confugit; cui, postquam Sabbathinum in omnem vitam rosarium vovit, horro tam noxio ingens sui manifestandi desiderium succeslit. Alia contrà dæmonem eo maximè nomine gravem sibi ac infestum sentiebat, quod frequentius, & quidem nostris confiteretur. Terrificâ formâ, ubi solam nanciscebatur, se offerens, jam cultrum, jam restim obtrudebat, quæs vitam abrumperet. At illa confessarij secuta consilium, DEI Matrem invocare tanto ardenter, & quod dæmon vetabat magis, eò crebrius confiteri. Ita brevi cessavit hostis, satis intelligens, conatus suos mulieri quidem salutares, ac sibi duntaxat noxios fore; illa autem victrix salutem ex inimico tulit.

310.
Confessio-
nem DEL-
para pro-
moveat dis-
bolus edit.

In agro verò Lucernensi læsam erga parentes reverentiam vindicans ultior Deus, severitatem salutari benignitate temperavit. Puella Filia in quedam à multo iam tempore cum acuti doloris febri miserrimè conficitabatur, nukum ab ullo sondeo lenimentum experta. Vincabant morbi sensum interni horrores, & perpetui ferè animi obvia extimescentis metus. In mali omnibus incogniti causam cum sola semel inquirit secum attentius; repente præter lecticam intuetur matrem suam, annis abhinc viginti mortuam. Horribilis erat aspectus, torva facies, & accensi flammis emicantibus oculi. A vertice ad genua usque igne lentum torrente involuta, manus protendebat, oeu invade-re jacentem ac lacerare pararet. Trépidanti ac frigido sudore diffusenti puellæ, dum varia mente versat, occurrit tandem crimen adversus debitam parentibus pietatem admissum. Mater olim accusata beneficij, judicium sententiâ publicè fuerat exusta. Qua die ad supplicium ducebatur, puella dedecoris impatientiâ furens, in hæc verba proruperat: utinam aut nata nunquam, aut morte statim à nativitate sublata fuissim, nec vitam in hanc diem coacta producere, quam tantum infamia & mihi & universæ familie inustum est. Quin excandescens in rēam, nihil unquam precis pro ejus anima se fusuram addebat. Et stetit improbo promisso fides; nullam unquam ad DЕtum fecit Matris defunctæ memoriam; donec terrifica illa species admissæ impietatis admonuit. At ista sic animum salutati horro percussum mutavit, ut votum mox ediderit, recitandi pro matris anima singulis diebus Sabbathinis rosarij, aliisque exequendi pietatis opera, quæ confessarius addenda judicasset. Vix ea conceperat, cum & aspectum horrido, & corporis mentisque agitatione se liberam sensit. Inde absque mora Lucernam ingressa rem nostro, ut erat, omne in aperuit; quo suadente sacra in primis fieri piacularia curavit, aliisque caritatis ac pietatis opera magno ardore exercuit: post quæ nihil ultra veloculos vel animum terruit: res tamen per ipsam vulgata multorum erga parentes liberorum petulantiam fregit: contrà nonnullis ob pardeli.

311.
matrem
supplicio
affectionis
durus acti-
mus occid-
gius.

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Num. 81um

Etum pari poena damnatis salutares ad pœnitentiam stimulos addidit. Nam hoc eodem anno tres foeminae beneficiis celebres ad rogam damnatae sunt, quæ tamen vita universæ maculis sincera confessione deletis magna edidere animi ad mortem optimè comparati argumenta. Privatum artis hæreticorum librorum magnus numerus, quos ad animos in fide turbandos invexerat hæresis. Verum brevi cognitos adhuc nemo domi retinuit, ut exurendos sponte obtulerint. Felicior fuit nostrorum industria, quæ septem & quinquaginta capitibus auxit numerum Catholicorum, quos inter unus erat, haud indoctus novi Evangelij Præco.

Concubi-
narij felici-
ter curati.

Cum vero dudum inteligerent nostri, heterodoxorum non paucis, ne agnitas veritati le dedant, obstatre improbos Catholicorum mores, palam ea, quæ damnant, patrantum, in id maximè incumbendum sibi existimavere, ut ea in primis scelerata tollerentur, quæ passim nota in exemplum abibant. Ita sublatus Patrum Lucernensis studio inter quatuor paria pessimi exempli concubinatus, qui semel in legitimum matrimonium coactuit, & revocatae à turpi quaestu undenæ aliae famosæ foeminae, magno suo & aliorum bono. Totidem sacerdotibus ab nostris Oettingâ quaquaversum emissis persuasum, ut missionem notis pellicibus darent. Nec pauciores Eberspergen-sium industria migrare jussæ, quarum una jam decem & octo annos illi luto immerita, emendationis desperatione à Sacramentis dudum abstinerant.

Castitatis
servato
exempla.
Mariæ e-
gregium la-
cius.

Non defuere alibi egregia in utroque sexu defensæ castitatis exempla. Friburgi unus ab impura foemina solicitatus, haud contentus fugasse lenam, urticis cruentare corpus non desilit, dum sensum libidinis omnem extingueret; cui non impar fuit alterius virginis animus, cui adulteri parabat infidias; quippe quæ octo integros dies maxima severitate se ipsa cruciavit, ut & vim, quam tandem minabatur, averteret, & meliorem sensum impuro homini à DEO impetraret. Verum honestæ conditionis matronam suum, quo in mulieribus pompa superbiam ac vanitatem ardebat, odium ad lepidum facinus impulit. Filiam habebat, quæ maternis monitis moribúsque æqualium exempla præferens, insano comedendi, capillos præsertim, quos pulcros & longissimos alebat, componendi studio multas ad speculum horas absumebat. Sæpius ideo increpitam cum nihilo meliorem fieri mater cerneret, semel cum in discriminandis ordinandis que capillis tota esset, arrepta forfice nihil minus expectanti capillum circa omnem abstulit, eumque mox ad notum è nostris Patrem deferens, rogavit, ut, si dæmonis personam proximè in scenam produceret, ejus caput non aliis, quam his ipsis filiæ sua crinibus ornaret, quibus sine dubio ad hanc usque diem cœnido insedisset.

Concioles
fructuose.
præsertim
in odis ex-
tinguenda.

Debebantur hi fructus præclaræ apud omnes. Divini verbi æstimationi, ac desiderio, quod terminoratores nostri, unus Gallico, duo Germanico idiomate explicabant frequentissimæ concioni. Crevit inde tantopere Divinæ præsertim Menstræ æstimatione & famæ, ut obiam magnum, Marianis præsertim celebritatibus se comprehendentium numerum facultatem impetrarint. Sedales Parthenij, iis fe- stis

stis præscriptam à Legibus Marianis lynaxin in aula scholarum celebrandi. Restituta etiam caritas, apud multos plurimum passa clementi, & conjugibus præsertim ad concordiam reversis, sublata simul odia, quæ familias complures, & potentes colliserant. Unum præterea extinctum odium, exempli tanto nocentioris, quod inter patrem, ac filium arderet, & in omnium ore atque oculis esset. Non defuere quidem officio propinquui, aliquique primæ auctoritatis viri: sed Patrem, quem in alia confilia facilem experiebantur, ad concilium tamen cum eo filium delapsi, surdum sensere ac obstinatum. Dudum ædibus prohibitum exhaeredare decreverat. Cum repente unâ, quâ mutua inter Christianos odia orator noster persequebatur, concione victus, manus dedit, filio offendam deprecante rursus in dominum ac gratiam recepto. Haud minimi momenti dissidia inter quosdam Ratisbonæ sublata, qui, ne odia cogarentur deponere, à Sacramentis abstinentes, haud leve Catholicis juxta & Lutheranis offendiculum fuerant.

Tam felix nostrorum dexteritas in sanandis odio laborantium morbis etiam Wasserburgenses, ac Dorffenses impulit, ut Eberspergâ accerserent, qui Magistratum cum civibus, atque horum inter se dissidia litesque componerent. Et poterat nunc tanto facilius satisficeri nostram operam expertentium votis, quod Ebersperga hoc anno primum incoli coepit à Patribus post absoluta Theologiae studia tertium ex Instituto nostri præscripto probandis. Duodecim immigraverant, cum Instructore suo P. Ruperto Reindelio Landspergâ translati. Tot capitibus aucta domus personas alere viginti coepit; Sacerdotes nimis sexdecim, & quatuor rei domesticæ curatores. Ut verò rei, in qua tantum ad suorum virtutem momenti Societas ponit, initia auspiciò fierent, ipse Provinciae Præpositus rem Divinam fecit, ac tertio probando, ut magnis animis id spiritus negotium susciperent, gravi sermone est cohortatus. Horum adventus et si in ipsa hiemis initia inciderat; statim tamen apertus labori campus, & catechetice institutiones pluribus, quam antè, locis haberi coepitæ, quarum fructus continuo patuit. Nam crevit in dies poenitentium numerus, postquam increbruerat, adesse, qui currentes audirent, Sacerdotum copiam; ita, ut eorum, qui vitam omnem retexuerant, plus mille numerarentur.

In eo numero puella fuit, Numinis etiam perditissimos miserans exemplum. Seducta misere, ac libidine insaniens, cum non ad esset, quocum flagitium committeret, consorte in sceleris adesse diabolum jussit. Adfuit ille confessum, corruptamque facti horrore agere in desperationem institit. Verum etiamsi salutem jam nullam speraret, neutquam tamen, quod infernalis leno optaverat, vim sibi misera attulit, sed in omnem deinceps libidinem se abjecit, nullo pudore, nullo DEI hominumque metu. Tandem scelerum conscientiam ultra non ferens, credere tamen Sacerdoti se horrebat, non tam aperiendi se verecundiâ, quam imprudenti metu, ne Sacerdotis indicio ad plures perveniret capitalium flagitorum notitia. Deducta erat enim, & à fidissimis amicorum certa esse de nostrorum fide ac silentio iusta sarcinam omnem ad confessarij pedes deposita, atque omne

314:
Pates terribilium probandi primū Eberspergam intraducti.

magnacolaru fru-
ctu.

315.
Duarum à peccatis conversio.

consilium executa fideliter, quieta deinceps, magnum Divinæ clementiæ exemplum vixit. Alteri confessionem horrenti muta imago pro valida concione fuit. Is minora confessus, fatendum ante omnia crimen celaverat. Cùm in ipso egressu è Templo in picturam incidit, quâ representabatur anima, quam ob simile suo flagitium dæmon raptabat ad inferos. In ea effigie se ipsum intueri se credens, cohorruit, parem exitum veritus. Ergo gradum primo stitit: mox ad Sacerdotem reversus, & vetus crimen, & novum, quo illud texerat, sacrilegium aperuit; docuitque, quâm non inutiliter hujusmodi picturas, ceu rudium magistros, prostare majores voluerint.

**Allorum ne
In ea rue-
rent, pra-
servatio;** Haud minus tamen operæ pretium duximus, præservâsse à vul-
neribus animos, quâm lœsos sanâsse. Nec una tantum se hujus rei
occasio obtulit. Apud Oettinganos uni civium ipsa die nuptiarum
centum aurei perierant, furto sublati. Magnitudinem damni tali
die malo omne illati superabat sensus injuriæ, tam profundè demissus
in animum, ut penè rationem everteret. Diu amici, sed frustra ex-
citare conati, nostrum tandem accersivere, eventu, plûs quâm spe-
rassent, secundo. Nam hortatu Patris ad spem & æquitatem ere-
ctus, deterlo omni mœstro, sic animum ad conformandam suam cum
Divina voluntate composuit, ut, veluti accepisset eam pecuniam, lœ-
tus, nec mentionem deinceps amissæ faceret, nec fieri pateretur; mira
profectio hominis tam intempestivam paupertatem acceptantis meta-
morphosi, accerto divinæ gratiæ in bonam mentem illapsæ argu-
mento.

**316.
Præser-
vatio
viri nobili-
s scelotypiā
tentia;** Majoris momenti opera non minus feliciter collocata in reduc-
do ad bonam mentem viro nobili, haud procul Oettingâ remoto. Is
aliquamdiu negotiorum causâ domo absens, ac tum ab itinere redux,
suspicionem violatæ ab uxore conjugalis fidei tam fortem attulerat, ut
illa furentis, ac pugnis contusam stricto gladio insequentis manum
ægrè effugerit. Nemine sedandi furoris causâ hominem sui impo-
tem accedere auso, destituta undique & inops consilij fœmina Patrem,
quo conscientiæ arbitro utebatur, de suo periculo edocet, infimis
precibus obtestans, ne se in tanto famæ vitæque discriminine desertam
vellet. Ille innocentem miseratus confestim advolat, reique seriem
& causas pleniùs discit. Tum virum, postquam è primo æstu se
collegerat, jam monitoris sibi dudum noti patientem, ita ad agnoscen-
dum errorem, ac conjugis innocentiam infectit, ut ipso adhuc præ-
sente præcipitem furorem detestatus, ac petitâ facti venia, redinte-
graret cum optima conjugi, quam laudatissimam alias coluere, con-
cordiam.

**317.
Locus &
cer purga-
tar & cul-
tui divino
restitutus.** Per aliorum Nobilium arces plurimum, & hic & in Suevia confi-
lio & adhortatione prosectorum. Præfocata apud nonnullos con-
cepta ex hæreticorum commercio ac libris errorum semina, his in
forum conjectis, sufficiisque synceris Scriptoribus, è quibus sana verâ-
que condiscerent. Una in arce obtentum, ut locus in ea olim DEO
sacratus, nunc pulveribus sordidus, ac rerum omnium receptacu-
lum, repurgaretur, ornareturque: in quo sacrum dein Pater Oettingâ
sepius excurrens cum summo Domini ac Familiæ solatio fecit. Sigen-
burgi

genburgi quoque & Lauterbaci nostrorum Biburgo frequenter evocatorum industriâ effectum, ut in utroque Templo excitandæ incolarum devotioni elegans altare consurgeret. Ad Divorum porto Cœlitum estimationem & cultum, unius præcipue Religiosissimi Abbatis in Sueviapietas valuit, quâ plures sacrarum imaginum centurias, suo ære paratas distribui inter subditos, ac ædium januis affigi præcepérat. Verùm ubi intellexit, nonnullis in locis Judæos, dato censu, in eadem domo cum Christianorum familia degere, eorum erga images odium veritus, dari eas prohibuit iis, qui in gentis Christo inimicæ confortio degerent. Ægerrimè serebant repulsam optimi certiorum illarum domini: & causam edocti, sine mora ædibus esse Hebreos jussere, facilius annui censûs jacturam, quām eam inter populares notam, & destitutas eo Catholicæ Religionis signo ædes laturi.

Crescebat ubique avitæ Religionis cultus. Et Monachij quidem imitatores hoc anno habere coepit inducta per nos in Provinciam decantandi quotidie per majus jejuniū quinquagesimi Psalmi consuetudo. Nam in Aulæ novæ Sacello, & utraque urbis Parœcia mos idem interceptus. Eadem in urbe Hungarici belli causâ, ipsa D. Bennonis festaluce ad Thaumaturgi Præfulis cineres à tota civitate supplicatio fuit. Dato summo manè post horam tertiam initio, continuatis per noctem precibus, postridie post septimam vespertinam finiit. Divisis per omnes status ac ordines horis, nostri, qui orarent, sub decimam nocturnam missi. Hac ipia, qua comprecari Monacenses desierant, die ad eundem Divum eadem de causa supplicatum venit Landspergensis civitas. Agmen fuit insigne septingentorum hominum. Quibuscum comites iudem profecti; qui auctores fuerant, Patres Joannes Molitor, & Hugo Roth. Æquavit frequentiam pietas, eque tanto numero nemo non expiatus discessit.

In ipsa Landspergensi urbe hoc anno per Dominici adventus ac Quadragesimæ Dominicæ coepitæ haberi pomeridianæ conciones, magnâ auditorum etiam, qui antemeridianam aulculturârunt, frequentiâ. Comissa quoque nostris trivialium scholarum cura: in quas inductus cathecheeos statu tempore explicanda mos; precandi item sub principium ac finem, statisque per annum temporibus juventutis ad confessionem adducendæ consuetudo. Utque semel recte instituta semper durarent, mandatum à Magistratu, ut, qui aliquoties per annum unâ cum nostro scholas obirent, de cuiusque statu ad Senatum referrent; nec unquam parvi ducerent curam quām optimè instituendæ juventutis, à qua & privatæ cujusque familie, & civitatis universæ bonum penderet.

Habuit verò non juventus tantum, sed adultior ætas monitorem longè utilissimum infamem paulò antè grassatorem; dum à ministris justitiae captus daretur in vincula. Nam exinde mira conversione morum carcerem in oratorium, longæ captivitatis rædia in cœlestes delicias verterat; nihil ferè, nisi ad DEum, vel de DEO loqui solitus. Sclera magno animi dolore nostro confessus, grave supplicium non

Hifser. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Oo æquo

æ quo tantum animo accepit, sed multò quām mereretur, mitius esse professus est. Loco supplicii pro cathedra usus, numerosum, qui spectatum accurrerat, populum vehementi oratione admonuit, ut aleas Iusūmque vitarent, quæ ipse scelerum habuisset initia. Inter iplos dein cruciatus, oculis in cœlo fixis JESU tantum ac Mariæ nomina absque alijs animi, doloribus victi, lamentis protulit. Nec effectu à tali oratore tali in loco facta admonitio caruit. Diu ab aleis chartisque cessatum; quas resumpsisse uni exitio fuit. Nam uti rarus sine jurgio & rixa lusus est, orta lite, alter ipsi in capite vulnus tam grave inflixit, ut jam aliena loquenti male omnes ominarentur. Sacro proin viatico muniri eum celeriter curaverant; quin tamen in ea festinatione dandæ percussori veniae meminissent. Vocatus interea noster, nec de vulnere, vel ejus auctore monitus inter alia tamen preparandis ad Christianum fine suggeri solita, etiam veniae iniūcīs, si qui essent, impertendæ admonuit. Tum enim verò durum id sibi videri moribundus ostendit, intentoque in plagam digito gravius simul animi vulnus aperuit; quod felici suadâ adhuc in tempore noster sanavit, quantaque in damna coniiciat insana spes lucri ex immoderato lusu capiendi, exemplum capere præsentes jussit.

^{322.}
Bacchanalia Oeni-
poni mo-
destiū agi
copa.

Ubique ager quem colebamus, ut lætior floreret, purgatus zizaniis, quæ vel neglecta radices egerant, vel naturæ in malum prioris vitio nova pullulabant. Erat superioribus annis, Oeniponti præsertim Saturnalium tempore ingens per urbem bacchantium numerus, & ob ipsum numerum audacior insolentia. Cùm, aliis abusibus minimè levibus jam sublati, etiam hunc oppugnare, felix in similibus Ecclesiastes noster instituit. Orationes, quas in eam rem validas habuerat, altè descendisse in animos, mira per eos dies in plateis solitudo monstravit. Sub proximum verò majoris jejunij tempus non defuere viri, opibus etiam ac muneribus clari, qui quotidianas corporis afflictiones, Confessario approbante subirent. Matronarum etiam in pauperes eminuit caritas, quos multæ semel, non nullæ sæpius per hebdomadem habuere convivas. Pridianum jejuniū communioni præmittere à multis inductum in morem; quam octavo quoque die obire, jam cœperat esse familiare.

Hauit ex hoc fortium cibo invictum robur illa virago, quæ hostes adoriri ausos, quotquot oppugnârunt, omnes devicit. Bis per fraudem inclusa, magna primū offerente rejecit: vim parantem elato clamore fugavit. Semel sub noctem majorum imperio domo progressam cùm nobilis procus interceptisset, scelus recusantis pectori admotus pugio has tantum intrepidæ mentis voces expressit: Occide; læta mortem excipiam, dum pudicitiam servem vitâ cariorum. Eliminatae à contraria fraudes, in quas ne se se ignari induerent, multi non antè conclusi, quām ab injustitiae labe immunes confessarius pronuntiasset. Ipsi circum Parochi, si quis arctior nondus suorum quempiam stringeret, ad nostros milere, crescente ex æquo in plebe ac Patribus discendi docendi que ardore.

Atque

Atque ut iij maximè paternam Societatis caritatem sentirent, quibus parentum curam mors præmatura subtraxerat, Augustæ præser-^{323.}
tim hoc anno res magni ad Religionem momenti perducta ad exitum, & averla multarum innocentium animarum clades. Erat in hac mix-<sup>Orphano-
trophium
Catholi-
cum erigi
per nostros
Auguste
ceptum.</sup>
ta Religionis civitate una duntaxat orphanorum domus; sed cuius pro-
curatio sive violentiâ adversariorum, sive Catholicorum connivenzia
penè Lutheranos erat. Atque his in ædibus etiam Catholicorum
liberi sive orphani, sive exposititi, exclusis Magistris Catholicis, hæ-
resi imbuebantur. Evidem pridem gravissimum istud Religionis de-
trimentum, publicamque nostræ juventutis perniciem civibus æquè
ac Magistratui exposuerant Patres: sed quidquid ageretur, nihil æquum
obtineri ab acatholicis poterat, quo cunque titulo ad se tracta retinen-
tibus. Ergo desperata hinc ope, ad civium opulentiorum caritatem
conversi domum tandem impetrârunt, quæ juventutem in discriminè
collocatam caperet. Ad hanc è perniciose contubernio ad unum
omnes educti, erectis per Templa gazophylaciis ali cœperunt. Aë-
ris posteà nonnihil è publico datum; cui cùm frequentes identidem
piorum largitiones accedant, durat in hanc diem cœptū auctoribus No-
stris tam necessariæ pietatis institutum. Divisa utriusque sexus con-
tubernia sunt, & à proprio ludimastro erudiuntur: fidei verò &
Catholicæ pietatis documentis imbuuntur à nostro. Ætate maturâ labo-
ribus, puellæ ad famulatum, pueri ad opicia discenda dimittuntur.
Quod Patrum in orphanis corpore animoque juvandis studium, con-
tinua civium liberalitate suffultum, saluti fuit & esse pergit innumerus,
quos fecus in hæresis, vel criminum abyssum impulisset malesuada pau-
pertas. Sperabant inde in merito civium Catholicorum familiæ servi-
tia iis simillima, quorum tunc exempla passim etiam Lutherani lau-
dabant; quæ, ut festis diebus accedere liceret ad Divina officia, pro-
festis duplicabant laborem. Erant quinimò ex ancillis non pauca,
quæ postremo sanctioris hebdomadæ triduo Lutheranas conducerent,
quæ interea in domesticos labores succederent; dum illæ per Tem-
pla circumeundo, prolixis precibus, jejuniis, alijsque pietatis exer-
citii sanctum illud otium patientis Domini memoriam consecrarent, con-
funderentque Lutheranæ familiæ verbosam in Christum pietatem, fa-
torum inanem.

Post ipsam civitatem proxima ad culturam vicinia fuit, & cateche-^{324.}
ticis præsertim lectionibus Lechusij, Oberhusij, Göggingæ, Fridbergæ
instituta juventus. Ultrà tendenti è Patribus uni id evenit feliciter, ut
corporis quoque salutem cuidam gravi morbo decumbenti afferret.
Nam eum ut viseret rogatus, & linguæ & mentis usu destitutum cùm
invenisset, animæ magis quam corpori timens, ut saltet tantum sen-
sus reciperet, quantum ad impertiendam cum fructu peccatorum
veniam satis esset, hortatur familiam, ut secum ac socio se det in pre-
cess, opemque imploret Beati Patris nostri Ignati. Ejus sacras
Reliquias secum gestabat; quas collo infirmi nihil, quid circa se fieret,
sentientis suspendit. Cùm ecce post pauca momenta vocem ille, ac
mentem recipit, morbo se liberum afferit, sequenti die de lecto sur-
git, sanusque ac valens ad consuetos labores redit. Nec minus sa-
lutarem Ignatianarum Reliquiarum virtutem Oettingæ veteris experta
est mulier, cuius alterum brachium graves cruciatuſ occupaverant,

adversis quos nihil illa medicina profecet. Hos noster admota particula vestis Ignatianæ momento discussit. Paulò post idem velsimile malum in pede dextro confedit; quodidem remedium momento expulit, magna admiratione circumstantium. Puerperis, diffisi cili partu solvendis, uti pridein, nullum præsentius remedium; quas inter Oeniponti præfertim una mottem, jam omnium iudicio instantem evalit; quo ipso in loco moribundum semestrem parvulum, à parentibus sibi commendatum servavit noster Indiarum Apostolus.

325.
Et Eber-
spergæ D.
Sebastiani.

At Eberspergæ D. Sebastiani cultorum frequentiam & major ob sacerdotum numerum peregrinos juvandi commoditas, & maximè in vota vocati facilitas auxit. Qui voti causâ anathemata ejus aræ imposuerunt, suè plures quinquagenis, parvo, si hodiernam frequentiam species, numero, pro temporum tamen conditione permagnæ. Pleuritidem, dysenteriam, malignas febres, articulares morbos, maniam, pestem, eo remedio evitârunt plurimi, aut depulerunt. Unus flamas è vicinarum ædium incendio jam teatrum lambentes, edito ad Divum voto avertit. Alius pagi curio ex lue subito inter suos diffusa jam viginti extulerat; pluribus adhuc cum malo luctantibus. Vovet igitur, se suosque Eberspergensi sospitatori stituruim cum munere valuitque votum, ut & neminem posthac invaderet morbus, & qui tenebantur, salvi omnes & incolumes surgerent. Adhuc & vetus quædam Christi è cruce pendens Imago, & D. Antonius Abbas habebant supplices; qui varios ex ea religione favores in se profectos commemoravere.

326.
DElparæ
Oettingæ
veteris &
Allerstorff-
fi.

Lætus ista audiebat Guilielmus Dux; nihil verò auditu jucundius erat, quæm quæ Oettingâ nuntiabantur quotidiana fermè Marianæ cultûs incrementa, affluentibus undique diversarum nationum populis. Nec enim è Bavaria, Austria, Suevia dux taxat accurrebatur; verùm è Stîria, Carinthia, Hungaria, Alsatia, Helvetia, atquo ipsa Italia supplices adventabant; prodigiosis attracti beneficiis, quæ peculiares fasti commemorant. Nec Biburgensem nostrorum paucitas sufficere multitudini poterat, quæ Allerstorffium salutandæ DElparæ causâ nunc turmatim, nuncè pluribus simul oppidis pagisque, ordinatis agminibus adventabant; erantque semper, qui anathemata ex voto debita in altari deponerent. Eminuit inter omnes Rhorense Collegij Præpositus, cum senis è religiosissima illa Familia huc supplex profectus. Si quod malum premebat viciniam, certum ad Allerstorffensem collem perfugium erat; quem, cùm longis caloribus sata circum urentibus, Abusini cives ascendissent, eadem die sagetes suas largo imbre recreatas conspexere. Inde ex eodem opido foemina aureos ædi Marianæ quinquaginta donavit; aliis bonorum omnium haeredem DElparam scripsit. Divi Leonardi Templo Biburgo proximo concessum à Summo Pontifice, ut sacra in eodem Mysteria percipientibus quater in anno poenarum omnium condonatio esset. Difficilis in concedendis id genus gratiis (quarum multas revocaverat) Paulus Pontifex erat: Gregorij tamen de Valentia, quem magni faciebat, id precibus dedit.

Hifce

Hisce nostrorum erga se officiis respondere vicissim favoribus vi-
sa DElpara, dum binis læsam graviter valetudinem Lucernæ restituit.
Ex his P. Ottmarus Schönauer quintum jam mensem hærebat affixus
lecto, membris penè omnibus captus. Cùm nihil humana profi-
cerent, subiit mentem Lauretanæ memoria Virginis, quam in Sacello
ad Lauretani illius formam erekto præcipua alias devotione colebat.
Huic ubi erekto in spem animo sacrum pro valetudine vovit, redeunte
mox usu membrorum surrexit. Alter Frater laicus affectum malè
brachium à multo iam tempore curabat, nullo operæ ac sumptuum
pretio: exsoluto tamen, quod ad DElparam Werdensteinianam con-
ceperat, voto & ipse convaluit.

^{327.}
Ejus ope
duo è no-
ris Lucerne
fanantur.

Ex reliquo sociorum numero mors feros, immaturo, si extatam
species, sato subduxit. Primus Monachus vivis excessit P. Joannes
Appenzeller, superiore primū anno evocatus Ingolstadio, & Al-
berto Principi Filiorum Guilielmi Ducis postremo Matheseos Magister
datus. Aicham Bojorum patriam natus, annorum deceas novem
adolescens ad Societatem venerat, totidem ferè annis nobiscum litte-
rarios inter labores exactis. Linguas Latinam, Graecam, Hebraicam
exactè callebat, mathematicis artibus præstans, aliquando illas ma-
gna cum laude professus. Easdem cum nuper in aula tractandas su-
scipisset, erumpens, qui intra viscera se abdiderat, morbus, in vol-
vatum desit. Inde ut mortem instare à medico audiit, vultu animo-
que immotus respondit: *Lecatus sum in his, qua dicta sunt
mihi: in domum Domini ibimus.* Ita corpore dolorum vehemen-
tiā victo, inter insignes virtutum actus exspiravit decimā Iattuarī,
præsente ad ultimum usque halitum Guilielmo Duce, ac dignum viro
religioso exitum palam collaudante.

^{328.}
Moritur
Monachij
P. Joannes
Appenzel-
ler.

Duorum, quos proxima æstate mors Ingolstadij deprehendit, ^{329.}
exitum non præcocem tantum, sed tristem fecit casus, qui utriusque
repentinus opprescit. Ampliando Collegij ædificio area paraba-
tur, removendo veteres domunculas, quæ oblitabant, & calum ipsa
vetustate minabantur. Vigesima dies agebatur mensis Junij: cùm
à prandio sub ea, quæ ad colloquendum conceditur, hora eam ipsam
aream ingressi perlustrabant cum aliis juvenes duo, Georgius Kirch-
mair Phyllices auditor, & Ludovicus Morenweiss adjutor laicus. At-
que ad veterem illam domunculam postridie destruendam progressi,
consistunt primū, & extimam speciem oculis obiisse non contenti, sub-
intrant, ac tandem etiam manibus tentare incipiunt infida latera: cùm
cedente fundamenti suffossi sabulo, corruens repente murus utrumque
oppressit, duobus aliis graviter sauciatis. Ambo Boij, & admodum
juvenes erant. Georgius enim sepimum ac vicesimum; primū
vero & vicesimum Ludovicus expleverat. Ille orationi cum primis
addictus, pridie ad remoti Salvatoris in Bettbrunn jejunus ierat, redie-
ratque: alter mortis in omni ferè colloquio mēmor, semelitem pridie
exomologesin instituerat, publica sui, & aeti diveteratione sub-
uncta.

330.
Exstruē
nova Col-
legij pars.

331.
Item Land-
spurg.

Adīficij porro, quod nostri moliebantur, haud dubia erat necel-
litas. Incolarum numerus jam septuagesimum cūm excederet,
zgrē omnes triclinium vetus capiebat. Igitur à fundementis ex-
structa est pars illa Domūs, cuius infima contignatio culinam modo
ac triclinium complectitur, amplum illud altūque, duabus fultim
columnis, ac candido, quale Patria gignit, marmore stratum. Lu-
cernenfis Collegij paulatim surgentis angustias, exstructo novo hypo-
causto Magistratus laxavit, impensā centum & octoginta florenoruim.
Landspergensium necessitatē, quod meminimus, vidua comes Helffen-
steinia Domūs Mater succurrit, cujus ope pars illa veteri structuræ ac-
cessit, quæ nunc Templum cum reliquo ædificio conjungit. Ea
quà collegio neclit, conclave continet: quà verò Templo est pro-
xima, in ima quidem parte sacrarū habet, fornice lateritio colum-
nā fulto munitum, quo potior ac melior Templi supellex commodè
ac tutō servatur. Huic amplum hypocaustū insit; quod tunc
quidem tironum nostrorum habitationi aptatum; nam docentium
hiemali tempore Museum est.

Bruntrut
aucta res
familiaria.

Mūlis ipfis Gymnasium dum ædificaret Bruntruti Fundator Episco-
pus, cūm ad eam diem vinum pro nostris ex arce misisset; significari
nunc jussit, quod duduim optabamus: se deinceps quadringentorum
florenotam censem annum daturum; dum ea, quæ Fundationis lit-
teris inferuisset, promissa impleret. Commodū ex legato Ioannis
Camus, ratione villæ Lucellenſi Monasterio proximæ, Collegio libras
mille ac ducentæ obvenerant; è quibus aucta continuo Bibliotheca
florensis quadringentis in libros expensis; quos quidem redditurum se
nobis recepit Episcopus, ut datam de Bibliotheca instruenda fidem
liberaret; quod ne statim faceret, graves aliae, quæ ætrarium affixe-
rant, necessitates obstabant.

332:
Dilinge
Collegium
S. Hiero-
nymi novis
ædificiis
amplificat
Henricus
Episcopus.

Hæc eadem cauſa etiam Dilingæ Hieronymiani Collegij deside-
rata dudum incrementa distulerat. Crēcente in dies contubernij
nobilissimi famâ pridem is erat recipi optantium numerus, ut de am-
pliando ædificio, instantibus nostris, consilium cœperit Joannes Otto
Gemmingius, is, qui Henricum in Episcopatu antecesserat. Morte
cœptis intercedente, reliquit eum in finem certam pecunia
summam, è mulctis quibusdam collectam, de qua alio anno redibit
scribendi occasio. Spes cum hoc Præsule emori visæ, in Henrico re-
vixerant: quam in id opus tanto constantius incubituruim ex eo præce-
perant Patres; quod is angustæ habitationis incommoda novennij expe-
rimento didicerat. Nam à primis latinitatis rudimentis ad Logicam
usque in eo Collegio perduraverat, semper inter æmulos primus, nec
unquam sine præmio ad aliam classem progressus. Evenit, quod
speraverant: inter primas novi Principis curas, ædificij iam in publi-
cum utilis dilatatio fuit; & jam seculi proximè elapsi anno nonage-
imo nono convehi lapides cœpti, tardè tamen & parciūs, quām ut
fieri ædificando initium posset.

Area com-
paratur.

Anno proximè elapo urgere negotium cœpit Christophorus no-
ster Grenzingius, vir ob litteras ac prudentiam Principi cum primis ca-
rus; quem à cathedra Theologica avocatum, ad regendum convictorum

CON-

contubernium suprà meminimus. Ergo serio agi nostros inter ac Principem cœptum de duplici ad priores ædes additamento: quæ quidem ambo nunc perfecta videntur; atque in uno Religiosorum; in altero convictorum nobilium, & alumnorum contubernia sunt. Priori quidem ædificio commodum facturæ spatum erant ruinæ antiqui. Alteri vero area emptione quæsita est; quam tunc quidem domus præalta, stabulum, ac horreum in casum inclinans penè totam implebant. Emptori Monialium Dominicanarum, quarum in propinquuo Monasteriū est, consensu opus erat; quem illæ malevolorum consiliis (contrà, quām Princeps & nostri merebantur) nunquam daturas obstinaverant. Prævaluit tandem recta ratio, & reverentia Principis, veniente florensis bis mille trecentis totum spatum, longum pedes quatuor & quadragesimos supra centum, septem ac tricenos latum. Operis matutandi causâ conventum cum architecto Grisone Joanne Alberthalio, proque vetustis ædibus destruendis, struendis novis, ac ad usum accommodandis promissi floreni supra ter mille nongenti.

Percommode tunc vacabant ædes Horckhaemianæ, quas vacuas egressi nuper urbe Franciscani Patres reliquerant. Scribi statim ad Dominos Henricus jussit; eas pro justo censu suis tantisper obsequiis comodarent: at nihil à quoquam responsi datum. Graviter hunc sui contemptum Princeps tulit, ac mox erga tam inurbanos iure suo in urbe subdita tisus, Wolfgangum Benckerum civitatis Ammannum (ita præcipuum inter cives Magistratum nominant) cum fabro serario misit, qui reseratis ædium foribus claves omnes ad Grenzingium Regenterem attulit. Iis acceptis, continuò à Religiosis, eorumque Præfectis Georgio Salbio & Ferdinando Crèndelio inamigratum est. Erant numero quatuor & octoginta, à novem ac triginta Monasteriis Sueviæ, Bavariæ, Tirolis, Helvetiæ, Alsatiæ missi. Cibum in veteri suo, quo commodissimo utebantur, triclinio capiebant, reliquum omne tempus agebant in occupato recens diversorio, pro conclavium spatiis ac opportunitate divisi; adjecta insuper, ne habitarent æquō angustius, Beckianarum ædiuin parte, suis contigua.

Religiosi
transfereantur in ædes
Horckhaemianæ.

Sub Martij mensis medium, dejectis veterum domorum muris, area purgari, & effodi cœpta fundamenta. Duodecima die Maij solita cum ceremonia primum in fundamento lapidein collocavit ædificij auctor Episcopus, præsentibus honoris causâ Hieronymo Præposito Wettenhusano, Hieronymo Stott ab Ostrach, cathedralis Augustianæ Decano, Zacharia Furtenbachio, Agustano item Canonico ac Vicario Generali, cum aula Principis & Academia universa. Prandum exinde in horto Regentis datum. Muriorum Grisonum, quos è Patria secum Alberthalius adduxerat, præsente semper magistro, is ardor fuit, atque celeritas, ut muris sub extremum Novembrem perfectis, absolutum ædificium techo corona verint. Episcopus, præter subsidia pecuniaria, ligna, lapides, & equos frequenter ad vecturam submisit, & quatuor aliis, à Regerre Grenzingio emptis, pabulum intet suos præberi jussit. Quatuor florinorum millibus à Principe donatis, mille alios Augustanum Canonorum Collegium de suo adjecit. Ita sublato, qui tot annis obliterat, pecuniarum defectu intra paucos menses viendæ molis ædificium fieri, quod hodie dum gloriosum Auctorum nomen spectatori comen dat.

Septem.
mensis
spatio ab-
solvitur æ-
dificium.

335.
Kissingam
memunita-
te donant,
& multis
nos mole-
stis ex-
munt Sere-
nissimi Du-
ces Bava-
riae.

Augustani Collegij Oeconomiam empto Kissingensi pago stabili-
tam, anno superiore narravimus. Cum primum capta possessio:
statim nobis ab omni circum vicinia incommodatum est. Et certum
semper damnum erat. Aut enim adversario concedendum erat,
quod injusse petebat: aut magno emenda Praefectorum gratia. Cir-
cumventis veluti ex condicto unum fuit solatio, Kissingam in Boica
sitam; à cuius Principibus sperare Societas auxilium posset, quod ta-
lium hominum cupiditati atque injuriis res nostras subduceret. In ma-
nibus Diploma erat, anno prioris seculi septimo ac nonagesimo no-
bis consignatum, quo declarabant Principes, Rectorem, ac res Au-
gustani Collegii, si quæ unquam Boico in solo forent, pari, quo cete-
rorum Religiosorum, loco ac jure fore. Monachium igitur profe-
ctus Provincialis Roseffius, quæ pateremur, & quæ contrà petere-
mus, Serenissimis Patri, Filioque regnanti exposuit. Clementissi-
mè annuerunt supplicum votis; & statim Maximilianus suprema au-
toritate, dato altero amplissimo Diplomate, Kissingam immunitatis
jure donatam, liberam esse Toparchiam jussit, nullis Judicibus, Præ-
fectisve, seu Provincialibus, seu Urbanis, eorumve vicariis subje-
ctam: ita, ut Kissingensibus subditis nulla esset à nobis, nisi ad ipsum
Principem provocatio: quæ res quantis deinceps molestiis ac damnis
viam præcluserit, antegressæ vel unius anni tricæ nos docuèrent.

336.
Et faculta-
tem lig-
nandi con-
cedunt.

Hoc beneficium per se grande alio præterea factum est auctius.
Ob silvæ propriæ desetum, in eodem pago magnâ laborabatur lig-
norum penuria. Est quidem ultra Lycum nemus, quod Kissinga-
num appellatur: sed incæduum illud, ac sacrum esse venationum
Praefecti jusserant; ceu reservatum oblectamento Principum; quo-
rum quidem à centum annis nulla ibi visa venatio. Poterat sine ve-
nationum damno lignatio fieri: sed uno aliud contra Jesuitas
stimulante, nimis multi obstabant, Meringano, in cuius ditione lucus
erat, Praefecto duce. Multas, & graves in speciem causas congel-
serant, ob quas subditis nostris negari deberet hoc inopie levamen-
tum. Verum iis diligenter excussis, aliter Principibus visum, &
adversariis frustra indignantibus, Kissinganis ad decennium concessa

337.
Fit nostra
tota Kiffin-
ga, emptis
Illungis
& Avviano
prædiis,

in Meringano saltu lignandi facultas. Prædium quoque cum domo
murata, quod Illungi hoc in pago ab annis trecentis possederant, no-
bis vendidere, perlolo novem millium florenorum pretio: quibus
aliud minoris proventus à viro illustri Christophoro ab Owem emptum ac-
cessit. Sic tota in Collegii Augustani ditionem Kissinga concessit,
iis tandem iuvantibus maximè, qui ante obliterant acrius. In has
expensas cum minimè sufficerent domesticæ opes, contractum apud
alios æs alienum, multorum favore levius redditum. Eminuit etiam
hic Fuggerorum Domus Fundatorum munificentia, quâ mille aureo-
rum debitum de ære suo expunxere, perdurante in Nepotibus Ma-
jorum erga Societatem animo affectuque. Bibliothecæ duento-
rum aureorum libros alias Mecænas intulit.

338.
Constantie
revocatur
Decretum;
de conce-
denda no-
bis parte E-
piscopalis
Palati.

Haud multò parciores in offerendis præstantibus libris extitère Pa-
tronii erga nos Constantiaz; ubi mutata subito Episcopi ac Canonicorum
consilia vehementer primò nostros turbarunt; non agnitâ statim pro-
videntia Numinis, gravibus, quibus per priora pacta nos induerainus,
mo;

molestius vel invitox liberantx. Oblatam nobis, & acceptatam, cui Collegium inadificaremus, Episcopalis Palatiū partem fuisse, nuper retulimus. Annus interea integer otiosus effluxerat, quin dari adiutorio initium posset. Intra quod tempus varia occurrabant Canonicos, & ab aliis suggerebantur argumenta mutandi decretum, quod in re haud sanè levi, & perpetuum duratura facili nimis assensu probabant. Igitur ad festum assumptæ in cœlum Virginis, cum omnes ex more collecti adessent, instituta rursus deliberatione, statuere: revocandum esse, quem dedissent, consensum; explicatis Episcopo rationibus, quæ & ipsos ad mutandam mentem compulissent, & majori adhuc jure Principem deberent impellere.

Multa, aiebant, & gravia esse incommoda, quæ illa Episcopalis Palatiū, in nostra iura transituri, divisio & Episcopo, & Canonicos, & nobis demum ipsi certissimo esset allatura. In primis habitationem illam adeò nulli hactenus amplam nimis pro Principe visam; ut, si par sumptibus ærarium foissit, laxaturos pridem fuisse præcedentes Episcopos nemo sit, qui dubitet. Quodsi olim id facere in anima Successor induceret; quod spatium superfore, cum in angustias redi quo obstat Collegeum? Nam impetrandi à civitate amplioris fundi, etiam pretiodato, spem nullam esse. Si, cum extendi nequeat, altius extollatur ædificium; certas semper, nec iniquas Patrum querimoniæ fore: liberum quibusvis ad se aperi prospiculum: aërem contra lucemque intimum. Alia deinde qua demum ratione compensaturum Episcopum, quæ nunc sibi ademta nobis concederet? In assignata Collegeo parte contineri habitationem Præfecti Palatiū, quem tamen in eodem, aut certè vicinissimum degere officij ratio postuleret. Do-
num igitur aut emi in vicinia, aut extrui oportere: quod cum omnium morum defeluum ægrè futurum sit; fundum quoque volentibus do-
fore. Si ædes conduxit placeant; sibi rursus detrahere debere Episcopum, quo vel censum annum solvat, vel salarium augeat, once
re nunquam desituro. Aream insuper, ac porticum amitti, ubi ha-
ctenus reponi consuēset necessaria Palatiū tecis muriisque reficiendis materia. Igitur & in hos usus spatium aliud de suo assignare debere, aut emere novum è Fabricæ ærario, quod quidem in sumtus ordinarios plerumque non sufficere omnes norint. Quin & Privilegia, quæ roti, quod Palatiū muris clauderetur, loco per ampla largiti sint Cesares, et quæ nobis cederet, parte inutilia fieri: ut pote à nostris institutis aliena.

Præter ista, quod Principi cum primis attendendum existimat, innotetur esse, quod passim circumferatur per urbes Germanie. casus rumores
maxime, ubi cathedrales Ecclesiaz sint: solam esse Constantiam, quæ partem Palatiū Episcopo auferat, quam Jesuitæ inhabitent; nullo præ-
cuntium exemplo, gravi sequentium præjudicio. Sanè ipsi etiam Cathedrali Templo male consultura videri, juxta quod aliud penè con-
figuum surgat; unde non Musica tantum, sed conciones audiri, ac penè sermones possint, magno sacrorum, & sacris in altero præsentium incommodo. Etiam Templi Principis luminibus obstrui, ac pro-
tenebris, de quibus nunc querantur, noctem induci. Si denique, *Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII.* Quid quod

Argumen-
ta, que id
suadent
ex parte
Episcopi &
Canonico-
rum.

Incom-
oda in Epi-
scopum re-
spondantia.

rum
rum
rum

Indemnitas
Capituli
li.

quod in magno, uti Principum esse solet, famulitio proclive est fieri, exortum in aula incendium Collegium exureret; unde novi ad novum ædificium suuntus? Solusne latus est totum onus, & unde, Episcopus? An in partem venire Canonicorum Collegium vellet? hoc tale periculum, quod nunc ipsi à se & successoribus aversum irent, neminem fore, qui improbet.

343. Tandem iplos Patres, tam promptie acceptando oblatâ non lati-
Alia, quæ providisse videri, in quas se se molestias remedio caritatis coni-
consideranda sint. Profectò tota urbe locum nullum videri, Religiosorum, &
& amolientis Societate præsertim, laboribus æquè, ac quieti tam adversum. Di-
da ex parte versi ordinis sexusque hominibus, seu officii, seu negotij causâ aulam
nostram semper implentibus liberum fore in areas, hortum, ipsa adeo cubicula
prospectum. Hos inter, cùm iudicij Aulici tempore, quod bis per
annum publicum dari in Palatio solet, multi esse heretici soleant, fa-
cile illatam nostris aut verbo aut facto injuriam dare ansam querimoni-
niis posse, que nos cum illis, vel aula collidèrent. Prælente Principe, in-
ter tot homines in sanctas angustias coactos, non silentium unquam, aut
ordinem; atque inde nostris nec ad somnum, nec ad preces vel stu-
dia quietem fore. Nec prodesse, quod raro Princeps Constantiæ
degat: certiore in fore ordinem, si Aulæ mora longior in civitate, vel
perpetua esset. Etiam, quæ plateam Domus respiceret, à fonte pub-
lico, unde aquam omnes circum familiæ petant, proximaque communi-
nitem domo lotoria molestam viciniam esse; à quo incommodo gra-
vi & quotidiano, nos ullo unquam tempore liberandi spem concipi
nullam posse. Etiam septies per annum institui examen eorum, qui ad
sacros Ordines petendos magno numero affluant. Neque id abs-
que nostra molestia fore; sub autumnum præcipue, ubi sub eosdem
dies discipulorum ad aliam classem promotioni a nobis præmitti ex-
amina soleant.

nos ingerendi occasionem captâsse: & quamcunque litigantium partem aut erigeret , aut feriret judicantis sententia ; quemvis pro arbitrio pronuntiaturum , Principi , an Patribus suam quisque sorte debeat. Utque nostri suarum legum tenaces nunquam se ingerant ; opinionem tamen difficulter exempturos : eos penè domesticos , nullam in tractandis negotiis partem habere. Id longè certissimum : hominum commendari se aulæ rogantrum importunos accessus ægrè prohibituros: quibus sive negent , sive annuant ; certam semper unius partis offendam fore. Itare pro sua gravitate à neutra partium satis morose discussa , videri sibi , vel à nobis met ipsiis modis omnibus quærendam irritationem pacti ; quod illisne , an nobis onerosius esset futurum , in dubio sit.

346.
Significa-
tur senten-
tia Patribus.

His Episcopum inter ac Canonicos secreto pertractatis , decreatum est , revocare nuperam de ~~permittenda~~ nobis Palatij parte sententiam ; vocatisque ad confessum Patribus idein sine mora significatum. Attonuit nostros inexpectata de negotio , quod peractum credebant , tam repenteverso sententia. Modestè querebantur : locum sponte sibi oblatum , eorundem , qui obtulerant , voluntate nunc eripi. Destitui subito longam tot annorum patientiam : cuius fructu cùm & civitas & tota circum vicinia gaudeat , ij soli fraudentur , quorum sudoribus ager ille rigatus fuerit , in quo evulsis zizaniis segetam lœta Horceret. Sic navi ex ipso portu in fluctus rejecta , iterum in longum trahi negotium , in quo ad exitum perducendo Pontificum Cæsarum , Archiducumque , & Constantiensium maximè Præsulum , ac Canonicorum studia tam diu collaborassent. Sibi quidem , postquam ita decretum sit , solas , quas opponant preces , ac justi doloris voces superesse. Spes porro omnes in Celsissimi Principis ac Reverendissimi Capituli gratia repositas habere. Omnes equidem nostros consolati , neutquam se negare , sed mutare locum velle asserueré. Experturos nos , res nostras inter primas sibi curas esse. Intra dies octo sedem Collegio assignaturos , negata commodioreim. Verum sive hanc curam alia negotia excusserint ; sive adhuc discreparent sententiae , profectis re infecta ex urbe Canonicis , opus adhuc fuit bimestri patientia , non sine magno operæ pretio.

347.
Locus alio
us , & con-
ditiones
proponen-
tur.

Vigesimâ secundâ die mensis Octobris voluntate ac mando. Locus alterus , & con-
ditiones proponen-
tur.

Episcopi delecti sunt , ac in ædibus , ut vocant , capitularibus convenire iussi , qui de collocando ac dotando Collegio iterato tractarent. Post varias consultationes ac disputationes in sequentes tandem articulos consenseré : I. Dos Collégij erunt quadraginta millia florenorum Rhenensium , monetæ Constantiensis : ad quam sumam conflandam contribuet Princeps Episcopus octodecim millia ex redditibus mensæ : cathedralē Capitulum sex millia : Prælati Diocesani sedecim millia florenorum. II. Pro Collegio ac Templo ædificando habebunt Domum capitularem , cum contiguo Sacello S. Catharinæ , & parte horti Episcopalisi. Pro Gymnasio tradetur Granarium cum domo supremi Curatoris Capituli (die Ober-Pfleg)

Totum verò ædificandi Collegii, Templi, Gymnasij onus incumbet Societati; ad quod levandum stipem ipsa corrogabit. III. Cellæ vinariæ infra scholam Casuum, ac Dialecticæ extantis usus in perpetuum conceditur Collegio, dominio ejus remanente penes venerabile Capitulum. IV. Doceant Patres quinque scholas humaniores publicè, videlicet primam, secundam, & tertiam Grammatices, Humanitatem & Rheticam; Dialecticam item, ac Theologiam moralē: & in cathedrali Ecclesia perpetuò diebus festis ac Dominicis publicè concionentur. V. Censum quadraginta millium florenorum exigere poterunt post annum à die factæ à Præposito Generali approbationis. Hæ conditiones evocatae pridem Societati, & cum quotidiano Religionis ac pietatis incremento desudanti posita. Interea anno ad ultimum bimestre deducto, & missio Romam instrumento, expectanda fuit in annum proximum acceptatio Præpositi Generalis.



HISTORIÆ PROVINCIAE GERMANIÆ SUPERIORIS, SOCIETATIS JESU, Decadis Septimæ Annus Quartus, *Seu* Christi M. DC. IV. *SYNOPSIS.*

MOritur Joannes Georgius Episcopus Constantiensis. *Eius elogium. n. 348.* eligitur in ejus locum Jacobus Fuggerus *n. 350.* inchoatur adficiuntur adficiuntur Collegij Et Templi. à n. 351. aperiuntur Schola. n. 358. Bruntruti immigratur in novum Collegium, ac Tempulum. n. 361. Fribargi fabrica Templi difficile principium. à n. 362. Ratisbona Collegium ab orto Parthenonis muro dividitur. n. 365. Favores Magnorum Principum n. 366. Libri editi à Gretsero, Jac. Pontano, Mattheo Radero. florent studia. n. 369. Confessionis peracta fructus, neglecta pena. n. 375. demon ipse conversionis occasio. n. 377. Conversio ad fidem Baronis de Befort. n. 379. Senis ac duarum puellarum in fide constantia. à n. 389. Conversio ad fidem Sebastiani Saurzapfi. n. 384. Aliorum conversiones memorabiles. n. 388. Hagensis praeferit Dynastia in Austria. n. 391. Missiones memorabiles fratris. n. 394. Colmariensis maxime Et Glaronensis. n. 397. Soldalium præclararum virtutum exempla. n. 400. Lucernensis, Ratisbonensis Sedatates dividuntur. Landpergensis instituitur. n. 403. Revelatio de Titulo Matris ter Admirabilis facta P. Jacobo Ebem. n. 405. Fæminei Sexus egregia virtutum exempla. n. 406. Beneficia a Coelitibus praestata. à n. 408. de energumeno adolescenti

historia. n. 412. servatur à peste ope S. Sebastiani Princeps Arca-
bergius cum omni aula. n. 414. Nostrorum funera. n. 415. Se-
pulturam in Monacensi Templo nostro petit & obtinet Minutius de
Minutiis Archiep. Zarenfis. n. 418. Exercitiis S. P. N. quinam
hoc anno exculti? n. 420. Dilingae quatuor dyscolorum stratis
exitus. n. 422.

Annus M.DC.IV.

348.
Moritur Jo-
an. Geor-
gius Epi-
scopus
Constan-
tienfis. E-
ius elegi-
um.

Placet, quæ referre proximè sub anni finem cœpiimus;
Constantiensis Collegij initia persequi. Dum Roma
ad prescriptas conditiones responsum differt ad Otho-
nis Eisenreichij, soluto Procuratorum conventu, in Provin-
ciam redditum: moritur Marisburgi die undecima Januarij sub
meridiem Celsillimus Princeps ac Episcopus Joannes Georgius, maxi-
mo, & iusto universæ Diœcesos locu: nostrorum in primis, ægrè in
iis rerum initii præcipuo auctore carentium. Ex vetustissima Pro-
sapia, Patre Theodórico ab Halweil, Matre Eva Bernhusia natus,
nostrisque Magistris à prima pueritia usus, eam sibi eruditione, pru-
dentia, viæque sanctimoniam famam paraverat; ut eum Constantien-
sis Chronicæ celebris scriptor Bucelinus Principum ejus ætatis miracu-
lum appellare non dubiter. Singulari Deiparæ, in quam teneri-
mo affectu ferebatur, beneficio obtinuit; ut omnem in sumendo cibo
potuque gustum amiserit; unico deinceps vel pulmento, vel ju-
sculo in prandio ac coenula usus, insolito non temperantiae magis,
quam jejunij rigore. Andreæ Cardinalis Austriaci ac Episcopi mor-
tem, eadem, qua Romæ accidit, die Constantiæ scivit; ac succe-
forem haud inultum ultra duos ac dimidium annos superfuturum va-
ticipans, suam sibi fatu prædixit. In Episcopum leitus, omnibus
gravissimi muneris partibus ipse defunctus, intra breve id temporis
spatiū totam, quæ Germaniæ amplissima est, Diœcesin
ipse lustravit, & ubique sanctissima virtutum exempla, ac salubri-
tatem Clericorum populoque statuta reliquit. Sacerdotes omnes ob mu-
neris sanctitatem æstimare ac colere solitus, honorifice, quotquot
cum accederent, habuit. Enascens inde vicissim Cleri in Episco-
pum amor, ac veneratio effecti, ut ad illius imperia ac mit-
tus facile se compoherent, nihilque juberet Episcopus,
quod non maxima voluntate acciperent omnes, & pari cura
exequerentur. Cum eorum uno, quod domesticos habuit, Divi-
num persolvere officium solitus, non simplicem recitando vocem,
sed uti Decanus in choro consueverat, cantum adhibuit. Octavo
quoque die, cum valearet; extremo in morte sapienter soli-
tus, post mortem miros in aspectantium animis sensus excitavit;
cum abstergo, qui viventi perpetuus fuerat, oris pallore, colore
suavissimo, cōque roseo apparere, vivo ac valenti, quam mor-
tuο propior.

349.
Beneficia
in Societi-
tem colla-
ta.

Quod præsentem maxime Historiam spectat, erat Ordinis nostri
amantissimus, ac in omnes promovendæ, ornandæque Societatis
nostræ occasione intentus. Nostros studiorum suorum atque am-
plius Directores perpetuo adhibuit, uno; cum Diœcesin inspiceret,
tempore sibi adesse iussu, quicq; Confessionibus & consiliis esset, &
alio, quæ e bono gregis aut Pauperum forent, vocationis nostræ mu-
nia

nia exequatur. Ut Societas evocata Constantiam, perpetuam in ea sedem haberet, laboravit ipse plurimum, ac, si rei summam species, perduxit ad exitum. Conditiones, quas sub annum prioris facili nonum ac nonagesimum duriores, quam ut accipi possent, Senatus tulerat, emolliit ipse, & jam sat tolerabiles Viennam misit, utque ratas esse Imperator juberet, obtinuit. In dotem octodecim florenorum millia ex mensa sua reditibus dedit; ac deinceps, oneris cum fabrica nobis impositi memor, ut id aliquantum levaret, ex eo, quod Decanus olim comparserat, peculio florenos mille ac quadringtones legavit. Postulant hæc tanta in nos merita, ut eum Principem inter Collegii Constantiensis autores Societas, atque hæc præsertim Provincia censeat, grataque memoria ac statis precibus æternum prosequatur.

Decima quinta die ab obitu laudatissimi Principis communem iuctum abstulit novi Praefulvis electio, universæ Dicecesi, ac nostris præsertim rebus exoptatissima. Sexta enim & vigesima Januarij Canonicorum suffragiis Joanni Georgio Halweilio Successor datus Jacobus Fuggerus, summi Templi Præpositus, quem dudum ad illud culmen honoris destinaverant populi vota, ob integrissimos mores, & conjunctam cum spectata virtute prudentiam. Commodum Februario mense ex urbe redierat Otto Eisenreichius Domus Superior, qui mox novo Principi pro officio dignitatem gratulatus, significavit: esse quedam erecto nuper Instrumento inserta, quæ mutata non nihil Generalis Aquaviva percuperet, prius quam approbatione firmaret. Eam præsentum partem, quæ Societatem ad docendam Theologiam Moralem, ac concionandum nimis strictè obligaret, mitigandam censere, verbis saltem tribus. secundum Institutum nostrum rationem, adiectis. Instrumenti cum Cathedra Capituli consensu erecti mutationem cum sua unius auctoritate fieri non posse indicasset, acturus, promisit, ut delectis utrinque viro negotium detur, rei examinandæ, neque, si fieri posset, quod rogarimus, obstituturum. Eisenreichius rem eam longioris moræ futuram non ex vano metuens, instituit, ut, dum ista finiretur tractatio, licet per Principem fabricæ initium facere, quod facile concessum.

Eo Praefulvis impetrato consensu sexta dies Aprilis delecta, quæ primus ex more in aedificij fundamenta lapis demitteretur: quod ut suspicato fieret, preces & Fratribus, & Sacerdotibus sacrificia Maximo Numinis oblata. Non cerebant tam tentia initia solemnitatis haud necessariae temptus; nec populi juvabat concursus. Solis igitur praefertibus nostris, Otto Eisenreichius primum fabrictæ lapides posuit, eisque Numisma cereum; cui impressæ Christi & Epiparaeque Imagines videbantur; ac nostrorum tunc Constantie habitanum catalogum inclusum. Duodenæ tunc erant; Patres septem ac quini-familias curatores; laucto tamen postea ob scholas numeros.

His vixdum inter nostros actis & modis in urbe vulgatis, exorta Clerum inter ac Senatum controversia est; acri partium studio disceptata. Ita si apertis publicè scholis è Clero nonnulli receptos doctum convictores alerent, de vino, quod in hoc absumeretur, vecchia

R r a

gal

gal fibi pendi Senatus volebat; negantibus Clericis, & sua in contrarium jura, ac privilegia opponentibus. Etiam nos in suspicionem aliqui traxerant, veluti Clericorum fautores, consultoresque. At ubi post multam investigationem nihil à nostris in utramvis partem aetum diuinum deprehendere, contempto rumore, laudarunt prudentiam. Re ad Archiducem Oenipontum delata, litteras ille ad Episcopum dedit, quibus suam pro civitate declarans sententiam, ut nec ipse ultrà obstaret, obtinuit.

^{313.} Post iacta Collegij fundamenta ad facienda quoque Templo initia processum est. Vigesimā quintā Augusti Illustrissimus Comes Turrianus, Pontificius ad Helvetos Nuntius, electum nuper Episcopum inauguraverat; cui suæ solemnitati sacrum Oratorem is non aliud esse, quam Gregorium nostrum Roseffium Provinciae Praepositum voluit. Tertia post die vigesimā scilicet octavā mensis, solemnis primi lapidis collocandi ceremoniā defunctus Episcopus est, cœlo in pluvias contracto primū; mox, lapide vix deposito, tam largè effuso, ut injecto raptim alieno pallio, compendiariā viā, ad Templum evaserit Princeps. ^{314.} S. Conradum, Constantiensem quandam Episcopum, eo loco habitasse multorum, sed incerta traditio est: hoc certius: tanti nominis ac meriti Praefulem primum id Templum habuisse suæ memorie sacrum, ante quod nullum, quod sciatur, in amplissima Diœcesi eo nomine dedicatum extiterit.

^{315.} Felici sorte, imò singulari Numinis providentiâ pro Palatio E-
Novae areæ piscopali præsentem nobis sedem obtigisse, nunquam postea dubita-
Collegio tum est. Nulla ex parte gravis vicinia omni nos litium tumultuum
oblatis que metu absolvit. Situs ad urbis finem commodissimus, libe-
commodi- rum solem aëremque ea parte admittit; ac una prospectum aperit
tas. in amplissimum lacum, perpetuis frequentem navigiis, positisque
utraqque in ripa vineis, urbibus, monasteriis, nobiliū arcibus, co-
ronatum. Unum opportunitati deerat; quod arctius adhuc spa-
tium esset, quam ut præter Collegium in domesticum quoque hor-
rum sufficeret. Hæc etiam difficultas, qua minime rebatur, manu sublata. Area Collegium inter & urbis incenia sat ampla su-
pererat, nemini utilis, uliginosa plerumque & naribus gravis, ac
superfudente se lacu, ecclesia tellivantum ranarum statio. Sed
^{316.} Pax Soc- dominium penes Senatum erat, secundum ex integro Catholicum, &
natus uetus Senatoris rebus nostris ferè semper adversum. Missi nihilominus duo, qui
Senatoriali oratione paludotæ illius ac otiosæ telluris partem concedi surgentis domiciliis
communi. necessitatibus, pro gratia poscerent. Plerisque non iniqua postu-
latio visa: cum unius è Senatu gravis & luculenta oratio, ut omnies
faverent, effecit. Exorsus ab ipso Societatis in civitatem ingressu,
qualem nunc habent, aspicere jussit. Suscepitos à Patribus domi-
forisque labores commemorans, eorum de omni hominum ætate
atque ordine, ac Religione in primis, merita tam copiosa veraque ora-
tione explicuit, ut, cum nemo, quod inficiaretur, haberet, censem-
rent omnes, negari haud debere beneficium, quod viri religiosi tam
præclare de civibus meriti, tam ratio concedentium incommodo pe-
terent. Ita, quæ à nobis diuinæ tantæ notam haud effugissent, à
Senatore, minime ad id rogato, allata in medium obtinuerent, ne
sta-

statim ædili designandi nostris usibus spatii mandatum Magistratus daret. Cùmque is sectæ Lutheranæ tenax, parum ad id animi sibi esse ostenderet; ne is corrumperet beneficium, Subædilem misere, virum cum primis catholicum, qui eâ lætus provinciâ advolans, desfixis palliis tantum nobis spatii attribuit, quantum nemo ausus fuisset expescere.

Cùm sumptus in ædificium haud suppetret alius, quām quem aliena liberalitas vel sponte, vel rogata conferret, nunquam tamen, quod in præsentes expensas fatis esset, defuit. Cùm parvam æquæ, ac magnam suminam accipi grato animo cernerent, quantumque pro benefactoribus Sacrificiorum preciumque offerretur, intelligerent; nulla fuit hominum conditio, quæ non in partem venire boni operis vellet. Sæpè viduæ, ancillæ, peregrini, atque ipsi Xenodochiorum inquilini, sua minuta, nonnunquam longo tempore thesauri instar servata attulere, rogantes, ut ea impensa velle. mus operi, quod in Religionis ac tot animarum commoda surgeret; & cùm gratiæ agerentur pro beneficio, majores agere ipsi pro accepto solebant.

357.
Sumptus
conferen-
tium affe-
ctus & libe-
ralitas.

De scholis deinde aperiendis actum pridie assumptæ in cœlum Aperiens
DEparæ, decretumque ut proximo autumno ad D. Lucæ simul omni- scholas
bus, id est sepienis, daretur initium: quod & factum, invocata præmissa Solemni Sacrificio Divini Spiriûs gratiâ. Cooperunt securi quisque
factitatis auditores docere Praeceptræ nostri in domo Hospitali mi-
noris, numeratique universim, qui primi ad discendum convenerant,
ducenti & quinquaginta. Novembri mense Episcopi, & Capituli
Cathedralis nomine delegati consedēre uero ipsi, qui superiori anno ea
copiæ preserant, in quæ Collegii condendi causa utrinque conventum
fuerat. Inserre ad conditionandum, docendosque conscientiæ ca-
sus obligationi adscribi optabat Generalis, ut suprà retuli, hæc sal-
tem verba: secundum normam Instituti nostri. Negabant, id in-
tegrum sibi esse Delegati, explicato ante oculos Brevi Apostolico
Clementis octavi, 10. Januarii hujus anni Româ dato: cui cùm totum
illud instrumentum, sive Recessus, ut vocant, ad verbum legatur in-
seritus; atque Apostolica auctoritate perpetuum validura approbatu-
m, omnes ac singulos defectus tam Juris, quām facti, si qui interve-
nerint, supplendo; sublatam esse omnia addendi, demendique facul-
tatem. Opponentibus in contrarium nostris, Breve illud Aposto-
licum ab Oratore defuncti Episcopi, inscio P. Generali fuisse impetra-
tum; eo se statueros respondere, nec apicem immutari passuros.
Re, ut gesta erat, Romanæ prescripta, Aquaviva habendam
sunt omnia censuit auctoritas Pontificis rationem, ac plenè
acquiescendum.

358.
Aperiens
scholas

359.
In reverendam Pontificis ab excepione
sua definita
Generalia

Hæc andea fuere Constantiensis Collegii initia; quod ut tandem confiseret, nostrorum labor, & patientia meritum; summorum denique ac infimorum benevolentia perfecit. Ad incitanda omniam studia plurimè Serenissimi Archiducis Maximiliani ardor & aucto- ritas valuit. Jam per literas, ac delegatos Episcopo, & urbi, re- ratò significaverat; quām serio cuperet, colloquatum fede stabili. Gtm.
Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. S 3 Stan-

360.
Maximilia-
ni, & Mariæ
Anna Ar-
chiducum
in nos be-
nevolenti,

stantiae Societatem videre : cum oblata occasione urbem ipse ingressus omnia egit, quae facere poterant perducendo ad exitum lento tot annorum negotio. Sub discessum patentes insuper litteras reliquit, clementissimo in Societatem affectu plenas; quibus omnes ac singulos ad ferendam nobis, in cœpto præsertim ædificio, opem impensè hortatur. Movit tanti Principis tam honorificum de Societate nostra judicium plurimorum animos, cursuque res nostræ multò quam ante habuere feliciorem. Serenissima etiam Græcensis Archidux Maria Anna, Mathiæ posthac Imperatoris Coniux, in cœptum nuper Templum liberalis, elegantissimè ornavit bina è Sodalitate D. Ursulæ capita, à Serenissimo Ferdinando Bavariæ Duce, Coadjutore Coloniensi, nuper dono submissa. Civum ea hoc anno in nos eluxit benevolentia, ut missis identidem larga manu subsidiis, certare viderentur, quis clarius suum erga nos studium explicaret. Sola Bibliotheca ducentorum aureorum libris locupletata est.

361.
Bruntrudi
immigrat
in po-
vum Colle-
gium.

Quæ hoc anno Constantiæ primùm incepit fuit Collegij fabrica, ea Bruntruti apud Rauracos supremam manum accepit. Septimæ ac vicesima Augusti die immigratum est in novum Collegium; qua die annis abhinc septem primum fundamenti lapidem Celsissimus Fundator posuerat. Ea migratio in ædes nostris usibus percommodas tanto letior Patribus accidit, quanto molestior indies evadébat annum tredecim inter alienæ domus angustias patientia. Biduo post cum epulum Primoribus in novo Collegio Princeps daret, eidem à quinque Patribus totidem diversis linguis actæ gratæ. Unius Latina, ceterorum Græca, Gallica, Italica, Hebraica denum erat oratio, quam communis audientium admiratio plaususque excepit.

Et paulo
post epum
in Tercio
Anno.

Altero post mense Templi quoque capta possessio, & festa D. Iucæ die ab omnibus nostris Sacerdotibus primùm in eo ad aras lita- tum. Ipsi tamen solemnis dedicatio in duodecimam Decembris dilata; quâ Altarium quideam consecrandorum labore Suffraganeum suum Franciscum Berum desangi Episcopus iussit; ipse solemnissimo ritu lacris operatus, assistentibus decem Cathedralis Ecclesiaz Basileensis Canonicis, facultatem perlubenter concedente Archiepiscopo Bisuntino, in cuius Diocesitum Bruntrutum est. Quæ Templo nomen præberet, electa DEI para: altaria tria tantum statuta. Primum Servatori nostro circumcisio & JESU nomine insignito dicatum; Martræ item DEI Matris, Divorum Joannis Baptiste ac Evangelistæ, Jacobi Apostoli, Christophori Martyris, Pantali primi Basileensis Epilopi, Henrici Imperatoris memoriz. Alterum Patronos Petrum, Paulum, Andream Apostolos, Virgines Martyres Ursulam, & Catharinam: Tertium Divos ecclites omnes. Inserta singulis veneranda SS. Martyrum Ursi ac Socrorum ossa, quæ quondam à Solodoro Magistratu Celsissimus Fundator impetraverat. Splendidè omnia & magnifice acta, præsente numero & illustri ex Atlantia præsertim nobilitate, cum Rudolpho Baroce à Bollweil, Atlatis tunc pro Caesaris Prefecto; nec paucis secesserat Catholicorum Helvetiaz Cantorum vi- ris ipsianis. Eos Helvites adventantes excipi Princeps iussit in- ter festos bombardarum fragores, ac dies complures in arce laude habitos cum eadem honoris significatione dimisit.

Tem-

Templum ipsum pro Aris ac Sacerdotibus tribus ornatus serico candido donavit, ac tres campanas ex more Ecclesiæ sacratas in turri suspendit: chorus denique musicum Orlandi, qui tum musicorum princeps habebatur, operibus animavit. Ac, ne quidquam abest, quod ad pompam æquè ac lætitiam ficeret, theatrum in aula Palatij maxima erectum est, in quo datus in scenam à Gymnasij juventute S. Pantalus, primus Basileæ Episcopus, Coloniæ cum Virgineo D. Ursulæ comitatu Martyrij laurâ coronatus. Plausum actio: laudem ab omnibus tuleré actores discipuli, quos hactenùs in Templo Parochiali, suo & aliorum incommode sacris interesse solitos, luce Thomæ Apostolo sacra in nostram ædem traduximus, ubi & spatium esset amplius, & major juventum apta concione erudiendorum opportunitas: quam quidem (quia Germanicæ alij, alij Gallicæ linguae assueverant) ita divisimus, ut qui ad eos dicebat, orator, alteris concionum diebus nunc Gallice, nunc Germanice auditores alloquerentur. Primum Templo donum civis obtulit Henricus Vergier, affabre factam ex argento lampadem. Alterum Illustrissima Massmona steriensis Antistita dedit, pretiosum velum, quod aræ summæ fronte ornaret. Cum novo Templo incrementum pariter novum populi pietas cepit; ut præcipuis anni festis præter scholarum auditores in urbe non magna coavivæ Eucharistici plures septingentis numerarentur.

Munera
novo Tem-
plo oblatæ.
Traducti
eò discipu-
li.

At Friburgensis ante omnia gravis accidebat tam diutinus justi Templi defectus. Crescebat in dies ad nostra sacra confuentium multitudo; de locitamen angustia perpetua omnium & justa erat que cœla. Nam ædes sacræ loco in oratorijs formam spatiū accommodaverant, quod olim pro una scholarum Magistratus destinaverat. Jam Sudales, ut in festis Marianis pictati fūe quieti vacarent, ut Eucharistia sibi in aula Gymnasij præbretur, impetraverant; quin si specie adhuc affulgeret pro reliqui populi commoditate laxandi angustias Martini tandem Licij Collegij tunc Rectoris, occasionibus omnibus imminentis, dexteritas rem eò deduxit, ut de extruenda à fundamentis æde sacra seriani tractionem Senatus susciperet, certis pactis civitatem inter Collegiumque firmatis.

At Fribur-
gi fabrice
Templi dili-
ficilia ha-
bit initia.

Horum ea, quæ sequitur, erat sententia. I. Lignum ad Templi rectum, turrim, tabulati asperes, scamina è suis silvis Senatus dabit. II. Hæc eadem, uti & calcem ac lapides advenhi idem curabit. III. Trabes subtractionibus necessarias ex operum publicorum officina commodabit: regulas quoque deferri ad ædificij locum mandabit. IV. Lapicidinam aperiet: ædes ibi atque machinas operis necessarias eriget. V. Duos è Senatu dabit, qui Rectorum opere atque consilio juvent, operis, atque operi instent. Collegium contrà I. ferrum omne, calcem, effosionem lapidum, stannum, plumbeum, vitra, altaria, campanas, rectum turris suis impensis curabit. VI. Operearum omnium ac artificum mercedem de suo solvet. VII. Quidquid præterea necessarium fuerit, emendicatis aliunde subsidiis comparabit. His pactis decreta est novi Templi à fundamentis creatio.

369.
Condi-
ties à Sena-
tu in iure, &
nobis im-
poluit.

Tenuiores absque dubio erant Collegij proventus; quam ut praeter domesticorum alimenta in aedificij sumptus maximam partem nobis reliquos sufficerent. Nec sperari nisi à publica mendicacione subsidium poterat. Igitur P. Martinus Conradi ad D. Nicolai tunc concionator delectus est, qui patentibus litteris instructus stipem coligeret, omnem, quæ Catholica est, peragrare Helvetiam jussus. Ita ipse omni in DEO, ac piorum hominum liberalitate collocata, decima die Junii novi Templi Archangeli Michaëlis honoribus surrecturi primus lapis est positus. Defunctus ea ceremonia Antonius Rolier ad D. Nicolai Praepositus, conferto populo, Senatorum nonnullis, ac utroque in primis Praetore eum auctum cohonestantibus. Concio in rem praesentem eodem in loco sub dio habita, datisque post eam festivus Dialogus, de lusibus ea in area posthac non instituendis; ex terrente pueros, & facessere hinc jubente Archangelo. Domini nostræ ad praesentem Senatum, & Canonicorum Collegium dicta soluta, ligataque oratio. Ita breviter longo ac molesto labore prælsum, tarde, incidiis, quæ nobis deerant, ab aliena manu venientibus.

Oenipos-
ti in Do-
mo S. Ni-
colai ejus-
dem ho-
nori Sacel-
lum enig-
ti.

Halenium
res cre-
scunt.

Minori tempore atque in commodo Oenipon si nos sit, quem in Domo S. Nicolai regende juventutis superioris præfecerant, tantum æris corrogavit, ut D. Nicolao novum atque perelegans Sacellum ex citaret, domesticæ devotioni per accommodum. Altare tunc quidam portatile in usum sacrificantium Brisbinensis Suffragancus conseruaverat: nunc pridem soleanni ceremonia consecrata ædicula dedicationis memoriam celebrare quæ annis cum pompa solet. Nec cellarum in promovendo, quod abhinc anno corpum est, Scholarum aedificio, absente licet Maximiliano Archiduce intelligentibus Praefatis, in fabrica cara Principi & gloriosa, idem ædificij ac gratiae incrementa fore. Halensis Collegii Occidonia non ædificis, sed fundo ac procuratu crevit, pecunia, quam ex widua Ricderiana legato & amicorum liberalitate comparserant, in emptionem vilæ, priori, quam habebant, proximæ cum fructu expensa. Nec parum rebus nostris profuit Abrahamus Geizkoflerus Tirolensis Provincie Quæstor, cuius consilio & impulso acceptarunt Provinciae Status sex milie florenorum summam, a civitate nuper restitutam, primosque census, ne quid dannio ex mora patreveretur, è suo ipse periculo salvit.

Ratisbonæ
Domus no-
stra à Par-
thenonis
vicini hor-
o, muro
i videtur.

365.

Ratisbonæ hoc etiam anno supremæ Majestatis interventu ob tenta est ædium nostrarum à vicino nobilium virginum Parthenone (quod frustra diu conabamur) secessendarum potestas. Ad ipsum nostræ Domus parietem excurrebat earum hortus domesticus: quod quidem quamdiu illa pariter nobilium puellarum domicilium erat, nihil habebat absurdum. Verum postquam in harum locum nos viri religiosi successimus, indecora visa est, & sermonibus maximè hæticorum obnoxia, disparium habitatorum tanta propinquitas. Interea, qui divideret, murum haud licebat moliri; nisi fundum, cui insisteret, ipsæ concederent. Diu per nos ipsi, & per amicos ut darent, institimus, preces, pretiumque liberale obtulimus ad omnia surdis. Delata post hæc ad Episcopum justissima vota, ut obstinatas flecteret: qui cum & ipse orando (nec enim plus in hac re poterat) quid-

quidquam obtenturum desperaret, adeundus tandem suit tunc Pragæ cum Aula degens Rudolphus Cæsar, Episcopo Collegij causam vehementer commendante. Profuit tunc maximè, præsentem in Aula fuisse virum summæ auctoritatis, Andream Hanniwaldum, legationibus clarissimis celebrem, carum Cæsari, & nostri Ordinis amantissimum. Hoc admittente effectum, ut inclinante in partes nostras Augustissimo in pacta nobiscum descendenter Parthenon. Permisso igitur illis hor-
to nostro suburbano, tantum spatij concessere, quod muro interjecto ædibus nostris, uti nunc sunt, ab earum horto removendis sufficeret. Stetit illius structura non modico sumtu, statura majore, nisi amicissimus nobis Georgius Fesselius Præuelensis Carthusiæ Prior lapides & arrenam abundè suppeditasset. Hunc eximiæ pietatis virum magni
fecit Serenissimus Bavariæ Dux Guilielmus plurium dierum in Car-
thusia hospes; è quasemel, uno tantum famulo comitante Ratisbo-
nam ingressus ad Collegium venit, cœnámque inter nostros unà cum
Episcopo sumpxit.

Promoves
laborem
Carthusie
Præuelensis
Prior.

Nam, et si religiosissimus Princeps, regimine pridem in Maximilianum translato, nullam, nisi pietatis curam admitteret; à morte tam
Renatæ Conjugis, cuius solius, veluti cœlestis conversatio jucun-
da illi fuerat, magis amare solitudinem cœpit, raro illâ, nisi ad aliam
exire solitus. Non nunquam intervenit ad sacra loca peregrinatio,
quam non tam aëris mutandi, quam pietatis confirmandæ causâ suscep-
pit. Ita supplicem D. Sebastiano hoc etiam anno Eberperga vidit,
quam & proximo post festum Theophoriæ octiduo Eucharistico Nu-
mini publica religione colendo delegit, ad conciliandam frequentiam
accidentibus Musicis, eum in finem è Monacensi Seminario evocatis.
Ipsis canicularibus, comitante Patrum nostrorum senario Ingolstadio
Neostadium secundo Danubio; inde curru Biburgum descendit, Al-
lerstorffensi Virgini, ac D. Leonardo supplicatus; quod factum pro-
lixè, relictis utroque in loco pietatis simul ac munificentia monu-
mentis. Principem aut præcessere, aut secuti sunt complures cele-
brium Monasteriorum Antistites, ac sexus utriusque Nobilitas, quos
omnes & loci sanctitas, & singularis, pro temporum illorum ratio-
ne, amoenitas, etiam ut redirent, invitabat. Ingolstadium redux
Guilielmus, gravi repente catarrho obrutus, Iosepho Brandstetter
Fratri laico è nostris curandum se credit, eventu tam secundo, ut
eum Monachium adductum, longiusque detentum adesse sibi etiam
jussit, ad D. Wolfgangum proximè peregrinaturo. Id tamen ne-
fieret, intercessere nostri Superiores, Medicorum id suum dedecus in-
terpretantium invidiam veriti.

366.
Guilielmus
Principis
pietas, &
erga nos
favor.

Ceterorum Boiarizæ Principum in Monacenses maximè nostros
publicus ac perpetuus favor extitit, vix mensem abire sinerent, quem non
quem non edito clementissimi affectu arguento signarent. Ne-
ino exterorum Principum eorum Regiam ingressus est, quem ad Col-
legium non ipsi met adducerent, quos inter Dux Guisius, Maximilia-
nus Græcensis Archidux, & Cardinalis Estensis eminueré, quorum
ultimus latina oratione salutatus gratissimum habuit id genus honoris.
Ab ipsis Principibus nullum iter vel animi, vel Religionis causâ su-

Ceterorum
item Boja-
rie Princip-
pum.

Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII,

T. I. Sec.

sceptum; quin nostros in comitatum adlegerent. Serenissimum Albertum ad aulam Græcensem profectum P. Joannes Gasteiger: Serenissimam Elisabetham Oettinganæ Virgini supplicantem P. Joannes Holoniūs sequi sunt iussi. Prandere, uti alias, vel cœnare nobiscum nunc omnes, nunc singuli, ac nonnunquam supervenire imparatis gaudebant, ita nostra frugalitate contenti, ut, quæ subito parata interferebantur, ne attingerent quidem. Luce tamen Archangelo Michaëli sacra, cum duo è nostris Neo-Mystæ primū aris ad moverentur; splendidum in triclinio epulum Maximilianus dedit, ipse cum Aulæ Primoribus assidere dignatus; Serenissimo Guilielmo in cœna nobis suam indulgente præsentiam.

Oeniponti
canæ Arci-
chiducis
vidua.

Qui tecta nostra Monachij subierant Maximilianus Archidux & Cardinalis Estensis, ij Halense quoque Collegium intravere, multa cum nostris humanitate versati. Cum verò Octobri mense in singulas Dominicas divisa horarum decem comprecatio esset, Serenissima Archidux Senior cum junioribus, & frequenti aula Oeniponto descendit, tresque continenter horas flexis genibus immota, mire orantis populi ardorem auxit. Imò nullo non loco nostrorum in agenda pie- tate conatus Magnorum Principum exempla juvabant. Wolfgangi certè Ratisbonensis Episcopi non tacenda memoria.

367.
Wolfgangi
Ratisbo-
nensis Epi-
scopi.

Is tertium hoc anno, cum sacris ordinibus candidatos initiatet, nostra delegit Ecclesiam; semper adesse vifus, cum festa lux incideret, quam splendidiore sacrorum apparatu Societas ageret. In iis privato ritu semper: calendis Januarij etiam Pontificio est operatus. Cum in matris gratiam P. Christophorus Luzius noster primam DEO Hostiam Ratisbonæ litaret, Societatis maximè honori dedit, ut id festum præfentia illustraret, epulo etiam cum Reverendissimo Canonicorum Collegio interesse dignatus. Non poterat non accendere Catholicum gregem objectum oculis exemplum Pastoris; qui cum assumptæ Virginis festo, quo solennem supplicationem è nostro Templo ad veterem, ut vocant, Capellam Sodales educebat, cum illustri canonicorum comitatu etiam ipse procederet, sexcentorum facile Catholicorum agmen in urbe Lutherana confluentum traxit, Maxime vero Secularib[us] in colendo Servatore fœcordiam in ruborem dedit Catholicam pietas, cum die Parasceves solennis item è cathedrali ad principia orbis Templa supplicatio fieret, crucem more suo præferente Præposito Quirino Leonino, ac post numerosum clerum & Canonicorum Collegia aperto semper capite incedente Episcopo. Ejus postridie cuius admiratione veneratio crevit, cum, insuper habita prioris diei molestia, paucis comitatum ad omnia Christi cenotaphia (octodecim numerabantur) nudo iterum vertice redeuntem intuerentur. Haud disperia & affectus erga nos, & virtutis exempla Dilingz edebat Henricus Episcopus, in eo tantum dissimilia, quod inter solos Catholicos acta, Ecclesiar[um] sanctitatem commendare pariter adversæ parti non poterant. Id quod abunde factum iis temporibus, quibus cum ad fidem suam Augustanam Episcopalis officij ratio evocabat,

Et Henrici
Augustani.

In

In ea civitate magno recte creditum, & nostro luctu vivere
hoc anno desit nobilis è vetera Patriorum gente Matrona Cathari-
na Reihingia, perpetuo, nec sterili affectu Societati addicta. Catharina
Reihingia
Augusta
mors & en-
comium.
religiosissimè obita, vitæ in perpetuo pietatis studio traductæ præmium
fuit. Dudum orba viro, Templi nostri inquilina magis, quam ho-
spes, diem nullum sana prætermisit, quo non ternis, aut pluribus Sa-
crificijs intercesset. Eò secum trahebat ancillas, quarum nullam est
passa die festo quidquam domi sarcire, nere, reficere, aut operis fa-
cere; sed diem unā secum velin Templo divinis officiis, vel domi piæ
lectioni ac precibus conleccrare jussit. Quod ut lubentes facerent,
diem lunæ totum liberum cujque ad suos usus vacuūmque concessit.
Nullus in ea fastus, luxus nihil, frugalitas & castimonia summa. An-
tiqui seculi Matrona, eam morum honestatem ac disciplinam semper
tenuit, ut in exemplum recte omnibus proponeretur. Tres filios
cum haberet, unum bello amiserat: duos Societati donavit, Conra-
dum & Jacobum; quorum iste Matris fratrique dissimillimus pulcher-
rimas de spes, jam cœptas impleri turpissimo post fine corruptis,
Ordinis fidei quic desertor. Equidem nunc à tali probro remotissimus,
suscepto recens Sacerdotio, Superioribus id Matris ac Familiae solatia
concedentibus, Augustæ primum DEO sacrificium solenni ritu litabat.
Successit Neo-mystra alter Albertus Faber Jurum Doctor, & Episcopi
nuper Cancellarius, qui posito munere, Canonicatum Augustæ
adeptus primùm & ipse operari nostras ad Aras voluit. In hospitium
reverentiam octo tum linguis animati parietes, Hebraicâ, Græcâ, Latinâ,
Italicâ, Gallicâ, Sarmaticâ, Belgicâ, Patriâ.

Ipsi Templo insigni munitis ab Henrico Episcopo venit, Impe-
traverat Gregorius Roseffius à Curiensi Episcopo, pro ea, quæ apud nostra bbe:
eundem valebat, gratia, ut ad Henricum mitteret granduscylum og rales
de Corpore S. Lucij Britanizæ Regis, antiquissimi Curiensium Augu-
stanorumque Apostoli. Gavifus eo munere summopere Princeps, Episcopus
partem nobis transcripsit, testesque litteras, quibus muniti tutò eas
exponeremus, publicæ fideliūm veneratiōnē. Landspersonem &
dem Serenissimus Guilielmus Bojariz Dux, & post eum Schellenber-
gerus Augustanæ Reipublicæ Consul ad filium viiens inter tirones agen-
te, Doroshea de Stein, gente Fezerina, vidua demum Helffenstei-
nia nummis, vasisque argenteis reddidere splendidiorem: campa
nam vero rimā vitiata urbanus Magistratus suis impensis è turri de-
posuit, & novam quadringentorum & sexaginta pondo suspendit; an-
nuam ad nascentis Christi ferias eleemosynam pollicitus. Ingolstadi-
ensem Christophori Luzij Neo-mystræ Mater, remissis cum filio Ratis-
bonâ Calice, urceolis, cum pelvi centum aureorum pretio: totidem
item aureorum legato Albertus Hungerus ditavit, adjecta cruce inau-
rata; gemmis ac margaritis conspicua. Parentatum à nobis viro
de litteris, Religione, ac Societate optimè merito; idemque officium
ab Academia, & Sodalitate Mariana cum pompa præstatum, ternis
nostrorum funebri oratione meritissimas viri laudes explicantibus;
quem ipsi etiam adversarij in Ratisbonensi Colloquio cognitum suis
in Scriptis cum honore nominarunt.

369.
Libri
Gretseri
editi.

Jacobi vero Gretseri in eadem arena gloriose pugnantis ludo hoc iterum anno admirari laborem, qui quam nullo studio fatigabilis esse, editi in lucem eruditissimi partus ostendunt. I. ^{mut} erat commentarius duplex in *Numismata hereticorum*. II. *Commentarius ad glossam in Orationem Hunnianam de Pseudo-jubileo Wittenbergensi*. III. *Disceptatio, utrum verum sit, Zwinglium praeipuum doctrinam sua caput didicisse a diabolo, cum refutatione argumentorum, que pro defensione Zwinglii Marcus Deumlerus, et Rudolphus Hoskynianus adserunt*. IV. *Supplementum duplex pro dnobus libris de iure et more probibendi libros noxios*. V. *Antimonium pro deistro quodam medico S. alchymista Basilio de Varna*. VI. *Brevia admonitio, qualis sit liber Anti-Gretserus inscriptus, a Padotribus quodam Wittenbergensi in gratiam Hunnius omissus*. VII. *Tertia apologia pro vita S. Ignatij cum consolatione ad Misenum, ob resurrectam in Galliis Societatem*. VIII. *Note in Dioptriam Philippis Solitarij, aliorumque, a P. Jacobo Pontano latine versam*. IX. *Facula Georgio Curopalata pralata, edita cum Mureti Commentariis in Tacitum*. Hæc omnia ab uno Auctore, cathedram praeterea Theologicam moderante vulgata. Porro qui novit, quæ eruditionis copiâ, rerum ordine ac delectu, styli nitore Gretserus scribat; fateatur necepsisse est, miraculi instar esse, virtus unum monstruo ferre labore profudisse, quem vel annuæ diligentia fructum gratulari sibi quisque etiam non modiocriter doctus posset. Inclytus posthac Scriptor Paulus Laymannus Presbyteratus ordine in hoc anno suscepit, Philosophiam tuim Ingolstadij, Sacerdotio nondum suscepit, Professus.

370. Doctorum excoellentia numerum auxit præstantium discipulorum, licetque hoc tempore non domesticæ tantum, sed peregrinæ Nobilitatis florem Ingolstadij collectum intueri, quod magno solatio fuit Serenissimo Duci Guilielmo, qui semel iterumque huc delatus, negletta arce, nostro est hospitio usus: quo & Suffraganeum suum uti jussit Eystettensis Episcopus, missum huc urbano Magistratu flagitante, qui nobiscum familiarissime versatus nostra in æde nongentis plures sacro Chrismate inunxit.

371. a. Jacobo Pontano, & Mattheo Raderu^m vulgari lib. Florentissimum, si quod aliud in Provincia Gymnasium hoc anno Augusta vidit, docentium æquè ac discentium nobilitate. Nam præter Mattheum Raderum fama jam celebrem, Rudolpho Mattmanno eloquentia Professori in parte in laboris ultro successerat, jam multis ante annis meritissima rude donatus Jacobus Pontanus, qui horam græcis prælectionibus destinatam domi forsique suscepit. Et hic quidem hoc anno novis iterum libris inclaruit. Nam *Theophylactum si-mocastam*, res ab Mauricio Imperatore gestas scribentem Græco-latinum edidit; cui & *Georgium France Protovestiarium* latinè loquentem adjunxit. Utrumque opus uno comprehensum volumine, ac Serenissimo Maximiliano Bojorum Duci inscriptum, gratum habuit eruditissimus Princeps, multumque laudavit. Raderus vero in primis

In primis Petri Siculi Historiam græcè latinèque vulgavit, Sebastiano Breiningo Augustano Pro-episcopo dedicatam. *Concilium Oecumenicum octavum* cum vita B. Ignatij Patriarchæ Constantino-potitani græcâ item ac latinâ lingua editum nuncupavit Cardinali Baronio: qui quanti eruditum munus ficeret, datus ad auctorem literis prolixè significavit. *Viridarium Sanctorum ex Græcorum Menæis traductum* tribus Principibus Radziviliis inscripsit. *Syn-*

372.
Magna in
Gymnasio
nobilitas.

tagma de statu morientium è græco pariter versum Eustachio Wolevicio, Lithuaniae Referendario, ac Troensi Præposito dicavit; qui & ipsum auctorem domi suæ Quintilianum sibi explanantem audivit. Jacobo denique Fuggero recens inaugurato Constantiensium Præsuli Carmen eucharisticum cecinit, ac nomine Collegij Augustani inscriptum. Inter classum auditores verò numerati tres Principes, Johannes Georgius, Albertus Wladislaus, Christophorus Nicolaus, Radzivilii, cum aulæ Præfecto Feliciano, nobilique comitatu; qui Rhetorem audivere. Post hos eminebant Albertus Comes Oettinganus, Machselrainius unus, Fuggeri tres, Barones undecim, Palfi Hungari duo, Gallus unus Henricus de Luinenie, cuius Parens Galiliarum Regi ab arcanis epistolis erat.

Dilingam quoque amplebat major quotidie discentium numerus, *Nec mala
Dilecta* quos ad omnem morum honestatem vel natales, vel indoles, & amor disciplinæ formaverat. Frequens è Suevia præsertim nobilitas classes auditorum sermè omnes ornabat. Octo aderant primi nominis Barones, Canonicæ illustrum Ecclesiarum duodecim, equestri omnes nobilitate, Comites duo atque hos inter Fürstenbergius unus. S. Hieronymi convictorum Collegium sexdecim supra ducentos numerabat: quos inter variorum ordinum Religiosi censebantur quatuor & octoginta: alii diversorum Mæcenatum quadraginta novem. Eos inter Summus Pontifex duos ac viginti, Augustanus Episcopus quatuor, Sytzenensis quinque, Jacobus Curtius undecim, nobilis ab Ehrenberg eternos, Jacobus de Prasberg quaternos aluere. Novum etiam hoc anno Academia Gubernatorem accepit Leonardum Gözium Cancelarium Principis, quem hic utroque in munere successorem dederat Alberto Fabro, quem posito sponte officio Augustæ sacris iniiciatum supra meminimus.

Novum Aca-
demica
Guberna-
tor León-
ardus Gö-
zium

Equidem fabricam abhinc anno in convictorum commoda ceptam, à Mayo mense ad Decembrem laborantibus operis, impo-sito teclo coronaverat architecti industria. At post muros tantum erectos multa restabant, quæ curam poscebant, ac sumptus. Spes ^{14.} annis in augustinis fere auctoris Episcopi favore ac munificentia erat, quæ freti perficere copta petreimus. Is nullo loco suam opem deliderari aut præsentiam passus, etiamnum publicè disputantes audivit, & primariis anni festis in aula Academica Pontificioritu operatus sacrum opulum ex more sumentibus ipse distribuit: in distribuenda vero bene meritis litteraria premia sumptum omnem liberaliter fecit. Conservandæ porro in tanto convictorum numero disciplinæ Præfecti ha-ctenus duo è Magistris Scholarum dabantur; quod cum nec ex ipso-Histor. Prov. Germ. Sup. L. 7. Tom. II. Dec. VII. Usq. rurum

rum, docendi munere distentorum, nec disciplinæ domesticæ bono esse videretur, monitus Provincialis duos Physices auditores Ingolstadi vocatos substituit, quibus alij posteà Theologizæ studiosi successere. Florebant cum litteris studia pietatis, non paucis diversa Religiozæ vitæ instituta amplectentibus, resurgentे ubique Monasteriorum, insignibus viris succrescentibus, famâ. Societati nostræ adjunxerunt se quaterni, quos inter fuit Joannes Niessius celeber ille Musarum alumnus, ac puræ latinitatis Magister.

173.
Friburgi
stabilitur
Dialecticæ,
& Casuum
Constantie
Catharinæ.

Hæc refu-
mitur cura
domini S.
Catharinæ.

Et cateche-
sis pape-
rum.

Nostriss
magno
tristis.

Oeniponti
viro nobili
in supremo
supplicio
afflittiur.

Apud Friburgenses, datis Romam ad Præpositum Generalem litteris impetravit Senatus, ut præter Dialecticam in posterum constant publicaque esset Casuum conscientiaz lectio. Halæ vero recepta multorum precibus, quam velut rebus nostris incommodam superioribus annis dimiseramus, cura Domus S. Catharinæ, sive contabernij juvenum unâ nostro rectore viventium. Flofuerat enim, cùm penes hos esset disciplinæ domesticæ cura: defecit cura inibus exteris, non sine detimento scholarum. Rederuntibus tamen ad procurationem nostris, suis etiam Domui honos ac frequentia redit. Aliud prætereà in hac civitate, Serenissimo Maximiliano velente, omnes in nos haud inviti suscepimus. Gravis dudum erat incolis oblationem mendicantium promiscua copia, & sèpè improbitas. Ergo severo Principis mandato prohibita omnibus ea circuitio, iussique siagulis Dominicis in Xenodochio urbis adesse, collectam è civium collatione stipem accepturi. Legendi è Senatoribus, qui distribuerent, provincia Magistratu data convocata in Templum turbæ catechismū explicandi precesque præundi manus nobis reliquit, ut præter corporis alimenta, quæ querabant, invenirent etiam adumenta salutis, quæ scrinè querere hoc genus hominum nimirim soleat.

174. Vigil ubique in pauperum commoda nostrorum caritas Monachis magna civitatis approbatione obtinuit, ut orphanotrophium, cuius ob paupertatem dissolutio in proximo erat; idoneis remedii periculo subducereatur. Ad pauperum quoque scholarium sublevandam in opere corregati floreni mille sexcenti. Extensa dein cura ad publicos carceres, ut ij, quos leges supremo suppicio condemnant, non mortem duntaxat Christiana fortitudine ferent, sed carceris sèpè longas molestias in animaz lucra converterent. Apud huc sub ultimos tantum dies post denuntiatam sententiam erat illos ad eundem facultas: nunc obtentum à Principe, ut, quoties videretur, colloquendi via fieret. Et patuit exemplo fructus. Cumque septenos lata esset mortis sententia, quorum seni Lutherana in heresi vixerant, omnes agnatum errorē execrati, Catholicī obierunt. Quia & unus, supplicium longè quam meruisse ceditans, tanquam in carcere cruciatus præmisit.

In similem supelli exiit calamitatem Oeniponti virum nobilium indigna natibus vita conjecterat; cui salutis fuit unius è nostris prædictione, argue animos tractandi peritia. Vir erat amnis oblitus, anti qua nobilitate clarus: sed qui à pueritia in eum usque diem inter summam vitae ac mortem licentiam incanuerat. Eo processerat improbus, ut elata in publicum delicta coegerat Principem, in arcam pri-

mùm custodiam dare, ac ultimum denique decernere supplicium. Prohibitus erat omnibus ad eum aditus, præter unum è nostris sacerdotem, quem Princeps, quocum agendum esset, præmonitum jussit hotari, ut spe omni gratiæ, quam nunquam datus esset, præcisa, instantem certò mortem æquo ac Christiano animo perferret. Durus principio visus damnato nuntius; nec ita statim turbatum extrema necessitate animum composuit. Dedit Pater sui colligendi spatum, probè gnarus, ab uno solutissimæ vitæ extremo ad alterum cruentæ mortis absque medio gradum non fieri. Mox officiosè compellatus satis placide salutaria monentem accepit. Imò paucas intra horas ita illabenti cœlitùs lumini laxavit animum, ut non contentus, lata in se probâsse sententiam, laudaverit manantibus lacrimis clementiam Numinis, post tot annorum perditissimos mores hanc veluti salutis necessitatem imponentis: hæc si absuisset, deploratissimum se futurum fuisse confessus. Mors hæc vitæ dissimilima vulgata in publicum exempli prioris pravitatem multum emendavit; Principe in verò pejorâ non immensitatem plurimum recreavit.

Inter Gratia, peccatorem ab ipso inferorum vestibulo vel invitum retrahentis, prodigia numerandus etiam ille venit, qui Monachij, adnitente nostro, cœlum in ipso amittendi periculo rapuit. Sexennium integrum peccatorum confessione abstinuerat, remque cetera vitæ honestate sic texerat, ut neminem vel suspicio tangeret. Amicus tandem, quem alias nihil celabat, etiam in hujus arcani notitiam venit; nec quietem inde capere valens nostrum admonuit. Nec ille periculi gravitate attonitus, advocare ad se hominem minimè incognitum distulit. Cui cùm & morbi gravitatem, & medij facilitatem explicuisset, ad generalem denique peccatorum omnium confessionem induxit. Eâ perfunditus, & suum ex animi quiete solatum testatus, actis iterato gratiis domum rediit, & proxima nocte funus fuit.

375.
Tempet-
va ante
mortem
confessio.

In hanc peccatorem monitoribus obsequenter quam facilis exstitit. Divina clementia, tam in aliis monentibus alperum celerem vindictam luſtitia exeruit. Unius è nostris in viciniam prædicatum emilli & ad penitentiam invitantis tam fortis oratio fuit, ut auditorum nemo esset, qui non ad Deum noxarum confessione placandum properaret. In unius tamen animum nihil exhortantis eloquentia nihil populariem exempla valueré, magno dolore uxoris, viri more ac vita noscentis. Ergo ipsa domi hortatrix succedit, exempla præconium, & maiorem, quam plerorumque esset, necessitatem adducens. At ille risu dicta cùm primum exceperisset, acris instanti sustem pro respoſo minatur. Iniquissimis minis iostum supplicium Deus subjunxit; immissa paglio post subitanea morte, quæ ne momentum quidem ad penitentiam reliquum fecit.

Neque alterum culpâ parem latior exiit Octingæ Boiorum excepit. Vir erat magni nominis, nec annis minus, quam sceleribus gravis. Jam dudum missus à DEO monitor lecto morbus affixerat, nihilominus immemorem aninæ, ac corpori duntaxat curando intentum. Citarus noster, & blande hominem aggressus, exhaſte ſenectus, propinquum extremum ſciplâ ſpectans, ac subite præfertim, quam multa minatur, mortis adinoruit. At ille: ſibi qui dem

dem nunc minimè vel opportunum, vel integrum esse, confessioni parare animum : necessariam magis corpori medicinam, & ne ista effectu careat, quietem. Reponenti nostro, fieri utruisque posse, suaque industria facturum, ne multum laborare infirmi memoria debeat. Eo ventum esse, ut perire nolenti nihil jam esse ante curam salutis debeat. Respondit tandem : in crastinum ut redeat, secum pransurus : à prandio satis ad animum collendum temporis fore. Adebat Pater admodum maturus, & verba salutis majore, quam pridie, ardore ingerit; praesentissimum commemorat animæ sti exi-
tus incertæ periculum. Ille, velut alteri hæc dicerentur, dissimu-
lans, mensa insuper cum ceteris assidet, solito etiam facetus magis ac
hilaris. Cùm ecce, subito apoplexiâ obrutus è sella in terram
affligitur, voce simul, ac sensu omni amitto. Egit quidem Pater,
quod potuit, licuitque; adhibitis tamen omnibus mediis, ut signum
aliquid contriti, aut praesentis animi daret, obtinere non valuit.
Ita post horas complures emissò spiritu, moestos omnes, ac de salute
sua incertos reliquit.

^{376.} Atque hunc poenitentia ad extremum dilata neglectus : alium
^{Corrigens} insteadem agenda p̄p̄sterus error perditum ibat. Is pedibus ma-
error p̄p̄sterus
penitentia-
tis. dis, catenâ ferreâ decussatim vinclitus, brachiis transverso baculo ad-
strictis Oettingam ingressus, omnium in se oculos ac ora conver-
terat. Prolixa Deiparae salutatione defunctus, recta ad nos acce-
sit conscientiam exoneratus. Audito Pater inusitati rigoris cau-
sam cùm rogaret, apostamatam se à Monasterio profugum, sperare aje-
bāt, DEm irrogati sponte supplicii severitate placatum, veniam
daturum dæserti claustris ; quin redditum imperaret. At noster cras-
sum errorem dedocuit primo : mox redditum persuasit, & tolerabi-
sem, quâ recipieretur, viam aperuit; miserante DEo errorem homi-
nis, imbecillitate magis animi, quam malitiâ pescantis.

^{377.} Nunquam tamē mirabilius eluceat Bonitatis illus, ac Sapientiae vis,
^{Nimis da-} quam cùm ea ipsa consilia, quæ dæmon ad perniciem mortalibus
^{mōnis crn.} delicas
^{conversio-} suggestit, in hujus despectum ad horum salutem convertit. Aut
^{occasio.} gulla Vindelicorum miles erat, longa scelerum confuetudine eò pro-
greffus impietatis, ut annos omnino vicenos sine Numinе, sine Re-
ligione, Sacramentorum expers, & tutororum incurios viveret. Cum
ipso dæmone familiaritatem tam arctam contraxerat, ut is primùm
alpectabiliforma videbundis crebro p̄bereret, dein frequens comi-
caretur; tandem diu noctuque ad latus hæceret, gravissimum quo-
tidie criminum auctor. Semel ab excubis reverlum ipse discingens,
nudum dextræ gladium inserit, utque uxorem ac liberos iuguleret, ve-
hementer impellit. At bruto ceteroquin homini tantum adhuc
humanis sensus inerat, ut ad propositam suorum lanienam non medior-
e sit exhorresceret. Igitur gnarus, in quæ scelera alias violentus ho-
mīs egisset p̄cipitem, ac veritus, ne in eam quoque impietatem, &
exceptis haud destitutus impelleret, cogitare secum de solvenda fatali
amicitia cœpit. Nec diu moratus ad nostrum accedit, quoque in
statu versetur, & quam liberari cupiat, aperit. Erectus in spem, ac
bono animo esse iussus, totius vitæ sceleratissime exhomologesi inten-
mota animi dolentis argomenta cùm fecisset, à noxis primū;
mox

mox usitatis in Ecclesia Catholica remedii, ab infernali socio libera-
tus, Christianam agere vitam instituit, non multò post contracto le-
thali morbo pia admodum morte defunctus, peccatores omnes non
tam verbis quam exemplo ad praeferendum stygiæ tyrannidi suavissi-
mum Christi jugum animavit.

Nec Monachij magis felix in tuenda praeda orci fraudulentia fuit,
ubi pariter, quæ præstigiis cœperat, crudelitate corrupit. 378. Badem se-
vita fe-
mæ salu-
s est. Hic
fœminam, concordi ad eam diem conjugio felicem, durior ac immi-
tior solito mariti vultus in zelotypiam conjecterat, quæ permisso su-
spicionibus animo, nihil iam, nisi iras, odia, vindictam coquebat.
Turbationem animi tam vehementem intrem suam verfuris dæmon,
absente marito, intempesta nocte non sine tumultu se mulieri sistit;
quæ territa, subito se in proximum conclave, ubi alia cubabat matro-
na, conjecit. Pauci intercesserant dies; cum iterato maritus rus
abiens sub ipsum mattutinum crepusculum, subsequi uxorem jubet.
Iter post virum ingressæ se rursum obiicit deceptor stygius, habitu mer-
catorum referens, ocreas indutum, ornatas intermicantibus, us
mos tunc ferebat, fibulis. Clavam gestabat manu: cumque in-
terjecta sepes ambos disjungeret, eam repantino saltu transmittens
ad latus mulieris stetit. Diriguit ad hæc illa; nec manum for-
mandæ Crucis in altum tollere tremor sinebat. Tantum vocis in po-
testate habuit, ut nomen Iesu proferret. Restitavit ad hoc aliquan-
tum dæmon, illa coeptum iter prosequente. At mox infuscatus
nomine compellat, rogat, instat: intrepida se ducem sequatur, ad
felicia loca prætitum. Negat illa; & unde sui nominis notitia
ad ipsum manasset? sciscitur. Nomen, reponit hostis, ego tuum
ignorem, qui & curas tuas, & moerores, & intima novi? Mariti
amores te cruciant; nec imminet. Malorum equidem hinc na-
scientium initia sentis: finem visuram ne speres. Quin lege talio-
nis cum adultero agis? & ipsa alienis amoribus, &, si vis etiam meo
frueris? Exhorruit ad hæc ultima mulier, honestis moribus innutrita.
Quod advertens infernalis leno id saltem suis precibus dari postulat, ut
in aliud tempus obsecuturam promitteret. Cum vero & hoc illa
cum execratione negaret; iratus tunc quidem ex oculis se se abstulit:
vanis tamen in animo timoribus, & objectis etiam terriculamentis
vexare cunctem non desitit; adeò, ut tandem affsecuta conjugem,
gravi deliquio exanimata ad ejus pedes conciderit. Ex tamen sibi
reddita rem viro primùm, posteà & Nostro ex ordine pandit, vita quo
anteactæ labes omnes confessæ, in gratiam cum DEO simul ac con-
juge redit, nihil ultra molestiarum à styge perpetua, perpetua dein-
ceps hortatrix conjugum, ne locum unquam zelotypiæ darent; cu-
jus spiritus unde veniat, quoque impellat, suo ipsa periculo dicit
eisset.

Majorem orcus jaçuram fecit intempestivo convicio, quo of-
fensus vir nobilis ejus signa deseruit, Catholicis Bruntruci adscriptus. 379. Baro deca-
fort, de-
mois he-
reticum
compellan-
tis convic-
tores suscep-
tis.
Egenolphus Henricus Baro in Mersburg & Befort, illustri sanguine ac
militaribus officiis clarus, quam à puero didicerat hæresin, etiam
inter Catholicos mordicus retinebat; dum suspectam ipsemet hærescon-
Hibor. Prog. Germ. Sup. S. 3. Tom. II. Dec. VII. XX. OM.

omnium Magister redderet. Ut fert militaris vita conditio, cum sua cohorte in quādam Italīæ civitate hibernabat, ubi dæmones ē corporibus infestis exire ritu Catholico compellebantur. Impulit hominem rei apud Lutheranos incognitæ insolentia, ut inter eos, qui spectatum accurrebant, etiam ipse confisteret. Notavit confessim novum hospitem malus genius, & lingua Germanicā: *en tibi Germanum, inquit, & hereticum quidem.* Perstrictus ea voce Baro rem vultu dissimulabat: quod quidem ēo erat facilius, quod ē circumfusa Italorum corona nemo dæmonem ignorantē linguā utentem intellexerat. Ait animo profundè hæsit aculeus, ac heretici nominis impatiens, ē turba educens se cogitare serio cœpit, qua tandem ratione à tot sectis probans veramque religionem secerneret?

Profuit inter alias linguis olim latinam didicisse, ut juvari cruditorum, qui de fidei questionibus scripsere, lucubrationibus posset. Libris igitur aliquamdiu intentus, in nostrorum deinde se consuetudinem dedit, ac reversus in Germaniam uni Patrum rem omnem aperuit. Eo Magistro & hortatore, varia variorum Hæresiarcharum dogmata, quæ per Germaniam Sueciamque collegerat, erroris comperta repudiavit, fidem Catholicam ex formula a Tridentinis Patribus edita pallam professus. Ubi primum fama innotuit Befortij ad Catholicos facta transgressio, statim omnes à patre superstite, & Aula, cui tunc serviebat, adhibitæ machinæ, quæ ad sectam recens desertam retraherent; vocato etiam aliunde celebri Lutheri præcone, qui suos in illo vires experiretur. At viri multa antè deliberatione usi constantia, ita vim omnem atque artes fregit, ut spem victorizæ curulis præciderit. Imò ipsi parenti heretico singulari prudentia, & novam morum probitate sic iram omnem exemit, ut eidem deinceps in primis carus, in paterna domo familiaque heretica omnes Catholicorum hominis partes liberè obiret. Persolvendo quotidie spiculum canonicarum penso cùm assuevisset, ad ipsum sacerdotiam adiisse animum cœpit. Probavero consilium, quotquot virum noverant nec comparatum ab litteris, & moribus prædictum, eum gradum decertibus. Imò postquam certa ejus rei notitia per aulas vulgata est, Maximilianus Archidux & Romæ, & apud Cælarem egit, ut Ecclesiastico beneficio ornarent hominem, cuius inculpata vivendi ratio cum egregia nobilitate conjuncta, Ecclesiastico ordini plurimum alatura esset splendoris.

^{380.} Ad eosdem Bruntrutianos accesserat sub id tempus haud ignobilis pictor, post peragratam ferè omnem Germaniam huc divertens, post peragratam amici civis hospitio usus. Hic apprimè catholici miseratus errantem rogare nostros cœpit: tentare hominem ne graventur: cùm animo sit candido, & minime malo, spem esse, reduci ad veritatem posse. Visentes ad Collegitum ambos Nostri religiosæ mensæ adhibent, humaniterque habitos, nullo de religione injecto sermone dimittunt. Inde rediuntur sèpius, & jam familiariter notum interrogat Pater: cùm in diversis Germaniae Collegiis cum tot nostris Patribus, atque hos inter etiam cum Martino Becano celebri controversiarum Scriptore egisset; quid tandem sit, quod animum à Catholicorum partibus ad-

adhuc aversum teneat: mox ille quædam nostra dogmata profert in medium, ac peccatorum in primis confessionem accusat, quam in sa- cris libris nulpiam sit reperire. Quid si vero, reponit noster, hæc ipsa, quam tantopere improbas, confessio in libris Divinis continea- tor? idque monstrare paratus rogat: ecquænam afferri Biblia velit? Lutheri, Calvini, an Catholica? nostra præhabuit; quippe quibus etiam Schaffhusij, quæ patria hominis erat, uterentur. Explicitum librum Pater, digitumque in duo de confessione testimonia minime ob- scura intendit, quæ postquam ille legit, relegitque, pisce taciturnior de Collegio se proripiuit. Verum pauci dies abierant; cum rebus interea secum expensis adest, paratus, se Catholicum profiteri. Gra- tulatus noster, cogitare interea de facienda peccatorum confessione ju- bet. Id agentem repentina & ardens febris tentare cœpit. De hujus pe- riculo edocatum res una sollicitum habuit, ne hæreticus moreretur. Pa- trem igitur confessum accersit, vitam omnem exomologesi purgat, hæresimque abjurat. Rediit paulo post integra valetudo: nec mi- nor extra morbum, quam in ipso periculo fidei ardor, atque constan- tia fuit, & exemplo probavit, fructus, præsertim animorum, qui lente maturescunt, tarditatem bonitate compensare.

Compensavit sane & ille animo minimè agresti ruricola, qui haud procul Constantiæ in pago hæretico solus Catholicum se professus, ad finem usque fidem servavit. Sexagesimum ætatis annum excesserat, Zwinglianis erroribus à puerò innutritus. Eos quantumvis altè imbibebat; odium tamen erga Catholicos, quod unà haurire acer- rum solent, diuturnacum ius consuetudo mitigaverat, ita, ut jam frequens etiam cum nostris ageret, amaret denique, & consuetudinem quereret. Nostri, cum gravi ægritudine prostratum intellectus sent, nequitam sibi deserendum rati, amicè visitarunt, multum re- creatum ea Patrum caritate. Nunquam non sermone de Reli- gione vel inscrebat ipse, vel illatum prosequebatur, rogans tandem: fidem, quam dudum animo conceperat, sincerer profiteri. Vix cum DEO & Ecclesia redierat in gratiam; cum pristina simili vale- tudo rediit. Arnondum plenè convaluerat, cum domum involan- tes hæretici circumstant, invehuntur gravissimè; inque id viribus omnibus incombunt, ut milerum ad tenebras, è quibus vixdum emer- serat, retrahant. At ille omni caute solidior, unus omnibus se se opponens: acutum agitis, inquit, aliam quercum excutite. Mihi, quidquid moliamini, stat Catholicè posthac vivere, ac mori. Non longo post tempore in morbum, cumque supremum cum incidisset, à nostris de hominis statu admonitus tam industrie cauteque prospectum est, ut Eucharistia etiam in locum à solis hæreticis habitatum delata ultimis moribundi votis abundè satisficerint. Adstitutum, dum ani- mam Conditoris redderet. Ante obitum iterato fassus est, se fidem ac salutem debere Deiparæ, quam nostra institutione cognitam a multis iam annis quotidie Catholicorum more angelica salutatione hono- rasset. Ipsi vero hæretici ea nostrorum in populariem suum officia adeo non improbarunt, ut laudarint etiam, palam professi: optare se, ut Pax esset iuorum curionum in procurandis moribundis diligen- tia.

382.
Puellam
fraude indu-
ctam pietas
erga DEI-
param ser-
vat ab hæ-
resi.

Artes hæ-
reticorum.

Et huic quidem fortunato seni glorioſa hæresum Debellatrix parvo culta obsequio viam ad fidem ac salutem aperuit ; quæ alibi puerilam aliorum fraude proximè in hæresin præcipitandam retinuit. Hæc patriam quidein ac parentes, sed tam frigidè Catholicos nausta erat, ut filiæ natu majoris locupletis matrimonij causâ ad Lutheranos transi- tum adeo non improbaverint, ut hæretico genero, etiam hanc inno- centi ætate filiolam petenti nihil tergiversati submiserint. Cenatum erat, à Catholica fide, quid secum ageretur, ignorantem, abducere. Inde, ut simplicitati puellæ imponerent, Templa, ad quæ ducebatur, Catholica esse roganti affirmabant. Negabat illa, quod nullus ad aram Sacerdos compareret, qui sacram Hostiam in altum attolleret : sed renitentem porro ingredi domesticorum preces, probra, minæ compulere. Novem ipsos annos sectariorum fana inierat : ut tam- men Lutheranæ confessionis gratiâ præconi se fisteret, aut coenam Lutheranam gustaret, nullis unquam adigi modis potuit. Jam in eam ætatem excreverat, ut nuptui dari posset, ac etiam vellet. Id fo- ror, suo illam pede metiens, dudum præstolata, sponsum ostentare, dotem amplam promittere, suo exemplo animare non destitit, dum emolliret puellæ animum, pollicentis tandem, in ejus le potestate futuram. Jam dies imminebat, quâ sumptâ publicè Lutheranâ coenâ fidem promissis faceret : cum, quod propius illa instabat, eo gravioribus constringi angoribus puellæ animus coepit. Omni con- filio destituta ad preces confugit, calidissimis lacrimis DEum precata, ne in eo animi fluctantis æstu le desertam vellet.

Hæc inter vocem sibi audire visa est, notum adire locum juben- tis DEiparae in clientes beneficiis celebrem. Vocanti certa obsequi- modum statim invenit, quo illuc deceptis domesticis iret. Ibi vo- cata in opem DEipara & tenebras animi momento discussit, & ita totam immutavit, ut omissa sororis hæreticæ domo, suis se parentibus reddiderit: quos enarrato, à quo proximè absuisset, æternæ salutis periculo tam salutari terrore percelluit, ut mater extemplo eam Monachium adductam, inque familia honesta collocatam nostrorum cu- ræ commendaverit: magno virginis gaudio, id novo ardore agentis, ut pietatis Catholicæ exercitiis, ac Sacramentorum maximè frequen- tiâ tot annorum jacturam repararet. Nec definebat accusare illorum parentum damnabilem levitatem, quâ vel crederent, nihil liberis ab hæretica familia periculi fore; vel his omnibus superiorum fore obno- xiā tot illecebris juventutem,

383.
Annorum
quatuorde-
cim puella
lustrato
monaste-
rio, catho-
licam fe-
profiteatur.

Fuit tamen his omnibus superior Augustæ Vindelicorum puella, in qua tanto illustrior Divinæ Gratiae virtus eluxit, quod mirùs ab ea ætate & sexu sperari poterat tanta in quaerenda & retinenda Religione constantia. Annos nata quatuordecim parentibus acatholicis, pa- trem habebat arcularium, quem operæ causâ sapientis evocare solebant Oberschönenfeldensis asceterij virgines è Cisterciensi Familia. Ac- cedit aliquando, ut hanc, de qua sermo est, filiam natu minorem five- affectu, luce precibus puellæ victus secum pater adduceret; quam in- tra Monasterij septa admissam, & omnia curiosè lustrantem minimè impediabant virgines, innocentì verborum candore, ac moribus capte. Intentæ in omnia ita virginum cultus, pietas, Psalmodia,

mo-

modestia placuit, ut eas imitandi ingens desiderium, quin & proprium animo minimè juvenili conciperet. Statim à suo in urbem redditu clām parentibus ad nostrum Templum se abstulit, ac Patrem, qui cupiens em institueret, nacta, cūm satis omnia percepisset, adscripta catholicis est. In furorem ea res parentes dedit, qui plerosque Luthernorum anteire pertinaciā credebantur. Durē igitur ambo, & eorum iussu & exemplo domestici omnes puellam habent; nec quidquam proficiunt, crescente inter ipsas injurias patientiā.

Inhārebat præsentim animo nullis artibus evellendum Monasticæ
vitæ desiderium. Rogat, instat: scribuntur litteræ, patroni adhi-
bentur; causa puellæ apud virgines & Antistitiam multorum studiis agi-
tur: nihil proficitur. Negant, vacuum, quo recipiant locum esse;
atque integer sic annus elabitur. Dignæ erant innocentis animæ,
quas quodiana patientia commendabat, calidissimæ preces, quas
cœlum audiret. Audit omnino, atque ipsa Deipara eo, quo pin-
gi solet, habitu se spectabilem oranti offerens: jam, inquit, votum
tuum expondit tempus est. Scribe quamprimum ad antistitiam lite-
ras. Si præsentem negligis, nulla unquam redibit occasio. Narrat
illa, quæ viderit; & fide in narrationi eventus facit: mutatis virginum
aniinis intra paucos dies venire jubetur. Ergo summis incedens lœ-
titiis vestes meliores, & quæ usui fore in posterum videbantur, clām
domo effert. Humano majus visum; quod patentes in omnem fi-
liaz actionem vigiles ea res non adverteret; adeo, ut admirans puella
se pè ad nos diceret: eos in meridie cæcutire. Ita rebus, uti po-
terat, præparatis domo & urbe egressa ad Monasterium avolat, non
alio, quam DEO ac bono Angelo duce.

*Et opere B.
V. impo-
trati.*

Parentes filiæ redditum diu frustra præstolati, tota urbe requirunt
profugam, & eam à se desiderari, ex omnibus Lutheranorum ca-
thedralis promulgari juberit. Postridie, postquam allatis ex Monasterio
litteris, ubi filia moretur, intellectæ, restitui eam sibi absque mora
minaci epistola petunt. Responsum à virginibus: se sponte ad se
confugientem vi quidem non ejecturas. Receptam si vellent, ades-
sent ipsi: abire: cum illis volentes non retenturas. Adeo mater, &
filiæ cum ad eum agendis plena libertas. Atque illa quidem non pre-
cibus, non lacrimis, non ullis foeminarum artibus pepereit, sola sine
arbitris cum puella totam noctem egit, ut à fide, aut cœnobio saltem
abduceret. Incassum omnia? Re infecta domum redit: puella,
dum vivet, in corporis firma Ecclesiæ nostræ pulcherrimum veritatis ac
sanctitatis testimonium præbuit; quippe quam solam adhuc ille Ipiri-
cus regeret, quo animati fideles in patria, parentibus, cognatis de-
scendis aratam ac vexam vincent. Nec sterile exemplum fuit.
Plures hæreticorum parentum filiae, religionis mutantæ causâ domo
pulsæ, spontaneam apud catholicos servitutem lato animo servie-
runt.

*Et adven-
sus paren-
tum molli-
mina firma
consistit.*

Ester. Proo. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Doc. VII. Yy. Dux

384.
Sallerus
noster in
viri nobilis
Sebastiani
Saurzapfij
amicitiam
penetrat.

Dum tenellis ejusmodi plantis Ecclesiæ hortum Augustanorum Patrum industria auget, nobilior alia se obtulit; sed quæ ob annosas, quas in hæreticorum vepreto egerat, radices longi temporis labore evulias, hoc tandem anno in felicius Ecclesiæ solum migravit. Sebastianus Saurzapfius is erat, celebri apud Suevos, & Equestri familiâ natus. Hic à puerò magnâ curâ hæresin, nec minore litteras doctus, instruētam domi haud modico sumptu bibliothecam habebat. In ea minime peregrinus, libros præsertim de Fidei controversiis scriptos avide & curiosè lecitabat, gaudens interdum suæ sectæ præconibus negotium disputando facessere. Fortè per eum, quo habitabat, locum iter agebat P. Joannes Sallerus noster, summi Templi Augustæ Ecclesiastes; qui virum famâ notum, ceterà sibi incognitum, officijs causâ salutatum accessit. Ille multa humanitate acceptum, perque arcem deductum, denique ad bibliothecam invitat; librorum Catholicorum æquè ac hæreticorum numerum ingentem exhibit; ac, ut solebat, modestæ concertationis ansam captat. In hac ea simul vi ac moderatione partes suas Sallerus tutatus est, ut & opinione doctrinæ, & agendi ratione plurimum sibi devinxerit. Nam hospitem modis omnibus coluisse minimè contentus, discedentem, iniquo licet cœlo, ac foeda tempestate per oppidum suum omne deduxit, spectantibus Lutheranis, ac Domini erga Sacerdotem Catholicum, & Jesuitam officia palam mirantibus.

385.
Dono ei-
dem mittit
libellos
Costeri.

Pater tam felicibus cœptis instillendum ratus, atque in omnem continuandi cum tali viro commercij occasionem intentus, sequentia anno P. Costeri eruditæ lucubrations, cum alio, qui in rem utilis videbatur, libello, instaurandæ amicitiae, & augendæ bibliothecæ dono misit: quod munus etiam mittentis causâ gratissimum venisse testatus est epistolâ perquam officiosâ. Post hæc quinquaginta abit, absque ullo inter eos sermonis vel litterarum commercio. Interè ille Costerum volvere, eoque auctore sanctorum Patrum scripta attente perlegere, fluctuare tandem animo, ac gravibus urgeni conscientiæ stimulis coepit. Diu secum luctatus, cum planè se constriterum convictumque deprehenderet, Augustam profectus in Sallerum inquirit, qui hamum, quo nunc tenebatur, primus objecerat. Huic post tot annorum silentium nihil ultra speranti totum animum aperit, atque, se claro & planè unanimi SS. Patrum in Catholicum dogma consensu permotum, victumque, religioni sibi ducere, in agnito semel errore hærere; eoque se acrius impelli; quod à Lutheri præconibus frequenter se admonitum meminisset: ne Patrum scripta pervolveret, Cypriani præsertim, & qui eo priores scripsissent. Et causam, cur vetarent, habuisse, quibus sectariorum omnium arma retunderet.

Agitat in-
de verita-
tem non
audet pro-
fiteri.

Nihilominus in viro ex humanæ sapientiæ regulis omnia adhuc metiri solito, tantum sermonum, quos mundo daturus esset, metus valuit, ut, quam firmiter animo fidem conceperat, palam profiteri formidaret. Verum opportune importunè instans Sallerus argumenta congeminat, conscientiam obiicit, contempti Numinis metum ingerit, animum adversus terricula firmat; ut ille domum profectus, sui ad Catholicos transitus rationes conscriperit, easque olim edendas in pub-

publicum ad Sallerum transmiserit. Adhuc tamen obstabat, instillatum cum lacte Romani maximè Pontificis odium, & probrofa inter suos Papistæ compellatio. Pudor erat, eundem, quem nuper pro Antichristo habuisset, nunc Religionis arbitrum, verè credentium Patrem, Christique in terris vicarium colere ac profiteri. At Sallerus curandis hujusmodi neophytorum morbis assuetus, ad eum plenam tam fortibus argumentis epistolam scripsit, ut animum illum suæ admonitum nobilitatis exeret; ne se vanis terriculamentis ultrà circumagi in re tanta fineret.

Eâ perlectâ, jam palam veritati se dēdere certus, sepositis omnibus curis, exomologesin à primo pueritiae anno conscribere cœpit. ^{386.} Propter tandem magnu-
solatio, &
fructu alio-
rum. Mox Augustam repetens Sacerdotem è nostris dari sibi prudentem, eruditum, & severum petit, apud quem ad ultimum usque pulvisci- lum conscientiam purgaret. Atque huic salutis negotio *Dominicam* ^{tun.} in aliis ipse delegit asserens: se hac die, quâ olim catechumeni Baptismo abluti fidelibus accensebantur, inter animi poenitentis lacrimas renasci in sinu Ecclesiae velle. Pridie ejus diei, duobus è nostris præfatis, quædam in animi sinceri testimonium magno ardore præfatus, in genua procubuit, se & tāsque omnes detestatus, in Fidei Catholicae capita magno animi sensu pronunciata juravit; ut è primis illis Christianis audiire aliquem sibi nostri viderentur. Tum editæ à se professionis testes litteras ipse conscripsit; quibus haereticorum, in eos, qui ad Catholicos rediere, furentium calumnias recenseret, ac refutat. Postri- die sacra synaxi in nostro Templo percepta, ab Augustano Pro-episco- po Confirmationis Sacramento munitus, frugali prandio inter noshos accubuit; nec ultrà moratus domum rediit, cœlesti plenus solatio; unde aëtis iterum per litteras prolixè gratis Collegio liberale domum submisit. In uno viro non simplex factum est luctum. Apud Catholicos, præsertim nobiles, crevit plurimam Religionis amor & cura. Haeresi apud suos etiam plurimam existimationis decessit, non inventibus Ministris, quo estimationem sulcirent; quippe quin non spem aut metum obijcere poterant opulento homini nullius obsequiis obnoxio; nec animi levitatem viro ab litteris ac prudentia celebri, id tandem, quod post morosam deliberationem decreverat, exequitu.

Nec minus Augustæ Lutheranorum oculos Catholicorum exem. ^{387.} Augustæ catholica fides egredit-
gius exemplis
plus affectu-
tar. plairebant, inter media adversæ partis probra Iudei legi obsequen- tum. Opificum sane non pauci puro pane ac fonte gravem non- nunquam tolerarunt inediā, ne diebus, quibus Ecclesia abstinet, se carnibus inquinarent. Appositam bubolam cum canibus nonnulli obijcerent, matrifamilias id ægræ ferenti, & cari non aliis offerrent, roganti respondere: canibus utilior: alijs æquè, ac sibi documento fore. Carnivoræ matris gulam insolentia abstinentia infantis correxit. Hæc, cum die vetito elixæ carnis partem comederet, jus inde forbendum infantulo obtulit. Verum ille mira obstinatione aversatus liquorem; duriores cibos à carne diversos avidè arripuit, matremque eo facto stupente, ut & ipsa carnes amoveret, permovit. Interea vim, quam vel imaginatione conceptam à sua conscientia tam sollicitè arcet, alienæ admovere nullo scrupulo adversarij

conabantur. Novem ipsos annos juvenem opificem hereticus Magister præpedierat, ne animum confessione expiare, aut reficere Catholicam communione posset; qui hoc tandem anno domesticorum diligenter se fefellit, & conscientiam nostram aperuit. Adolescentem catholicum suæ curæ commissum ad audiendum Præconem Lutheranum trahebant, qui repente malo ante fanum ingressum, cœu fulmine iecus concidit, ægrè refocillatus. Quod idem & alteri contigit, hereticas adrescholas compulso: qui tibi Catholicum ingressus Gymnasium nostros Magistros audierat, nihil ultrà morbi est passus.

381.
Erdinge
ad sacrum
cruorem
prodigio.

Majorem prodigijs speciem habuit, quod Erdingenii in agro evenit, ac testibus ex juris forma auditis probatum juvenem opificem impulit, ut Monachium profectus, erudiendum se nostris, atque ab heresi absolvendum offerret. In Palatinatu ad Rhenum natus, ac post introductum ab Electore Calvinisum Lutheranæ, quam primam didicerat, doctrinæ retinens, Erdinge operam pellioni navabat; cum ipsa D. Bartholomæo Apostolo sacra luce, amico ambulationem medianti socium se adjungit, atque ad propinquum, quod à sacro cruce nomen habet, Templum comitatur. In via, quid olim eo loco cum sacra Hostia miraculi acciderit socium narrantem audit, factumque admirans tacite secum, ecquænam tandem ex omnibus quæ tam diversæ mundum implerent, religionibus vera & salvifica esset, anxiè cogitat. Sub hæc Templum ingressus, suis ardentius precibus, legere incipit descriptam in tabella miraculi, quod loco nomen fecit. Historiam. Sed mox pertulsi comes lectionem differre jussum, post altare dedit, & ostensa, quæ olim sacram Hostiam exceperat, scrobe, cochleari ferreco in eum usum parato haustam inde terram examinandam offert, quam ille cineri immilliam deprehendit. Dum vero pileum, quem comes tenendum tradiderat, eidem restituit, sumum intutus, gutta sanguineâ grandi & oblongâ notatum stupens eidem ostendit. Mirati ambo se metuò examinant, an è naribus non advertentis fluxerit, ipsum deinde fornicem contemplantur, an noui pluviis picturâ penetrantibus stilla rubro infecta colore deciderit. Cum nihil spiam in oculos incurret, digito explorant, ac nihil à recenti sanguine differre agnoscunt, quod idem citha admiratione intuebantur duo agricolæ eadem hora ad sacrum locum inventes. Tandem cum socio civitatem repotens digito guttam delevit, ac rem posteâ omnem coram sacro profanoque Magistratu rogatus juramento asseruit; nec animum deinceps quietum habuit, dum Monachium profectus, instructore nostro heretico dodectus veræ Ecclesiæ Sacramentum, dixit. Quo, inter alios unde quadraginta, duo se adstrinxere; quorun unus inter lectæ Magistros suum nomen professus, aliquamdiu verbi ministrum egerat, nec ante cessit veritati, quām integri mensis labore convictus, &c., ut ajebat, planè exarmatus. Alter Lavinganus, patria, ita se eruditione ac moribus probavit, ut dignum Sacerdotio illi ad quos candidatorum exploratio spectat, judicariunt; quo initatus, ut primum nostra in æde sacrificare ciceret, obtinuit.

382.
Maritus
uxoris mo-
rientis ob-
testatione
sit catholi-
ca.

Paribus votis non ad sacra tantum Catholicæ, sed ipsas aras ad spiravit Ratisbonæ vir litterarum minimè radis; eas in schola Calviniana, vicini Palatinatu annos viginti professus. Uxorem duxerat, quæ olim Catholicæ pinguioris fortunæ spe priuam fidem negaverat. Ver-

rūm extremis admota ob desertam olim Religionem vehementer dolens, deque suorum salute solicita, obtestata fuerat maritum; ut siquidem se ac liberos aeternū salvos vellet, reliquo novo dogmate, ad veteres Catholicorum partes transiret. Perculere hominem minime cetera malum supremæ uxoris voces, ac de catholica veritate tam syncerum in eo articulo testimonium. Nec diu moratus Ratisbonam se transluit, fideique doctrinā imbutus hæresin medius inter liberos quinque depositit. Recta, quæ apparebat, omnium mens, ac mores ad honestatem compositi summopere recrearunt Episcopum; qui privatim Chrismate inunctos in sanctis coeptis confirmavit; filiis, ut cuiusque ingenium ac artas ferebat, ad varia loca artesque dimisit; ne infide recentes nimium affligeret inassueta paupertas, quæ quidem ejusmodi hominibus nulla periculosior esse tentatio solet.

In marito ad veram fidem pertrahendo non minus felicia fuere alterius conjugis pia studia. Commendabant virum & genus & literæ; at simul falsæ, quam semel imbiberauit, opinionis tenacissimum fecerant. Conjuræ à teneris apprimè Catholica, quod unum se posse cernebat, DEum precibus fatigabat assidue, ut mentem marito meliorem injiceret. Habebat in more positum, annua peregrinatione Oettingam inita, DEI Matrem venerari: nec maritus obstat. Unum optabat, ut comitem aliquando haberet; nunquam tamen id ausa petere, indignationem verita. Idem iter cum immineret, artibus omnibus mariti animum aggressa, ita obsequiis ac blanditiis cepit, ut ejus gratiâ una se venturum promitteret. Id ubi semel illa obtinuit, exemplo precari ardenter, augere exercitia pietatis, vota facere, piorum, quos nōset, hominum preces & sacra expetere, nihil quod ad trahendum in sua vota cœlum pertineret, omittere. Nec omni fructu tunc pietas caruit. Vir enim, quem ^{Admittit} ^{quæ lu-} ^{cum in an-} ^{na.} non religio, sed amor conjugis, & loci noscendi cupido adduxerat, ejus deinde attentè perlustrati sanctitate mirificè captus, melius inde de Catholica Religione, ac DEipara præfertim, sentire ac loqui; deliberationem tamen de amplectenda religione in longum trahere.

At verò DEus monitorem morbum, eumque tam gravem immisit, ut desperatis humanis remediis, spes una in cœlestibus esset. Tristem, ac metu mortis dejectam aggressa conjux Oettinganae Virginis memoriam ingerit, quæ olim in ejus sacello animi sensa fuerint, admonet, favores minimè dubios notosque commemorat, hortatur experiri DEI Matris potentiam, ac denique, ut edito voto eandem sibi conciliatam velit, persuadet. Vix illud ediderat infirmus; cum præsens auxilium sensit, vis morbi extincta est, ac redeuntibus brevi tempore viribus ex integro convaluit. Nec posthac alio ad persuadendum catholicam veritatem argumento fuit opus. Exsoluturus promissi fidem Oettingam venit, ad nos accessit, ac Fidem cum ingenti spectantium gaudio publicè professus, animo jam, quam corpore sanior redit cum lectionissima conjuge, quæ sanè docuit, viros non eventundataxat, sed etiam servari foeminarum artibus posse, si has illas cum prudenti pietate conjungant.

391.
Hugenſium
in Austria
in reinen-
da heresi
pertinacia.

At Hagensis oppidi in Austria plena ad Fidem reduc̄io non feci-
narum opus fuit, sed fortium virorum, quos ad conandum accende-
re ipsa rerum difficultas solet. In civium illorum animis quām altas
radices egerit cognata hæresi obstinatio, satis anno superiore nar-
atum. Omnis Quadragesimæ dicendo docendoque tunc consumptæ
fructus fuerat quatuor capitum ad Ecclesiam reditus. Hoc anno
Augusto mense bini Patres ad eos Oettingā reversi, in eo tantum muta-
tos reperere, quod major, quām ante annum, pertinacia esset. Una
omnium erat insana ac publica vox: tam sibi fixum, in recepta se-
mel Lutheri doctrina persistere, ut bona sibi propterea aut vitam cri-
pi pensi non facerent; quos ne apertus quidem infernus absterrere à
proposito posset. A nostro congressu barbarorum more refugiebant;
nec via apparebat, quā penetrari posset in animos tam ferociter ob-
nitentium.

Missionari-
orum zelo
ac pruden-
tia emol-
liuntur.

Implorato DEiparæ interventu auxilio Numinis, collatis in unum
consiliis adhibitum est, quod ipsum tempus tunc offerebat, medium,
spem omnem superante successu. Imminebat commune omnibus,
sed Austriae ante omnes, à Turca Hungariam occupante periculum,
precésque publicæ seruebant per omnem latè Germaniam. Ergo
Hagenibus quoque, ob causam haud invitis, indicta supplicatio, om-
nésque horā septimā matutinā comparere in Templo jussi. Cūna
frequentes adesent, consenso suggestu noster causam conventū,
discriminis atrocitatem, Archiducum erga subditos amorem & cu-
ram explcare aggressus, oratione ad placandi Numinis necessitatem de-
flexa, ostendere coepit; quām id fieri nequeat vera fide deficiente, qua
sine nullum sit spei nostræ, & obtinendæ peccatorum veniae funda-
mentum. Inde Majorum, quos multi adhuc vidissent, seculo ab-
hinc non integro adducta religio: detecta vera origo & causa hæ-
resios: expositi auditorum mores: malæ artes apertæ, quibus usi essent
ad inducendos in errorem populos & hodie dum uterentur errorum Ma-
gistrī: enumerati, unde arborem noscerent, malæ doctrinæ pessima
fructus: posita denique ante oculos ad veritatem reversorum exem-
pla, ac quam præsentem DEus ac Principes offerant, ejusdem unā
ac salutis recuperandæ occasio.

392.
Ad unum
omnes
ad Ecclesi-
am rede-
unt.

Erat ultrà, quām expectari potuisset, magna ad ea, quæ dice-
bantur, attentio, nec finita cum oratione dictorum memoria. Fa-
cilior inde congressus; & , postquām frequens colloquium nostrorum
synceritatem, affectionem, & in animis tractandis lenitatem aperuit,
jam controversa fidei capita aperte tractantem non inviti, mox etiam
avidiaç lubentes audiebant. Ita illapo in animos jam minimè re-
pugnantes cœlesti lumine, nata ex auditu fides est, & intra mensis
unius spatium totum oppidum post quadraginta annorum incredibilem
in retinenda hæresi pertinaciam à viris duobus Ecclesie restitutum.
Septem & octoginta familiæ (tot enim locus complectebatur) hæ-
resin ejuravere. Hos inter vir apparuit centum annorum, viginti &
amplius annos ante se etiam natus, atque annos plus quinquaginta olim
Catholicus; quocum multa Patribus contentio fuit, dum senilem per-
tinaciam frangerent. Ipsi, postquām debellatum erat, tam illustri
ad.

adversus stygem atque hæresim victoriâ læti Oettinganæ Virgini se
stiteré, ad quam maximè spectabat Triumphi gloria, ejus ope ac vir-
tute obtenti.

EIAM Catholico in agro Oettinganis Patribus messis amplissimæ
campum Celsissimus Antistes Ratisbonensis apertit, ad Thavma-
turgam Virginem pietatis causâ profectus, & nostro hospitio usus.
Evocavit enim paulo post unum, qui præsto esset Dioecesis lustranti,
rudemque populum fidei rudimenta, & Sacramentorum maximè vim
ac sanctitatem doceret. Et erat hujus rei in illo, quem lustrabat,
tractu summa necessitas. Rerum ad religionem pertinentium vix ulla,
aut superstitionibus deformata notitia. Sacramenti Confirmationis
vix nomen neverant, & ab hominum memoria nulli unquam illis in
locis collatum affirmabant. Fidem assertioni faciebat ipsa ad illud
accurrentium multitudo. Nam paucos intra dies plus quinques mil-
lenis intinxit Episcopus, de nullo unquam labore aut fatigione que-
sus.

Ratisbo-
nensis Epi-
scopus
Dicecesis
lustrans
unum enq-
uis Oe-
tingi evo-
cat.

Neutiquam minoris moliminis & fructus erat instaurata à Ratisbo-
nenibus nostris in silvam ad fines Boicæ Missio: nec enim totam lu-
strare superiorum annorum excursione licuerat. Eam rursus sub
vernū jejunium auctoritate Episcopi Emeramus Wellerus & Geor-
gius Agriola resumpsere, amplissima cum potestate, publicisque
litteris ac viatico inissi. Cùm nullum diem à labore vacarent, eum
non uno in loco duplicare cogebat populi ruditas, ob doctrinæ neglo-
ctum ipsa terrâ suâ magis silvescentis. Fuit inter alios, qui, cùm à
Concionatore audiisset, à confessionem auspicaturis frontem Crucis
signandam esse, ad eam proximè veniens apprehenso Patris capite,
Crucem, quam suæ debebat, illius fronti imprimere cœpit. Bis
mille leptuaginta confitentes, quos audivero, ferè omnes à pueritia
ordiri necesse fuit; quod confessiones præteritas inutiles fecerat re-
rum scitu necessiarum ignoratio. Pluribus profutura fuerat no-
strorum industria; nisi obstitisset rusticorum mori suo obstinate inhæ-
rentium consuetudo, quâ adigi se non sunt passi, ut Synaxi in crastini-
num celebrandæ pridie confessionem præmitterent. Missio ab
ipsis hæreticis è vicinia se auditorio immisceribus laudem ac fructum
tulit; quorum noveni ad catholicos transiere. Ægrè nostri silvam
deseruere, ægrè deserti & ipsi à silvicolis, probè agnoscendibus, quanti
fructus longior cultura foret, postquam tam divites paucorum dicrum
manipulos viderant.

393:
Duos ita
ruin in fil-
vam Boi-
cam mittit.

In mitiore solo Erdingano parva fermentis brevi in messem op-
mione majorem excrevit. Ipsi saturnalium diebus è Patribus ter-
cium probandis duo ire Erdingam jussi, & fructum facere, quem pos-
sent. Hi sub-ingressum Parocho parum favente sunt usi; ut qui di-
gitaret: vereri se vehementer, ne hoc tempore parum utique op-
portuno oleum & operam perderent; nec obscure significabat, sibi
gratum, & ipsis honorificum fore, si dilato in dies commodiores con-
silio se domum referrent. Abnuentibus modestè nostris, facta tan-
dem dicendi potestate, concioni tum ipse, tum sacerdotum plures tunc

394:
Erding
bacchane-
lium die-
bus magni-
fructus col-
lecti.

in urbe præsentes interfuerent. Et quidem is fuit dicentis ardor, ea orationis flexanima vis, ut incolarum plerique omnes, atque hos inter Sacerdotes duo & viginti apud nostros peccata deponerent. Eorum, qui à tota vita audiri rogabant, plures erant trecentis. Paschatis, non Bacchi festa celebrari videbantur, idque intuiti duo, qui ad Lutherum olim transfugerant, ad Catholicos rediere.

^{394.} *Mira puer. hi. quæstio.* Sed longam admirationem puellæ unius curatio meruit. Annos jam duos supra viginti lecto affixa miro & incurabili, animi nescias, an corporis, morbi tenebatur. De DEO verba qui facerent, san-nis omnes ac cachinnis explodebat. Eam ut viseret, nostrum vehe-menter obtestabantur, minimè detrectantem id Christianæ caritatis obsequium. Hunc ad se intrantem ubi primum ægra conspexit, ini-tum dictu! velut alium repente in hominem versa, facessere confe-stim ceteros omnes jussit. Tum plena rationis, animum omnem animique labes aperuit, ac jam animo sanata, sequenti die etiam cor-pore convaluit. His pro auctario reus accessit, quem ex flagitioso homine (quippe qui tres simul pellices aluerat) repente in veræ poenitentis exemplum dextera Excelsi mutavit. Hic ubi primum sen-tentiâ Judicum decretam sibi mortem intellexit, rerum omnium alia-rum abjectâ memoriâ, totum animum ad curam æternorum transtulit, ut qui antè noverant, & nunc intuebantur, eundem esse hominem ne-garent. Salutatores otiosos, aut consolatores inane & ægræ cere-bat admissos, & paucissimis expeditos dimittebat. Pellices tres sup-plicii metu turbatas, ad plenam peccatorum confessionem induxi. Die mortis cibum recusavit omnem, jejunus ad supplicij locum progres-sus. Eos omnium animis verbis & aspectu ingenerabat pietatis motus, ut faterentur, haud meminisse ullum à se visum exemplum hominis, quod tantum in omnium animos valuisse.

^{395.}
Repetita
missio in
Burgun-diam.

Ex agro Burgundico insignes hoc iterum anno fructus legerunt Bruntrutani Patres, quorum evocatio in annum ferè morem abiérat. Complures eorum pagi percursi, non patientibus diu in uno loco con-fistere alio semper evocantium votis. In illum tamen, quo concio-naturum esse Missionarium precrebuerat, deduci semper aliorum pa-gorum incolæ; ut sex septémve supplicantum agmina frequentissi-mam redderent concioneim, & sacra post hanc obſiderent tribunalia. Auscultabant dicentes in turba Catholicorum paſſim hæretici liber-eſſi, ſibi etiam in iis, quæ ſuis dogmatibus contraria afferebantur, non mediocriter ſat ſfaētum; optare, ut ſui quoque curiones fidēi mysteria tam dilucidè ſolidèque exponerent. Pars maxima fructūs fuerunt odia ſublata, quæ curionem unum à præcipuis ſui gregis capi-tibus divilerant, magno boni publici, dum unus alteri obſtar, impedi-mento. Tam acerba erat animorum averſio, ut nec alloquium, nec præſentiam ferrent. Noſtris hortatoribus pars utraque cefſit, ut jam mutuò ad ſe inviferent, & modelis conviviis honorarent. At noſter non tam de qualicunque amicitia ſpecie, quam vera animorum reconciliatione ſolicitus, in id ſtudium omne convertit, ut nemo diſſidentium eſſet, qui non animo accurata peccatorum confessione pur-gato, certum præbuisset extincti odij argumentum.

Part

Pari ardore, non pari successu, mittente Basileensi Episcopo, laborari rufus Colmariæ coepit. Jam anno prioris secudi nonagesimo septimo narravimus, in Catholicorum demortui locum, dum alias sufficeretur, nostrum successisse, egregio rei Catholicæ emolumento, & nihil admodum movente Lutherano Senatu. Intra id tempus catholicis egregie in sua fide confirmatis, trecentis capitibus imminutus fuerat Lutheranus gressus. Hujus clades post nostrum abitum per pensæ memoria fecit, ut cavendum sibi quam maximè à Jesuitis putarent. Sub majus hujus anni jejuniū duo iterum civitatem ingressi, in Templo Catholicorum usibus relicto dicere unus ad populum, pagos alter circumire ac erudire ruricolas cœpere. Silencium primo in parte adversa; mox civibus passim nostrorum sermones vitamque laudantibus murmur inter priores fuit.

Erat cum die Palmarum ante fines Pascha, quo ad percipienda Prohibentia Sacra menta auditorem ambo ingenti cura paraverant. Cum al. tur à Magistratu. bescente jam agro subito Magistratus cepit messis intervertendæ consilium. Mittit hominem, qui nostris denuntiet: juramento se teneri, ut Ecclesiarum quaruncunque intra urbem jura sarta testaque conservet. His autem omnino adversum esse, ut Regularis concionator cuiuscunque ordinis è cathedra ad populum dicat. Timendum insuper, ne Patres semel admissi in cathedram, tandem ipsam Ecclesiam sibi vindicent, quod alibi ab iis factum intelligent. Evidem clarè satis patebat fictiti juris inanitas: quod si unquam extisset, nec ante septennium Curionis munere fungi nostrum sivissent, neque nunc suæ obligationis ad finem usque Quadragesimæ fuissent immemores. Neque noster suis partibus defuit, quamque parum probabiliter jus omnibus ad eam diem ignotum obtenderent, aut alieni usurpationem nobis obijcerent, modestè simul dilucidèque monstravit. Verum, quidquid id esset, decreta nostris migratio erat, urbèque ambo propediem excedere jussi. In vicinis igitur pagis consedere, in quos jus nullum Colmaria habet; fructu quidem haud minus, quam intra urbem copioso. At Magistratui, & in ectoribus ministris magni instar lucri fuit, cum Catholicos non possent, suæ saltem sectæ homines à nostrorum notitia ac sermonibus arcuisse.

Similem Missionis suæ exitum timere poteratè Patribus Lucernensis ille, quem in Glaronensis Parochi nuper defuncti locum sub extremos majoris Jejunij dies Glaronam ire Nuntius Apostolicus jusserrat. Est Glarona haud ignobilis pagus, Octavus Helvetiæ Canto, & Henrici Glareani eruditione factus celebrior. Maximam regionis partem Acatholici obtinent, & sua indole, & fœderatorum Grisonum propinquitate feroce. Tota ditio olim egregie Catholica Zwinglium ipsum adhuc Catholicum Pastorem habuit. Principio nemo non timebat, invisum Zwinglianis partibus fore Jesuitæ adventum: at secus evenit. Paucarum concionum ardor simul & prudens moderatio ita virum omnibus commendavit; ut etiam ex adversariis essent, qui ambirent alloquium. Eum animos omnium sibi devincire crebræ testabantur epistolæ; atque illa in primis, quam grati animi causâ Magistratus ad Nuntium Pontificium dedit; quâ nihil scerè aliud, quam laborum Patris, prudentiæ, industriaeque laudes con-

397^o
Colma-
riam ite-
rum exco-
lere incipi-
unt nosri.

398^o
Glaronen-
sem Paro-
chiam unus
admini-
strat à Nun-
tio Aposto-
lico missus.

tinebantur. Et erant tam conserti labores, ut vacuam penè nullam temporis partem relinquerent. Agrè dñi illus ab incolis spem retulit maximam, responsurum operæ ingens pretium, si crebrior esset gentem nostri avicissimam adeundi facultas.

399.
Sublatus
abusus post
Baptismum
componit
tum.

Continua
te Luce
nza publica
Meditatio
nes.

Non decerat interea domi Lucernensisibus nostris occasio laborum, quibus vel abusus, qui mores inficerant, tollerentur, vel piè copta confirmarentur. In rure vicino, quò noster rei Divinæ faciendæ gratiâ frequens exibat, inoleverat mos, quo, si quem infantem à Baptismo recepissent, statim nulla prece peracta ad cauponam recta omnes festinabant, genioque ad crapulam usque perpetuando littabant. Increpuit noster è cathedra indignum gente Catholica morem, docuitque, quantum pro collata infanti Sacramenti gratia gratos esse parentes deceat, imò quemvis Christianæ professionis hominem. Commodùm accidit, ut ab ipsa concione infans ad Baptismum offerretur; patuitque continuo optatus Sermonis fructus. Nam eo peracto omnes se mutuo cohortati, antequam discederent, flexo poplite horæ quadrantem in precibus posuere; abiitque coepit semel religio in consuetudinem, extincto penitus priore abusu. Illa vero, quam anno superiore sub vernum jejunium inductam meminimus, consuetudo, expendendi, praeiente nostro, post Psalmum quinquagesimum Evangelij, eam accivit frequentiam, ut, quod è plato ante fecerat, nunc è cathedra agere Sacerdos cogeretur, qui ne vetera redirent, Evangelij loco hoc anno considerandam cujusque diei Epistolam sumpsit, actaque propterea à multis gratiæ: neque enim apud homines salutis nondum prorsus immeiores ullum tantoperte valet obsequium, quam quod animabus ipsorum, sincero studio, & gratis impenditur.

Caritas vel
miserere ex-
bibita lar-
ga elemo-
nyn com-
pensatur.

Verum non minus animos illarapere caritas solet, quæ corporibus exhibetur; cuius occasione sibi oblata cum laude usi sunt Biburgensis Residentiae Parres. Vicino in loco turbatum à plebe succitat. Inde unus, ad quem exorti tumultus culpa pertinebat, datus in vincula, jam tertium mensem pane solum & aqua pastus agrè vitam servabat. Poenarum satis dedisse visus, & Magistratus sententia solutus, ad suos abire poterat; solitam tamen mercedem pendere pro custodia lictori jussus. Nec tertuntium cùm haberet, hærendum fuit in vinculis: cùm noster re cognita, corrogata stipe miserum in libertatem asseruit. Movit ea pietas virum nobilem, alias nostris amicissimum (quorum ope olim ab hæresecos tenebris ad fidei lucem traductum se gratus meminerat) ut morti proximus aureos quadrangulos legaret, Patris arbitrio in pios usus, ac pauperum levamentum erogandos.

400.
Caritatis ac
Religionis
Inter Au-
gustanos
Sodales
exempla.

Eiusdem in miseros pietatis cùm passum Mariani Sodales, tam Augustani maximè edicere specimina. Vel in tenera ætate non deerant adulteræ virtutis exempla. Adolescens unus extrema paupertate laboranti victimi impetravit à Patre, laboranti submisit Medicum, pharmaca dedit, necessaria, dum revalesceret, omnia suminâ curâ subministravit. Pro viro Religioso per urbem mendicante aliis honestâ familiâ natus stipem ostiatim collegit, nihil spectantium, præfertim

fertim hæretorum ludibria moratus. Concessas ad animum laxandum pecunias impendit unus recudendo Marianarum Legum libello, strenæ loco dividendo in singulos. Inter eos, qui desertis Lutheri signis ad castra Catholicorum se receperé, tres fuere, quos Sodalium reduxit industria, veritates, quas didicerant, domi docentium; quorum non nulli idem tentantes, fallente successu, ludibria, contumelias, verbera in lucro posuere.

In tanto juventutis flore ac numero admiranda castitas sui amorem afflabat domesticis, comprobatum non raro egregiâ in subitaneis pugnis victoriâ. 401.
Insigne ita
dura testi-
tutia. Talis erat Matris familias, quæ iter cum vicinô suo, viro minimè suspecto iniérat: sed qui solam nactus ad malum cœpit solicitare. Negat illa ter quater invictâ constantiâ. Vix tandem parari cùm cerneret, animo plûs quam virili educto cultro: aut tibi, inquit, aut mihi ergo hoc loco est occumbendum. Tam generosa voce in ruborem simul ac metum datus leno desuit; nec verbum ultra de scelere fecit. Ex ipsis Sodalibus nonnullorū is ardor extitit, ut florem virginitatis, quem DÉO conleccrare intra claustra religiosa constituerant, jam nunc edito voto æternum dicarent. Inter Monacenses Sodales tantus Religiosorum Ordinum amor ac desiderium accensum est, ut (quod priora tempora memorantibus pro miraculo erat) unus supra vicenos diversa religiosa Instituta amplexu fuerint. Sacerdotio initiando se obtulere non multo pauciores; quorum ad Sanctissima illa Mysteria nullus accessit, quin animum afferret complurium dierum meditationibus præparatum.

In publicis
necessitatibus orationem. Ubicunque vel publica Patriæ necessitas, vel gravia Principum negotia poscerent publicas preces, primi semper Sodales coibant, ac ceteros trahebant exemplo. Ut Maximiliani Archiducis negotia felicem sortirentur eventum, ab Oenipontanis Septimâ Septembribus cœpta, & per horas quadraginta continuata oratio. Longe utilissima in publicum fuit illa Sodalium pietas, quæ postremis duobus ante criminalium diebus supplici aginine Wiltinam primum; deinde Ambrasium egressi, multum continuere bacchantium insaniam, palam latenter per compita discursare erubescerentium, quæ ad Numen placandum publicis supplicantium precibus personarent. In publico illo Germaniz à Turcis metu Halense Sodalitium Oenipontum usque ad Wiltinensem Virginem in suburbio celebrem supplicum ordines duxit, ad quos se magno numero civium uterque texus in ipso egredi adjunxit. Religiosum id agmen tantâ non solum modestia, oratione, pietate, sed apparatu etiam ac maiestate ductum, reduchimusque ut iamdem ab omnibus, à multis etiam manentes præ solatio lachrymas tulierit. Obviâ educta sub sacris signis juventus redeuntes excepit, quacum & alijs ex urbe tanto numero le effudere, ut agmen plus quam quingentis capitibus staret.

In privato capite servando unius ex Oenipontanis Sodalibus memorabilis pietas fuit; qui ceteris quoque virtutibus, atque in primis frequenti Sacramentorum usu inter primos excellebat. Amicum is habebat longe dissitum, quem iis in oribus vivere intelligebat, ut in perpetuo salutis discrimine versari non dubitaret. Multum pro eo

precum effuderat: cùm ingens eum incessit juvandi hominis desiderium, forsan à nemine alio salutare consilium facilius admissuri. Per litteras rem agere in negotio tam delicato & anticipi tutum non videbatur. Ergo ipse hominem adire constituit; ac dierum aliquot itinere prosector rem tam feliciter egit, peregitque; ut ille tanta caritate captus se amici tam fidelis consilio ad ductui totum perniserit, summo quidem hujus solatio, alterius etiam tam præclaræ amici fide servati æterno emolumento simul ac documento, quantum unius viri probi amicitia præferenda sit aliis, quas vel avaræ spes, vel mutabiles cum fortuna causæ conjungunt.

*Ducementum
Sodalitatis
dividitur
in duas.
Et Ratisbonensis
cum solenni
cerimonia.*

Ferae talium exemplorum Parthenij cœtus augebantur idem numero. Nam & Lucernensis litteratorum Sodalitas divisa in duas, una trium superiorum classium auditores retinuit, alterâ ius inferiores collegit. Idem Ratisbonæ ut fieret, postquam Superiores assensere, non sine cerimonia & apparatu res acta est. Denunciata in publico conventu separatio, ut pridem desiderata, ita omnium approbatione audita est. Vigesimâ primâ Novembribus, qui adhuc Tirones supererant, è suo numero ablegârunt, quâ à Senatu Mariano peterent, ut, quos dignos censuisset, in album receptos Sodales esse juberent, oblati, qui Candidatorum nomina complebatur, catalogo. E quadragenis & uno duo ac triginta electi: novem expectare jussi. Octava post die à Magistratu è Sodalium, qui novum cœtum facturierant, numero lectori triumviri, quorum unum Præfecti, duos alios assistentium officio privatis suffragiis destinavere, octavâ Decembribus Dñiparæ conceptui sacra (à quo nomen minor cœtus accepit) Magistratum cum publica ceremonia inituros.

Hæc ubi illuxit convocati manè in aulam Sodales omnes, cantatum solenne Sacrum, operante' ad aras Reverendissimo Suumq[ue] ædis Decano Gulielmo Weilhamero, ac celebrata sacra synaxis iplo Celsissimo Principe & Episcopo Wolfgango præsente. Maxima fuit pomeridiani conventus celebritas, quâ futura erat solennis nova Sodalitatis institutio. Præter Sodales atque omnium scholarum Auditores magna hominum copia aulam impleverant. Considentibus primo loco Cathedralis Ecclesiæ Canonicis, atque ipso ad celebritatem (quod Mariana esset) redeunte Episcopo. Ac primùm quidem Sodalitatum Marianarum Institutum, ac novæ mox instituendæ ratio luculentâ oratione explicata est. Tum à Secretario Sodalitatis solennibus verbis primus Congregationis novæ Præfectus renuntiatus est Nobilis adolecens Joannes Christophorus Schweickl à Viechtenstein: primi Assistentes nominati: Nobilis Joannes Stöckl in Ach, & Michael Griesmair. Hi postquam ad mensam ex altero aulae latere aulæ instratam consedere; assurgens ex adverso Majoris Sodalitatis Præfectus mandavit Secretario; ut in traditæ potestatis signum Leges, Sigillum, & claves ad novum Præfectum transmitteret; id, quod statim ille per tres parvulos eleganter eum in finem ornatos ac pulvillis instructos præstiterit: qui postquam bina quisque disticha magna cum gratia pronuntiaverant, Secretarius gravi oratione & Muncis suscepit rationem, & Sodalitatis erga cœtum nascentem animum explicavit. Ad ea novus Præfectus pauca, sed apposita magno-

om-

omnium sensu, nec paucorum manantibus lacrimis respondit. His peractis elegans Poëma de Virginis conceptu è suggestu recitatum, & facta utriusque Sodalitati gratulatio. Musica demum artificiose concentu actum omnem clausit. Soluto conventu Major Præfектus ad novum alterum accedens datâ dexterâ & transmissam potestatem, & duraturum perpetuò foedus confirmavit; isto novum cœtum Majorum favori actis iteratò gratiis commendante. Denique novelis plantis ad pedes suos advolutis Episcopus vultu & affectu planè Partemo benedixit, multam à cœlo gratiam & incrementum precastus.

Aula porro, in qua deinceps soli Majores Sodales conventus acturi erant, à viris duobus, uno Nobili, Decano altero, magno sumptu ornata. Addendum aliquid, quod suæ potestatis esset, Provincialis Josephus censuit. Cum dies Virginis Elisabetham invisentis, in Templo item oblatæ, ac sine labore Conceptæ festi non essent; eos tamen absque publico cultu transmittendos sibi non esse Sodales existimabant. Tempus deerat, quo absque scholarum detimento id facerent. Facile Sodalium unâ & Professorum votis uno decreto Provincialis consuluit, dum hisce diebus in locum simplicis Missæ pro discipulis legi solitæ, solenne cantari officium jussit; cumque horam integrum id postulet, ordinarias lectiones more Dilingano hora di- midia breviores fieri concessit.

Tandem etiam Landiperæ sparsa pridem inter cives, fataque per nosdos Sodalitij semina coalescere in unum cœpere. Quinque & viginti spectata virtute viri in cœtum coivere, legibus temporis ac loco attemperatis. Ut nostri à confessionibus, adhortationibus, consiliis essent, una voce decretum. Ab assumpta in cœlum DEI Mâtre assumpto nomine, locum Bibliothecæ civicæ, quò convenirent, à Magistratu obtinuere. Ita plaudentibus bonis omnibus, ipsa luce evectæ ad cœlum Virginis pulcherrimo operi factum initium; cum abstensis piaculari confessione universæ vitæ noxis, in æde nova cœmterij omnes Divinæ Mensæ accubueré, nostro Sacerdote Instituti tam salutaris rationem pro suggestu explicante.

Mirum, quales quantosque Fautores grex novus, & adhucdum Magnus pusillus habuerit. E Serenissima Domo Boica Serenissimus Maximilianus regnans cum conjugè, Albertus Frater, Maria Archiducis Græcensis vidua, Marianna Ferdinandi, ejus filii, conjux, Magdalena Duci postmodum Neoburgico nupta, Henricus item Augustanus Episcopus datis etiam litteris in tutelam receperè: quibus nonnulli magni nominis Comites, Barones, Nobiles, ac magistratus denique civitatis accessere. Ipsum cœlum favisse haud obscuro beneficio visum; dum unus fistulam in collo, perpetuo ad eum diem hunc manantem, edito Rosarij in oratorio Sodalitatis recitandi voto sanavit.

Inter primas novorum Sodalium curas erat, ut, quæcunque se offerret occasio, sui in DEiparam amoris argumenta ederent. Inde cum in campo Lycio recens Sacellum exstructum fuisset DEiparæ, novis in dies prodigiis inclarescenti, primi annuam, quam hodiedum Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Bb b celebuntur.

Supplicationem annuam in campum Lycium primi decer-

celebrant supplicationem eò duxere, in qua nostrum sibi adesse voluntare hortatorem. Sub dio dicendum erat, non capientibus Sacelli angustiis multitudinem affluentis populi: ubi notandum esse praesentibus visum, quod cœlo latè circùm in imbres effuso, nulla ad concionem stilla pervenerit, tanto copiosius redeundum agminibus in DEiparæ laudem se effundentibus.

403.
Revelatio
de titulo
Marris ter
admirabilis
facta P. Ja-
cobo
Rhem.

Verum DEiparæ favores memorantibus, unus longè ante omnes memorabilem nobis hunc annum facit, cuius ab hoc tempore constans, & quantum humana fides valere potest, certa traditio est. Jacobus Rhemius noster qua apud omnes opinione fuerit consummatæ virtutis, alia Historiæ parte narratum est, in qua erecti eo Auctore sub Colloquij titulo Mariani Sodalitij descripta initia sunt. Huic floridissimo hodieum coetui ut à *Matre ter admirabili* nomen indoretur, hac, quam subiungimus, origo pulcherrima fuit. Sexta Aprilis erat; cum collectis ex more in unum Colloquistis Mariana elegia ex Litaniis Lauretanis Musici decantarent. Occupabat more suo postremum oratorij angulum P. Jacobus, quem meditandis magnæ coelitum Reginæ titulis penitus immersum cupidio incessit, intelligendi, quemnam præ aliis gratum Divina Mater haberet? & ecce! cum verba illa: *Mater admirabilis* cantores enuntiarent, Virgo coelesti luce circumfusa se ipsi spectabilem offert, docetque, illo se maximè præconio delectari. Non tenuit lætitiam animus Marianæ gloriaz avidissimus. Confessum suo ex angulo in medium profiliens, stupentibus ad rei insolentiam omnibus, exclamat: ut voces illas *Mater admirabilis* tertium universi ingeminent: perspectum sibi, quam grata Virgini Matri haec appellatio fit. Obsequuntur sine mora omnes: ter elogium illud repetunt: & ab hoc tempore tertium, semper in Litaneticis precibus ex voces à Colloquistis pronuntiantur, atque à *Matre ter admirabili* nomen coetui universo adhæret. Ut perpetua rei memoria duret, hodieum hoc ipso ad conventus suos loco utuntur, ceteroquin nec amplio valde, nec commodo. Et adstruunt veritatem revelationis cum perpetua, quæ huc consurgentibus obtingunt, beneficia, tum constans Summorum etiam Principum locum magna cum reverentia invisentium veneratio. Dici hic coetus non imerito possit Sodalitatis Parthenæ flos, cuius pariter Ingolstadij magna veneratio est. Unus certè solâ Marianæ Sodalitatis injectâ memoriâ coeptum, cui supervenerat, duellum diremit.

406.
Virginum
quarundam
pro castita-
te glorio-
se pugne.

Honestiora duella fuere, quibus adversus lenonum procacium vim non uno in loco infirmior sexus pugnavit, laureâ inque promeruit. Constantiensis Virgo à nobili & magnæ auctoritatis proco ad flagitium pellesta cum vim parari cerneret, minis primùm, mox unguibus, denique pugnis agendum rata, tanta vi colaphum impuro aggressori infregit, ut ea omissâ de sistendo qui ex ore naribusque erumperebat, sanguine cogitandum fuerit. Et ille quidem à rei consciis risum, virgo laudem egregiam tulit. Acrius certamen alia iniit, in quam unam quatuor ejusmodi accipitres involârunt. Cum pugnis, moribus, vociferatione nihil proficeret, cultrum animosa strinxit, dispensatusque non parcè iictibus una omnes fugavit. Unam philtro aggre-

gressus leno, penè mente dejectam in ultimum castitatis discrimen ad-duxerat; quæ nostro consilio sanctioribus antidotis liberata beneficio, ac erupta periculo est. Merebatur hoc cœlestis robur virilis ardor, quo vel in hæreticorum famulatu insuperabili constantiâ catholicæ Religionis præcepta servabant. Fuit inter has, quæ morbi causâ venam secare à Medico iussa, in eo quidem paruit: at præter carnes cibum alium negantibus heris tam invicta obstitit, ut diem illam no-stemque maluerit jejuna exigere, quæ cibum ab Ecclesia vetitum vel in morbo gustare.

In castitatis porro certamine Monachis Matronæ pro armis pra-⁴⁰²
fens animus, & prudentia fuit. Ejus vir in carcerem cum datus esset, Matronæ
ut eum libertati redderet, varia variorum limina circumibat. Nec egregia fu-
ingrata quibusdam veniebat oratrix, quam præter pietatem in ma-^{Universitas}
ritum, etiam forma commendabat. Ita non deerant, qui opem pro-
mitterent, si sui copiam prior ipsa fecisset. Abnente semper Matro-^{Matronæ}
nâ flagitium, è mœchis unum eò libido impulit, ut ad domum mulieris
scipse conferret. Jámque amandatis aliò domesticis opportunam
sceleris solitudinem fecerat: cum sagax mulier odorata confitum, sibi
deposita provinciam purgandæ diligentias ab arbitris domûs; cám-
que naëta facillimè prima omnium se ipsa proripuit, non priùs re-
gressa, quæ exploratum haberet, adulterum morâ fatigatum abiisse.
Hoc defunctam discrimine aliud gravius exceptit, cum certam in-
gressa domum litteras in mariti favorem obtentas domino traderet.
Nam ille mox ostium claudere, pessulum obdere, blandicias facere,
ad scelus hortari. At cum foeminam ad tuendum honorem obsti-
natam, & jam clamores parantem cerneret; reclusis foribus liberam
puramque dimisit. Duorum hostium manibus clapsa post paulò in-
teriuim incidit, tanto magis metuendum, quanto audaciorem po-
tentia fecerat, & nominis claritas. Hic non minis, non precibus,
non clamoribus aversus vim apertam parabat: cum animi præsentis
Matrona ab astu consilium petit. Conversa ad hominem libidine cæ-
cum, prædam me, inquit, manu tenes; nec, quæ effugiam, video.
Unum oro, ut in locum magis ab hominum accessu remotum, atque
ipsum adeo cubile tuum me ducas. Probavit amens, ac veluti jam
compos viam præbat. Cum illa dimissa è manibus, per alteram ja-
nuam diffugiens furentem elusit. Paucis post diebus redditum liber-
tati virum recepit; ac ne minùs in ejus animum quæ corpus benefi-
cia esset, ad ineundam ab Numine gratiam ut virtus omnis delicta homo-
logesi expiaret, persuasit; qui & nobis gratias à se deberi existimavit,
quorum consiliis ac institutione tantæ virtutis uxorem haberet: nos
item ii, qui sua improbitate experimentum illius tam parum honorifi-
cum fecerant.

Neque ab his exspectabant laboris præmium operarij, quibus
Domini sui gloria erat omni mercede potior: qui quidem & ipse veni-⁴⁰³
re in parte in laboris, & manifesta ope consolari suos famulos solet. Patrum un-
am Brun-
Eorum unus è nostris Bruntruti nephrite pridem laborans, cum pleu-⁴⁰⁴
ritis insuper, ac febris maligna accederet, defertus à medicis, primò
quidem expiatum confessione animum ad felicem, si DEO visum es-
set, exitum præparavit: deinde spe cœlesti plenus Medicum exorare
merbo si-
derat.

Ignatium cœpit. Gnarus, esse penè Superiorem de veste illius particulam, cùm afferri curāisset, eādem lateri primū, ubi maximè sæviebat morbus, applicitā aculeos repente omnes fugavit. Exiguo post intervallo, cùm alias corporis partes, ac humerum præsertim novus dolor lancinaret, simili contactu consimilem invenit medicinam. Inde adeo celeriter cum viribus valetudo rediit, ut intra quatriduum depositum eundem & sanum ita omnes stupuerint, ut ne vestigium quidem sui, tot morbi reliquerint.

^{409.} *Vulgata Patris curatio spes etiam aliorum accedit : nec defuit
Contra pa- experiundi occasio. In loco ab urbe remoto catellum efferaverat
bīus capis rabies, qui animantia, quotquot in disorderat, omnia consimilem in
morgua lo- rabiōm dedit. Jam plures equi plumbea glande traecci proculue-
vocatur rante. Maximus erat metus, ne pueri quos ore rabido non paucos
cum fu- presserat, in furias agerentur. Rogatus consilium loci Parochus,
Qu. à cœlo quærendam opem afferens, tabellarium ad nosfros Bruntrutum
amandat : rem divinam fieri petit, ac deprecatorem apud DEum ad-
hiberi Ignatium, ut immunibus periculo esse pueris liceat. Divina
res, ut optaverat facta, & vocatus in auxilium Beatus Pater ; stetit
que pueris sanitas, nec ullum se in ullo prodidit funesti furoris indi-
cium.*

*Veneficio,
& partu
laboranti-
bus adest.*

Hoc ipso etiam anno ac loco in Quæsitorum manus inciderat sa-
ga, quæ honestæ sortis matronam veneficis artibus proximè admo-
verat exitio. Fatebatur illa, sèpius destinasse animo, alias augere,
alias tollere beneficium ; aditu semper frustrè tentato ; quòd prohi-
beretur amuleto è fœminæ collo suspenso. Liplanotheca erat, quam
unus nostrum jacenti commodaverat, cui inerat quiddam de veste B.
P. Ignatij : an aliæ insuper, aut quænam Reliquiæ, incertum. Ca-
su thecam Patri matrona restituerat : cum veteratrix facillimè ingressa
cubiculum optimam fœminam, quid secum ageretur, ignaram vene-
ficio solvit. Arsit paulò post in rogo venefica : at matrona sui com-
pos valensque ita devenerari Ignatiū cœpit, ut acceptam dono te-
nuissimam ejus vestis particulam, argento inclusam perpetuò deinceps
è collo gestaverit. Eadem filamenta collo appensa viduæ longâ in-
somnia exhaustæ attulere soporem. Inde & Principis ac Episcopi
Basileensis Fratris nuper defuncti uxor uterum ex marito ferens ac
partui vicina easdem Reliquias afferri ad se è Collegio jussit, ac posthu-
mam prolem enixa feliciter, nominari Ignatium jussit ; quòd maritus
optimè erga Socjetatem affectus id fieri ante mortem imperasset. Quin
& Augustæ Templi nostri thesauro quatuor urcei ex argento illati, cum
vestibus sacris centum amplius aureorum donum erant opulentæ Ma-
tronæ, appensis collo Ignatianæ vestis reliquiis præsenti inortis discri-
mine in partu defunctæ.

^{410.} *Brachium
contra-
Quæ sanat,
invocans
unum cum S.
Xaverio.*

Haud minùs illustri beneficio Friburgi Nuithonum filiolum trien-
nem vocati ambo in vota Ignatius & Xaverius sanavere. Brachium in-
felici casu fregerat parvulus, ac ob doloris vehementiam domum om-
nem ejulatibus complebat. Absens tunc à domo pater erat ; cuius
præcipitem iram vehementer extimescens afflita mater, idegit, ut la-
grimis perfusa manus ac vocem ad cœlum tolleret. Primi occurre-
bant

bant animo nostri cœlites, ad quos conversa: O Beati Patres; excludat, si quando in terris ulli clientum Patrum officium exhibuisti, jam nunc paternum animum in misera juvanda ostendite; vestrisque ad DEum precibus, fractum hoc inœstissimo casu brachiolum sanate. Vix orare desiderat, cum ploratum infans sistit, & matri brachium exploranti sanum atque integrum porrigit, jam penè gaudio magis, quam anteà dolore attonitæ. Implevit omnem civitatem prodigijs fama, allapsa quoque ad aures puerperæ. Constatbat dudum, eam, quoties ad partum veniret, de vita periclitari. Jamque iterum parturiens diebus aliquot cum doloribus luctabatur. Cum Ignatij admonita ad Collegium mittit, qui Reliquias impetraret. Allatas reverenter exosculata cum primum collo injecit, mox levata in se doloribus, ac intra horæ spatiū etiam partu solutam gratulata est.

Quod in eadem urbe Parentum hæretorum filiolο beneficium di-^{411.}
ves in omnes DEL Bonitas contulit, ad universæ Ecclesiæ nostræ ho-
norempertinuit. Hunc altero oculo ferè naturâ captum parentes ad
unum è Patribus adduxerè, à quo consilium sibi aut remedium suppe-
ditari multis precibus orabant. Is parvuli innocentis miseratione,
& ipsa parentum fiduciâ motus, aquam iis lustralem impertiuit, jussitque
inter ardentia ad DEum vota frequenter eā affeclum filiolī oculum
aspergere. Nondum altera hebdomas finierat; cùm oculo ex in-
tegro sanato Patri adolescentulum sistunt, gratias pro salubri remedio
agunt, factumque inter ipsos hæreticos palam prædicant. Non de-
fuit occasione & officio Pater, utque ex recenti beneficio divinitus
collato veritatem nostræ Ecclesiæ, falsitatem suæ disserent, seria ora-
tione admonuit. Nihil quod opponerent habentibus fi-
lentium pro responso fuit, atque in honesta, quam agerent, vita spem
collocantes, quales venerant, abière.

Latius vulgatum beneficium est, quod Lucernensis Gymnasij discipulo annos tredecim nato Einsidensis Thavmatura exhibuit. Is die quadam, dum in aula scholarum Sacerdoti ad aram facienti minister inservit, elevatâ in altum sacrâ Hostiâ repente exanimis concidit. Domum deportato adhibentur remedia: sed cadentibus in irritum omnibus, incognitum medentibus malum ad semestre perdurat. Tandem parens, non vanis, indiciis à dæmone obfessum suspicatus, in viam se cum puero dat, eum Eremitanæ Thavmaturgæ stiturus. In itinere mira perpessus adolescentis, quoties præter Templa & Imagines ibat, visu se privari querebatur. Etiam ut parentem interimeret, instigabat aernalis incola, quoque ab cœnobia aberat proprius, cō altius cogebat miserum vociferari.

Designata die in Virginis Sacramentum introductio adhibentur ex Ecclesiæ ritu exorcisi, puero mox supino in teram prostrato, ac sensu omnis expertise. Fassus tandem est malus genius, se in eum nec dum anniculum, per pilum caninum puliti inditum, immisum fuisse à laga, ante annos aliquot Lucernæ combusta: quam ne id in tormentis fateretur, gravissimis minis absterruisse. Crescentibus annis paulatim plures sibi socios adjunxisse; quoruim unum per haustum vini, alium per esum pomi, alios aliis viis modisque ingressos.
Histor. Prov. Germ. Sap. S. J. Tom. III. Dec. VII. CCC Dic

hæretici
parentes
filiolum
aquâ lu-
strali sa-
name.

412.
Lucerne
adolescent
deprehen-
ditur ener-
gumetus.

413.
Quot, &
quando in-
gressi
dæmones?

Die quadam, cum puer in Templo extra urbem, D. Virginis ac S. Galli memoriae dicato, cum sociis tribus cantato *Salve Regina*, capas è proximo agro extractas absumeret, duos intrâsse; nec constitutum intra hos numerum fuisse, nisi præmisso sacro illo carmine, DEiparam salutasset. Nomen sibi geminum ajebat esse: scrofæ, & Geder. Hânsle; quod ipsum etiam sagæ olim suæ indicasset.

Ejciuntur
omnes in-
tra dies
quatuorde-
cim

Interrogatus, cur post tot annorum quietem nunc primùm exagitare puerum cœpisset? in causa esse respondit Marianam Sodalitatem, & Sacra menta, quæ frequentare ex hujus legibus adolescens cœperat. His si abstinuisset, etiam à se diuturniores illi futuras fuisse inducias. Post hæc die lustratæ in Templo Virgini sacra primi duo ejeci sunt: intra dierum quatuordecim spatium reliqui excelsere. Decimo quarto calendas Martij tres supererant; quorum duo mane: vesperti, qui primus insederat, ultimus abscessit der Geder. Hânsle. Signum discessus edidit extinctionem cerei suitensis. Vixdum eruperat; cum gaudio exiliens puer alta voce cantare cœpit: *Te DEum Laudamus.* In febrim tamen post hæc incidit decem septimanis cum ea conflictatus. Tandem & hac liberatus, latus ac incolumnis ad scholam rediit, tanto magis caram deinceps habens Marianam Sodalitatem, quanto magis eam dæmoni exosam comperebat.

^{414.}
Carolus
Princeps
Arenbergi-
us Londi-
ni ope S.
Sebastia-
ni à peste
servatur.

Divi Sebastiani Eberspergæ in clientes beneficia, quòd consuetata & aliàs narratis simillima sint, repetere non est visum. Unum taceri non debet, quod abhinc anno patratum, isto primùm innotuit. Carolus Princeps Arenbergius ab Alberto Archiduce è Belgio Legatus ad Regem Angliæ Londinum missus, numero sum secum ac nobilem comitatum adduxerat; quos inter præcipui erant Uratislaus Comes Fürstenbergius, & Maximilianus à Bosen. Dum sui Principis negotia tractat, Regnum ferè omne, atque ipsum maximè Londinum depascere lues tam pestilens cœpit, ut mille & plura quot hebdomadis funera censerentur. Princeps de sua suorumque salute anxius, ad D. Sebastianum (cui aliàs Eberspergæ supplicasse meminimus) vota convertit. Argentum sua & nobilium in aula liberalitate collatum conflari in statuam jubet, Martyri dicandam, si se cum aula salvum à lue præstaret. Audiuit Divus veteris clientis vota; nec ullum ex omni comitatu in tanta civitatis strage lues afflavit. Anno superiore acceperat beneficium: isto votum implevit; ac profici-scenti in Germaniam filio Statuam tradidit in Eberspergeni Martyris Sacrario deponendam. Tabulas addidit publica auctoritate firmatas, accepti beneficij testes. Auctorem quoque & causam muneri subiectum in argentea lamina sequens Distichon docet.

Gratus Arenbergi posuit me Stemmatis Heros
Carolus, ut Divi munere sensit opem.

^{415.}
Moritur
Monachij
P. Bartho-
lomæus
Schrenck.

Nostrorum tamen Eberspergensium numerum uno capite mors imminuit, dum malo intestino sustulit P. Bartholomæum Schrenck, annos nonnisi quatuor & quadraginta natum. Monachium illi patriam & tumulum dedit ad curandam in solo nativo valetudinem Eberspergâ advecto. Nobili familia natus politiores litteras Romæ didi-

didicit; ac philosophicis deinde excultus nomen Societati dedit; in qua, dum per vires licuit, aut artes liberales in scholis, aut pietatem è cathedris Ecclesiastes docuit. Obiit 20. Februarij annis duobus ac viginti in Societate cum laude aëtis.

Annos non plures septendecim in Societate vixerat P. Petrus Riedinger ^{416.} Halæ P. Petrus Riedinger. ætatis sexto ac trigesimo Halæ in Tiroli mortuus. Pedes malum infederat, ferax dolorum, & adversus omnia etiam therma- rum remedia contumax. His nihil admodum motus, ægrotis non raro gravius ipse laborans adfuit; civibus eo nomine in primis carus, qui diu retinueré viri, omnes magis quam se ipsum curantis, memori- am.

Parem à Monacensibus laudem gratiámque habuit immortuus san- ^{417.} Monachus P. Carolus Leopoldus quis laboribus P. Carolus Leopoldus, Clusinæ in Tiroli natus, annis duobus & quadraginta in Societate versatus. Commandant in vi- ro Apostolico horum temporum monumenta vivum semper ac fla- grantem amorem Numinis, qui excitabat ardentes illos in dicendo & agendo motus, quibus se ubique suspiciendum reddiderit, & ad- mirabilem; queis quos fructus ediderit, alibi facta est mentio. U- bi cathedralm Ecclesiastes tenuit, nihil tam erat effectu arduum, quod non aggredieretur pro DEI gloria, mira felicitate perficere solitus, quod alij nec tentandum existimâssent. Sedulo conciones elabo- randi studio indefessum adjunxit pœnitentes audiendi laborem, uti- lis omnibus; sed in iis præcipue lucrandis felix, qui supremo damnati suppicio, adversus alios omnes salutaria monentes animum obstina- verant. Semper aliquid pro DEI gloria & animarum salute mo- liri visus, cum fractis paulatim viribus adesse mortis prodromos intel- ligeret, id egit, ut residui temporis brevitatem actionum excellentia compensaret. Ante diem duodecimum calendas Septembri in communi urbis Monacensis valetudinario ad serum usque vesperum unus omnium confessiones audierat: cum major viribus labor stomachum unum ac valetudinem evertit. Nam sub medium noctis con- velli stomachus atroci dolorum vehementia coepit, quam cum nul- la lenire alexipharmacum possent, vivere sub insequentis diei meridiem desit. Duo semper optare auditus est: unum ut mortem in ali- quo vocationis suæ munere: alterum, ut celerem obire daretur. Mortis genere, quod optaverat. Utrumque concessit Deus viro, qui ex voluntate Divina semper to- tus peperderat, exitum inde, qualem volebat, promeritus.

Altero mense ante P. Carolum Monacensi Templo illatum fuit illustre funus Minutij de Minutijs Farenjis in Ilyride Archiepiscopi, in- signis Collegiatæ Oettinganæ Præpositi, contra Societatis morem sua, & Serenissimi Fundatoris voluntate in eo sepulchrum nauci. Vir erat virtute, doctrinâ, prudentia singulari, ac obitis pro summo Pontifi- ce ad Principes, Reges, Cæsares legationibus clarus. Quocunque terrarum venisset, ubi Sedem Societas fixerat, multa semper & pa- lam edidit eximii erga illam affectus argumenta. Nullam aulam adiit, quam non sapientiaz suæ ac virtutis laude impleverit. Quam in ea dignitate nihil immoderatè cuperet; sed in rebus etiam gravissi- mis voluntatem suam facile ad alienam componeret, sub ultimum ma-

ximè vitæ tempus apparuit. Absens Monachio & præsagus futuri, ad Guilielnum Ducem scripsérat; ut in Templo Societatis à se condito tantillum sibi terræ concederet, quantum tegendo paulò pòst corpusculo satís esset. Nihil ad eas litteras responsi à Duce retulerat: cùm Monachium ingresso, atque in ipsa Principis aula decumbenti oblata sàpius occasio est, iterandæ petitionis. At nullo unquam verbo sua vota repetiit, & quidquid secum ageretur, contentus, ante obitum nihil aliud scivit, quam eo loco sepultum iri, quo Principi colibuiisset.

*Et voti sibi
sit come-
pos.*

Libuit autem sepulchrum in eadem nostra Ecclesia dari Præfuli tam præclarè de Societate universa, ac Monacensi præsertim sede merito; in qua duraturis in posterum proventibus stabilienda cùm Patroni alij difficultatibus tertiis passim deficerent, unus ipse eodem, quo cœperat, ardore, dum perfectum cerneret, elaboravit. Obiit octavâ Martij sub septimam vespertinam in ipso Serenissimi Guilielmi Palatio. Unde decimâ tertiatâ elatum funus primùm in Ecclesia B. Virginis depositum est; ubi præter privata plurimorum Sacra solenni Sacrificio pro defuncto litatum, dictaque Panegyris à Petro Mario nostro, communi omnium plausu excepta. Inde ad D. Michaëlis Templum funebris Pompa processit, corpùsque in D. Andreæ Sacello conditum Sacerdotibus nostris omnibus ritu lugubri ad aras facientibus.

*419.
Suffraga-
neus Ratis-
bonensis
moritur,
magnum
Societatis
& Exerciti-
orum Pa-
tronus.*

Ratisbonæ vitam placidissima morte clausit Celsissimi Episcopi Suffraganeus Joannes Baptista Pühelmayr, qui nostrum sibi ad extremum usque Spiritum præsentem voluit, habuitque. Is quoque inter primos fuerat in ea urbe Societatis nostræ Patronos, oratione funebri ab Hylino nostro summi Templi Ecclesiaste laudatus. Erat ex iis, qui in vita ad vocationis tam excelsæ sanctitatem componenda plurimum tribuebat Exercitiis spiritualibus B. P. N. quæ nullum credebat obire posse, quin exiret inde se ipso melior.

*420.
Erdem o-
bit Abbas,
& ad ea-
dem suos
omnes in-
ducit.*

Idem erat sensus Abbatis Monasterij Bruntruto vicini. Huic amor virtutis desiderium injecerat experiundi in seinet ipso fructum, quem toties in aliorum ab Exercitiis illis recentium vita moribusque spectasset. Inde, ne solitudinem huic Spiritus negotio inprimis necessariam officij curæ turbarent, campestrem in villam cum nostro spiritu Magistro secessit. Hic ad infusum animo cœlestè lumen vitam omnem postquam telegit, ad meditandum veritates, admirabili ordine inter se connexas, progressus, iis abundare solatiis cœpit, ut sàpius Patri dicitaret; nihil se consimile ad eam diem expertum: ferebundis vix non imparem esse. Inde ex bono in optimum mutatus ingens animo desiderium cepit reducendæ inter suos ad legum sanctitatem regularis disciplinæ. Ejus rei spem certam concepit, postquam ex ipsius dictis factisque tanto Exercitorum amore ac desiderio omnes exarsere, ut nullus esset, qui non eorum sibi copiam fieri in-

instanter posceret. Quod ubi, succendentibus identidem aliis, præstiterunt, mirum quantum & ipsi virtute, & famâ Monasterium creverit.

Ratisbonæ intra Collegium ejusdem sacri Secessus causâ se abdidere è Windbergensi Præmonstratensium Asceterio quatuor; ex Quercu superiore Benedictinorum duo; è Rhorense Canonorum Regularium unus. Lucerna variæ conditionis excolluit tredecim: Monachium præter virum sanguine & officio clarum. Ecclesiasticum alterum magnæ auctoritatis. Ebersperga præter Curiones ternos eâdem causâ ad nos profectos exceptit Reverendissimum Suffraganeum Frisingensem, in octo dierum secessu insignium edentem virtutum documenta. Ingolstadij sexdecim, Dilingæ quindeni, plerique diversarum Religionum, & sacræ plerique scientiæ Candidati iisdem sacris meditationibus pari ardore ac fructu vacârunt, digressi omnes cum desiderio, & si per iplos staret, redeundi proposito.

421.
Alij diversis in locis iisdem excoluntur.

Dilinganos non paucos is ardor accenderat, ut in demortuorum se cryptas abderent, inter calvarias meditarentur, exoscularunt frigida mortuorum ossa, noctes quin etiam totas inter illa vigilarent. Nihilominus in medio pulcherrimarum frugum crevère zizania, digna, quæ irata Numinis manus evelleret. Fratres duo Germani, Melchior & Balthasar Buzij Dilingæ nati, nocturnis graffationibus ac vociferationibus infames, non monitis, non mulctis ad honestatem flebantur. Die Cinerum ob dierum præteriorum delicta carcere mulctatus Balthasar, & verbis insuper graviter officij admonitus, adeò nihil omnia fecit, ut emissus rectâ ad cauponam redierit. Accidit sub eam iplam noctem, ut fratrem suum Melchiorem in platea solito insolentiùs bacchantem audiret: quem cùm domum retrahere violentius nititur, ab eodem lethali feritur plagâ, cultro altè in latus immisso. Desertus à chirurgis intra paucos dies fonus fuit. In fugam se quidem fratricida conjecterat: at pede neutiquam claudio insequeens poena sceleratum comprehendit. In aliud enim crimen lapsus, agnitusque, & hoc & priori nomine conjectus in vincula, utrumque Zulmarhusij capite lauit. Rogata, ut intercederet, Academia nihil se movit; quod & ipse nihil ejusdem mandatis aut correctionibus moveri dudum gloriatus fuisset. Alter ille à fratre cæsus haud pridem in celebri Monasterio agere tironem cœperat, quem redire ad se importunis precibus mater coegerit. Hæc ipsa demum paucis post annis unâ cum filia beneficij convicta vitam in rogo finiit; firmavitque cum liberis æternæ veritatis assertum, è spiritu nunquam uyas, nec è tribulis sicum legi.

422.
Duorum fratrum Dilingæ triticus exi-
tua.

423.
Praterfratrem con-
fodua.

424.
Tota familiæ excinc-
diur.

Duobus aliis graffatoribus nocturnis Joanni Hailio; & Menrado Ainfero ad lacum Acronium natis haud lætior compotationum suarum exitus obtigit. Cùm enim secundâ Paschatis seriâ, die inter pocula consumpto, sub noctem temulenti insanis clamoribus ac blasphemis compita implerent: demum quosvis ad pugnare. *Histor. Prov. Germ. Sup. S. 7, Tom. III. Dec. VII.* Ddd nam

425.
Item duorum aliorum nocturnum ambulorum.

nam lacerare contumeliosa provocatione cœperunt. Cūque hoc ante ipsam Præfecti urbis domum diutiū agerent; ecce ! ab opposita Collegio Hieronymiano platea , quā ad arcem Principis itur, derepentē duo profiliunt ; quos, qui fuerint , nec tum , nec posteā unquam cognoscere licuit. Horum unus ferrum iactu tam valido capiti Joannis inflixit , ut crānio diviso cerebrum lœderet. Alter socio ipsius nasum ita præcidit , ut is tenui adhuc pelliculā vultui adhæresceret. Prior paucos intra dies funus fuit, id gratiæ consecutus à Numine , ut Sacramentis munitus dederet. Alter sanatus & exulare jussus , vultum dum vixit , merito stigmate notatum circumtulit. Terruit exempli severitas eos præcipue quos ab litterarum studio alienos , simillimis moribus casib[us]que otium reddebat obnoxios, cūm cernerent à vindice Numinis manu laboriosas apes servari incolumes , inertes tantum fucos exterminari.



HISTORIÆ PROVINCIAE GERMANIÆ SUPERIORIS, SOCIETATIS JESU,

Decadis Septimæ Annus Quintus,

Seu
Christi M. DC. V.

SYNOPSIS.

AUÆ numero personarum Provincia. n. 426. Jacobus Gretserus à docendi munere liberatur. Ejus libri. n. 427. Jacobus Kellerus primus è Societate concionator ad B. V. speciosam Ingolstadij. n. 428. Floret ubique res litteraria. à n. 429. Dilinga fabrica pro Religiosis perfecta. Friburgi tardè surgit. Trice Senatum inter E³ Episcopum. à n. 432. Bruntruti absolvitur fundatio. Constantiensis Sedes in Collegium migrat. Ejus fabrica absoluta. à n. 438. effecta quadam in bonum Religionis à n. 442. Suffocantur scintilla hereticos Oeniponti & Friburgi Helvetiorum. à n. 449. Augusta promote res Religionis. fit die Parasceves nostra Sodalitatis cum altera Corporis Christi conjunctio: causa dilationis. à n. 452. splendida 40. horarum Compreccatio. n. 458. Singularia quedam DE ipsa erga Sodales beneficia. à n. 461. Sodalitatum estimatio. à n. 467. memorabiles animorum fructus à nostris collecti. à n. 472. Orphanotropium Monacense iterato restauratur. n. 479. Caritatis in pauperes exempla. n. 481. Beneficia Cœlitum. à n. 483. Feles magica in Ratisbonensi Collegio; lis cum Magistratu exorta. à n. 488. Beneficia à Patronis accepta. à n. 492. Parocchia nostris committuntur. n. 498. Missionum fructus. à n. 500. impediuntur

Ddd 2

in

in Alsacia: in Burgundia & Suevia florent. à n. 503. mors nostrorum Joannis Christiani. P. Julij Patrognati. P. Georgij Salbij. P. Wolfgangi Starck. à n. 507. Ludovici Renzij Abbatis Deggingensis. n. 511. & Hieronymi à Rodt Praepositi Wettensfani. n. 512. Exercitiis S. P. N. utuntur maxime Religiosi. n. 513. Res economicas Provincia inspicit P. Sebastianus Dietericus.

Annus M.DC.V.

426.
Aucta nu-
mero Pro-
vincia. Col-
legium In-
golstadien-
se ampli-
ficatum.

Tribus & quadraginta capitibus hoc anno Personarum numerum Provincia cum auxisset; laxari pariter studiorum communium sedes, Ingolstadiense Collegium debuit. Aedes cum in finem nostris contiguae, una cum horto emptæ, nostrorum deinceps habitationi accommodandæ. Ex Academiz Doctoribus rude tandem donandum Superiores censuere Jacobum Gretserum; postquam annos duodecim continuos Theologiz cathedram illustraverat. Factum id, ut docendi onere levato scribendi otium esset; quo usus elucubravit *Tertium Tomum de S. Cruce libros quinque complexum*. Refutationem Epistola Graca Miseni, cui *Declaratio Miraculorum in SS. Eucaristia apparitionum adnexa* est. *Bavium & Mevium Predicantes*, à superstitione Judice & norma Controversiarum Fidei curatos. Et quia Marcus Fuggerus Angustæ publicam in Paralceve Supplicationem cum flagellatione invexerat, in quam passim Lutherani ministri declamabant; ab eodem rogatus, *De spontanea Disciplinarum, seu flagellorum Cruce librostres* scripsit, anno proximo juris publici factos, & à Vöttero in patriam linguam translatos. Ita & *De sacris Peregrinationibus libros quatuor, de Processionibus duos* absolvit, quos pariter non nisi sequens annus typis vulgatos vidit.

428.
Jacobus
Kellerus
Gretsero in
Theologie
cathedra
succedit,
& primus
e Societe-
te in Tem-
plo D. V.
concessio-
tur.

Gretsero in Theologie Magisterio Jacobus Kellerus successit, non uoi tantum cathedral par ingenium. Commendabat enim in discipularum penè omnium peritiam insignis eloquentia, quâ Parochio rogante, primus è nostris in D. Virginis Speciosæ cathedral orator comparuit: cum nemo nostrorum ad id temporis in ea æde auditus fuisset. Ita omnibus ab hoc primo è Societate divini verbi Praecone satisfactum; ut post cum Andream quoque Aigenmannum invitaverint.

429.
Florent
scholæ In-
golstadij.

Brunnerti
Nobiles 70.

Florebat cum Academia hoc anno etiam Gymnasium, præter antiquissimi nominis Barones ac Comites tribus Principibus, quos infer duo erant B. Aloysio nostro sanguine proximi, Scipio & Alfonso Marchiones Gonzage. Brunituti scholarum nostrarum discipulorum numerum quadragesimum superabant: quos inter præter Comitem unum & Barones quinque, nobiles vetusti Stemmatis Septuaginta eminere. Ad quos cum nec commoda nec utilis admundum

dum videretur cœpta nuper concionis in duas divisio; una hoc anno haberí ad omnes idiomate germanico cœpit. Magno tamen te litterariæ & publicæ bono scholis ceteris addita hoc anno Logicæ & Casuum conscientiæ explicatio. Atque hujus quidem, quæ mores dirigit, Theologiæ nullibi ferè major, quam Constantiæ celebritas fuit. Eam enim raro in paucis exemplo frequentes adibant è sacro ac profano ordine viri primarij. Interveniebat etiam semel quot hebdomadis laudator omnium ac hortator Pro-Episcopus, sèpè Pro-Epi-asserens: si negotia liberum sibi temporis usum permitterent, se unum è diligentissimis auditoribus fore. Erat hic etiam in aliis felix litterarum cursus, augebatürque quotidianis incrementis novæ scholæ existimatio; quippe quæ anno superiore primùm aperta discipulos numerabat quingentis plures; atque hos inter nobili ortu permultos, imò & religiosos juvenes, à quatuor Asceteriis nostræ curæ commendatos. Monacensi juventuti præclaro ad proficiendum incitamento erant Patrij Principes, quoties fermè edebatur publicum eruditioñis specimen, adesse visi. Autumnalibus ludis, qui annum litterarium coronabant, septeni intererant, à quibus egregiam laudem & auctor Fabulæ & Actores tulère. Nec illa incelebris disputatio fuit, quâ augustissimum Eucharistiae Sacramentum contra hæreticos oppugnatores defensum est: de quo argumento editus à Sebastiano Heisslio nostro Dialogus, ab eruditis omnibus laudem tulit, fertque hodiedum à lectoribus. In eiusdem Divinissimi Mysterij honorem Augustæ Theophoriæ festo aversus ille à Collegio ædium nostrarum tractus omnis convestiri picto emblemate cœptus, animante picturam nobili versu, Jeremia Drexelio Poëseos Magistro; heterodoxis juxtà ac orthodoxis, ut fieri hodiedum solet, ad spectandum ac describendum confluentibus. Unde facile intelligebant adversarij, quam nihil superesset periculi, ne ad frigus paulò antè depulsum redire: Catholicorum pietas, quibus in ea exercenda nullus jam ardor aut splendor sufficeret; quin novas quotidie illius augendi rationes excogitarent.

Res litteraria Diligæ pariter maximis accessibus augcbatur; auditorum numero septingentos multùm superante. Hos inter Barones novem, Canonicos Illustrium Ecclesiarum plures, nobiles probati Stemmatiſ duos & sexaginta numerabant. Religiōi tres supra centum convenerant, qui omnes Collegium D. Hieronymi incoluere; postquam destinata ipsorum commodis fabricæ pars ita hoc anno perfecta est, ut post caniculares ferias habitabilis esset; ad quam omnes se transtulerunt è conductiis ædibus, censu earum Dominis integrè persoluto.

Dum alibi struendarum aliorum bono ædium nos cura exercevit; Oettingæ Patronorum studia nostram habitationem ampliârunt. Jam in eam multitudinem excreverat peregrinorum numerus, ut, si pauculos in hieme dies, eosque valde hiemantes excipias, nunquam deessent, qui è diversis nationibus eò profecti, non tam voti, quam animi causa sc nostris sacerdotibus sisterent. Intuebantur dudum eos nostrorum labores minimè otiosi admiratores Canonici, adeò, ut ex communī consensu insignis illius Collegij Decanus tum apud Serenissimum Ba-Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Ecce variz

Constantiæ
lectionem
casuum
accedit
scopus.

Auguste
festo Theo-
phorie
Carmina
affigi ceptu-
ta.

Diligæ
nobiles
plusquam
80, Reli-
gioi 103.

Morum ha-
bitatio in
Convictu
perfecta, &
incoli cœp-
ta.
Oettingæ
priorino-
stræ nova
domus ad-
iecta.

variæ Dicem, tum apud Salisburgensem Episcopum egerit, peregeritque, ut vetus domicilium, præsenti contiguum, quod primum inco-
tueramus, nostris usibus in perpetuum transcriberetur, ut cum quo-
tidie plures operas copiosior temper meslis postularet, tecum saltem
non deforet, quo se reciperen.

433.
Friburgi
fabrica
Templi tar-
de furgit.

Patroni in
eum libera-
doe.

At verò Friburgi Nuithorum Templi fabrica, ad quam ex Ma-
gistratus imperio materiam agrestes advocabant, tarde procedebat;
nec ultra inferiores fenestras promoveri ædificium potuit. Colla-
tio nimis ære surgebat, quod lentè fluere, nec nisi guttatum solet.
Qui stipem paulò liberaliorem largiebantur, pauci suere. Gai-
larum Regis Legatus Dominus de Vicque, Regis nomine corona-
tos ducentos & octoginta, suo centum ac viginti dedit: quibus Cau-
martinus eidem Successor datus nomine iterum Regio alias quadraginta
supra ducentos adjecit. Urbis Prætor Ludovicus ab Affry hoc etiam
anno coronatos decem ac centum; sexaginta alios Antonius à Mon-
tenach Reip. Archigrammateus donavit. Abbas ad S. Urbani quin-
quagenos obtulit. Pater verò Martinus Conradi nuper ad Catholicos
Helvetiæ Cantones ad corrogandam stipem cum publicis litteris à Su-
perioribus missus rediit, spe tantum bona, ac promissis plenus.

434.
Veteres tri-
ce de red-
dendis ca-
tionibus
frustrà mo-
teatur.

In ipsa urbe non deerant, quos malevolorum falsæ querelæ, &
ingestæ suspiciones à nobis rebusque nostris omnino reddiderant alie-
nos. Hi privatos in cœtus coibant, ubi collatis inter se consiliis, ut
ægrè nobis facerent, decrevère, conjunctis viribus desertam pridem
causam fuscitare, utque nobis onus imponeretur, domesticarum ex-
pensarum rationes in Senatu reddendi, omni studio urgere. Verùm
cum eorum querelas, quibus Senatum circumvenire studebant, ina-
nes omnino, ac pridem protritas hic deprehenderet, facessere homi-
nes jussit, ac pacem ultrà turbare vetuit. A nobis vicissim publico
nomine obsequium petiit, quod ea, qua licebat, ratione volentes
præstimus. Juverit paucis explicare negotium, quod tunc Sena-
tum cum Episcopo collidebat.

435.
Lis inter
Senatum
Friburen-
sem & Epi-
scopum
Lausanen-
sem circa
bona à Ber-
natisbus em-
pta.

Ab illo tempore, quo tertius ante eum, qui tunc erat, Laufa-
nenensis Episcopus, cum litteris ac instrumentis Ecclesiæ hujus jura com-
plexis ad hæreticos confugerat; ipsa etiam Lausanensis civitas cu[m]
maxima diotionum Episcopaliu[m] parte in Bernensium manus ac pote-
statem pervenit. Atque (ut in illa rerum confusione proclive erat)
Friburgenses etiam, quorum Regio Lausanensi Provinciæ contermina
est, bona quædam, quæ ad mensam spectabant Lausanensis Episcopi,
partim emptione, partim permutatione à Bernatisbus accepere. E-
quidem, qui tunc erat, Præsulex Abbatii ac Prioratibus à Sede Apo-
stolica, dum viveret, concessis satìs habebat, unde honestè viveret.
An par futura esset conditio Successorum, præsertim patrimonio ca-
rentium, videbat esse incertum. Ergo bona, quæ sive olim Eccle-
siæ fuerant, repetere à Friburgensis cœpit.

436.
Rationes
opposita
Senatu.

At illi opponebant, quâ Majores ipsorum egissent, bonam fidem;
atque inde hæc iustos, ut sibi videretur, emptionis ac commuta-
tionis titulos. Accedere ad hos ajebant, quod expensæ in Religio-
nis

nis Catholicæ, atque in ipsorum adeò Episcoporum conservationem accommoda à Rep. factæ ea, quæ ex possellis ad se redirent, emolumenta multum excederent. Paratos se nihilominus, in hac sua civitate Regionis principe domum, quâ commode cum suis Episcopis habitaret, exstruere, hortum insuper, horreum, & si quæ alia necessaria viderentur, coëmtere; septuaginta præterea saccos frumenti assignare.

De iis insuper, quæ amore Religionis in rem nostram fecissent, non pacua memorabant. Nimirum in Collegij & scholarum ædificationem ex ærario publico impensa decem ferè millia coronatorum. Ut promptè id facerent, permotus maximè se affirmabant fide, à Bonhomio Vercellensi Episcopo ac Nuntio Apostolico data; quâ promisisset, esse Qurum se Romæ, ut Reip. maneret quieta bonorum, quæ modò repeterentur, possellio. Vetera quoque memorabantur. Henrico secundo Galliae Regi mutui nomine numerata olim ex ærario plura aureorum millia: contracta ejus causâ, quorum census hodie dum solvant, apud Basilienses ingentia debita. Si nunc amissione Lausaniensium quoque bonorum acciduntur publici reditus, vix reliquum fore, unde pro dignitate sustineri Respublica possit. Jam à Clemente VIII. se faventem Populo de Religione non vulgariter merito sperâsse sententiam. Spe sua optimi Pontificis morte dejec-tos, Successori nunc supplices petere, votis tam justis damnati. Quod hac in lite mirum videri possit, missus est Romam à Senatu, qui causam illius contra Episcopum ageret, ipse Vicarius Episcopi, Collegiatæ ad D. Nicolai in urbe Friburgensi Canonicus. A nobis unum id postulatum, ut in favorem Senatus Collegij Rector litteras ad Præpositum Generalem Aquavivam daret, quem scirent multum apud Pontificem posse. Egit ille, quantum in causa tam delicata pro statu & conditionis lute ratione poterat in gratiam Reipublicæ, cuius nota sunt, & majora nostris viribus in Societatem merita.

Litteras &
nobis in
suum favo-
rem petuna
ad Præpo-
situm Ge-
neralem.

Dum Friburgense Templum ægrè cluctatur è fundamentis; 437. Templum
Bruntruti
ornant Pa-
tronii. Bruntrutianum anno superiore dedicatum ornari ab amicis coepit. Ab Henrico Vergierio veteri Patrono oblata lampas argentea. Cathedram elegantem erigi curavit vir Nobilis Joannes Christophorus Schenk à Castell urbis & Aulæ Principis Præfectus, aere à benevolis corrogato. Ex ipsa Bavaria Serenissimus Dux Guilielmus, ne quam honorandi Numinis occasionem prætermitteret, Casulam, ut vocant, magni pretij misit, addita eleganti cruce ex ebeno, cum argentea Christi ex ea pendentis effigie, singulari artificio elaborata. Celsissimus Princeps ædis auctor obtulit ossa ex Legione Thebeorum Martirum non pauca, cum ipsis S. Ursi Reliquiis, ac Imagine Martyris, sculpta è ligno pontis eorum cæde nobilitati, quæ donec quondam à Senatu Solodorano acceperat.

438. His donis majus aliud, & quod cetera omnia firmaret, adjecit litteras Fundationis, quibus fidem olim datam ad complendam Collegii dotem ita obligavit, ut edocetus ea de re Generalis Claudius solenni formula illum Collegij Bruntrutani Fundatorem agnoverit, ac nominaret. Quo facto simul, ut pro Fundatoriis solemnibus, preces &

Sacrificia universæ Societati imperata sunt, & cereus die Augusti quartâ & vicesimâ solenni ritu in Templo oblatus. Delectatus his grati animi signis optimus Princeps professus est: licet Prioratus Misericordias cum Decimis Burgundicis eidem annexis in litteris Fundationis producentorum duntaxat florenorum proventu positus, pluris haud dubiè valeat: nihil tamen se mutatuin velle; sed suo ac Successoruin nomine ratum id in perpetuum habere, datis ejus beneficij testibus litteris Rectori Collègij Bartholomæo Veldensi, cui à Superioribus avocato Adamus Straubius tertius Rector successit.

^{439.} Constantiensis quoque Sedes appellari hoc anno Collègium coepit, primusque Rector datus Melchior Degenhardus, vir zelo maxime Apostolico, ut alias memoravimus, clarus. Collègij juxta ac Templi fabrica parvis cœpta initiis, tam magno simul ac celeri incremento surgebat, ut peculiarem Divinæ manūs opem omnes agnoscerent. Templum totum aliena liberalitate à fundementis eductum est, conferentibus certatim munificam opem Maximilano Archiduce, Guilielmo Duce Bavariæ, Abbatibus, ac Nobilium Familiis, civitatibus item in Suevia, Rhetia, & Turgoja Catholica sitis. Nec Collègium destituit magnorum Patronorum benigna manus. Celsissimus Campidunensium Princeps duo millia florenorum prædificio dedit: mille aliis fundationem auxit. Imperialis Cœnobij Zwifaldensis Abbas septingentis florenis fabricam juvit, octingentos fundationi adjecit.

^{440.} Conradus Bodmann. Vix alius tamen hoc tempore pro nascentis Collègij bono plus curæ ac laboris suscepisse visus, ac Conradus à Bodmann in Möckingen, vir præter vetustissimam nobilitatem litteris insuper ac pietate in paucis inclytus. Ducentos florenos, dum fabricam inchoaremus, mutui nomine datos, liberaliter remisit, adiectâ insuper non modicâ pecuniaæ summâ. Struendis Collègij scalis gradus omnes ipse suppeditavit, ac sua, quâ apud Hegoviæ Nobilitatem valebat, auctoritate obtinuit, ut pro novo prædificio florenos milie etiam illa submitteret. Demam & magni nominis Comes, cui gravissimè decumbenti, vocatus noster tres ipsas hebdomades advigilaverat, cœlesti dein ope restitutus florenos trecentos ac quinquaginta donavit; ut objecta haætenuis Societati Constantiæ stabiendiæ impedimenta, iam serè adjumenta superarent.

^{441.} Absolvitur fabrica Collègij. Horum largo affluxu absolutum hoc anno Collègij prædificium stetit, pedibus septem ac viginti supra ducentos longum, octo & quadraginta latum. Complectitur præter rei penuariæ cellas hypocausta viginti, cubicula unum & quadraginta. Illud palustre soli spatium à Senatu anno superiori donatum, mox terrâ solidâ stratum æquatumque, plantandis arbusculis, ac horto oléribus conserendo per opportunam præbere planitiem cœpit. Tam multus & varius labor ut tempore tam brevi finiretur, non parum auxilij attulit Senatus benevolentia, qui oblatis vecturis, ope insuper ac consilio cœpta platinum promovebat. Interea aliis curæ fuit, opportuna supelleotide Tempum ac domum instruere; à quibus donati ad Bibliothecam instruendam centum aureorum libri; Templum verò à pia quadam

dam intra urbem familia florensis septingentis ditatum, mira conve-
sione animorum, quæ paulò ante averabantur, tam avidè promo-
ventum.

Tot inter Patronorum favores id nobis incumbere visum, ne
collati in otiosos ac imberentes viderentur. In omnes igitur Fidei
ac pietatis augendæ occasiones intenti, senis interdum locis eadem
die pro suggestu diximus. Quæ cum insigni rei Catholicæ emolu-
mento effecta dedimus, duo præcipue fuere. Suburbium est Constan-
tiaz, civitati adnexum, in quo Templum quidem erat Catholicorum,
D. Jodoci memoriaz sacrum: circà quod tamen non parva confede-
rat hominum palam, & occultè hæreticorum colluvies. Ut ex infi-
ma plebe plerique erant, ita nihil urbanitatis aut verecundiaz in mori-
bus erat: cùmque odium insuper in Catholicum nomen accederet,
nemo ferè Ecclesiasticorum præteribat, in quo non scommate, aut
insigni interdum injuria sui specimen ederent. Visum nihilominus
nostris, novam ad D. Jodoci Catechesin instituere, ad quam uti com-
modius, ita promptius conveniret Catholicorum civium suburbana
juventus. Communicato cum amicis consilio, timebant initio viri
graves, atque hos inter ipse urbis Gubernator, ne Catechista noster,
præquam alij, hæreticis ludibrio esset. At facto animosè principio
evenit contrarium. Nec tutò duntaxat noster suo functus est offi-
cio; sed illos ipsos frequenter habuit auditores. Quin & parvu-
los suos adducebant ipsi Catholicæ instituendos; adeò, ut brevi tem-
pore suburbium illud Catholicorum odio haec tenus infame in egregi-
um evaserit Catholicæ Religionis plantarium,

Alterum ferè magis necessarium erat, ut Religionem intra ur-
bem quidem salutaribus institutis sat communiam, pari legum præsi-
dio adversus hostilem viciniam tueremur. Quotquot ex incolis vel
adhuc profitebantur, vel non plenè exuerant hæresin, cùm intra ur-
bem nullus Praeco superesset, in vicinam Turgojam Zwinglio (devo-
tam frequentes excurrebant; unde vel coenâ hæreticâ pasti, vel
certè Praeconum voce in catholicos accensi communiqüe redibant.
Multum ex ea re natum incommodi, & turbata sapè molestis jurgiis
inter cives concordia. Hortantibus duduim nostris, atque nunc
ardentius instantibus, tandem promulgari Decretum Senatus jussit,
quo gravi multâ cautum est, ne quis ultra Religionis obtentu in Turgo-
jam exiret; cùmque li, ad quos prohibiti spectabat, nec multi, nec
præcipui essent, nullo quidquam turbare auso pacatè accepta es.

Ad tutandam porro Religionem profuit etiam discipulorum no-
strorum insignis industria, qui inter falsæ aut suspectæ fidei cives disper-
si, mira sagacitate in eorum libros obscene, vel hæresin docentes in-
quirebant: quorum multi ad nos allati, redacti in cineres. Inter eos,
qui desertis variorum hæreticorum castris Catholica signa sunt secuti,
fuit non ignobilis Praeco Ducis Bullionij, vir egregie doctus, magno
omnium, fidem profitentis ardorem admirantium, solatio. Nec mi-
nor æstimanda virginum trium DEO dicatarum servata salus, quæ
sacrilegam fugam magna cum sua, suorum, atque ordinis sacri infa-
mia jam adornaverant: sed opportuno nostri adventu, & adhortatio-
ne, ut propositum damnarent adductæ sunt; graviterque admonitez,
Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII, *Fff* *ut*

443.
Catechesis
ad D. Jo-
doci ani-
mosè ac
salubri-
ter cepta.

443.
Interclusus
ad Prae-
cones in Tura-
gojam exi-
tas.

Utiles pra-
Religione
labora.

ut pro lupo haberent, quisquis foedifragarum exemplis animatas, effracto ovili abstrahere à grege & teris Pastoribus vellet.

444. *Introducta publica fidei professio converto ad fidem.* Nostri per omne Provinciam ad Christi ovile reduxere octoginta quinque supra trecentos. Cùmque nonnullis in locis, apud Helvetos præsertim ac Rauracos, plerique privatim coram paucis Fidei profiterentur, quædam conditionis perquæ honestæ Matrona Bruntruti tollere eam consuetudinem cœpit, publicè ad summum Altare nostri Templi, spectante ac audiente populo Fidem ex Tridentini Concilij præscripto professa. Et deprehensum est postea, non ad confundendos duntaxat hæreticos, sed ad confirmandos etiam ipsos Catholicos plurimum id exemplum valuisse.

445. *Sebastiano Saurzaphij ardor pro Religione.* Plus ad Ecclesiæ honorem & incrementa valuit eorum, qui ad eam se receperant, publica vitæ honestas, & morum cum Fide præclara mutatio. Et hujus quidem Nobilis ille Sebastianus Saurzaphius, cuius anno superiori narrata ad fidem conversio est, insignia edidit documenta. Nam totus in amplificandum supremi Numinis honorem intentus, Templa instauravit, sacra sepellecili instruxit, Fidem, ut fortiter fuit professus, ita summa magnanimitate adversus hostes, in medio nationis pravæ propugnavit.

446. *Adami Paracelseri conversio ad fidem.* Secutus est exemplum nobibile hoc anno Adamus Paracelser, & ipse antiquæ, ac notæ nobilitatis. Hic, Augustæ, dum ære alieno se liberaret, in libera detentus custodia, & otium nactus, quæ vollet, cogitandi, id tempus examinando, quod multa pridem suspectum fecerant, Lutherano dogmati dedit. Cùmque haud multæ temporis impendio non unus tantum erroris compertum haberet, nihil ultræ moratus, res sibi suas habere jussit, ac paulò post ære alieno & custodiâ liberatus semper sibi gratulatus est captivitatem, & qua tantum boni exultisset. Nec minus in publicum utilis fuit, quæ Monachij accidit, viri equilibus pariter natalibus clari, atque annos iam quinquaginta nati cum Ecclesia vera consensio; quippe quem ob res in pace ac bello cum laude gestas caruin amplissimis muneribus Principes heterodoxi admoverant, qui & Conjugem suam, & suos omnes ad Catholicæ Sacra pertraxit.

447. *Nobilium quoru- dum ad Ecclesiam in senio redi- tui.* Dilinganis Patribus frequentem cum Acatholicis agendi occasioneum tum ipsa horum vicinia, tum Nobilium Catholicorum industria fecit, eos ad se vocantium, ut Lutheranis, falsa plerumque opinionè præventis verius innotescerent. Profuit hoc uno nobili octogenario seni, cui oculos ad agnoscendam fidei lucem familiaris nostrorum usus aperuit; qua deinde cum domesticis communicata familiam secum omnem ad Catholicæ Sacra reduxit. Multum iesu res valuit ad abstrahendum ab hæresi aliud par nobile conjugum; non minus, quam ille fuerat, proiectæ ætatis. Horum à multis ad eam diem tentata conversio, sed nullo successu, plerisque animum a spem adeinerat. Emolliit tandem lapidea pectora repetitis concrecibis guttatum instillata veritas, & accedente æqualium exemplo, ut vel sero agnitar lequerentur, effecit. Semel nobilis apprimè Ca-

tholi-

tholicus ad amicum invisens, deprehensum in arce Patrem secum ad suum pagum abduxit, rogans, ut dierum aliquot impedio institueret rudissimam gentem. Et erat profecto summa necessitas. Mo-
dum certe de noxibus se accusandi nullus omnium callebat; ut ne qui-
dem ejus rei obligationem dari crederent, ab ipsa pueritia nihil, nisi
generalem se accusandi formulam absolutioni praemittere soliti,
dcypho post Eucharistiam porrecto alteram Sacramenti speciem su-
mi à se etiam senes credebat; quos ideo noster non ante deseruit,
quam & his, & aliis erroribus expeditos facta rite peccatorum confel-
lione expiasset. Eam nostri Patris caritatem ac industriam ubi fama
vulgavit, rari menses abibant, queis non aliquem ad se vel Curionum,
vel Nobilium, vel Prælatorum evocarent Epistolæ, quorum nemo,
nisi negotio, ad quod initiebatur, perfecto redibat.

Nec mirum in Suevia, regione amplissima, & quæ hæresin in-
ter primas admiserat, vitiatam passim Religionem suisse, quando
etiam in Tiroli, quæ nunquam hæresin civitate donaverat, occulte ta-
men scintillæ gliscabant. Erat in ipsa Oenipontana civitate Fa-
milia, opum magnitudine & munerum claritate conspicua, quam à
pluribus annis de Religionis sinceritate suspectam non pauca nec le-
via indicia fecerant. Vila res est seria, sed ob nominis reveren-
tiam occulta indagine digna; nostrique, qui periculum facerent, mis-
fi. Deprehendere illi, quod res erat, ea domo in multis pa-
rūm Catholicas de Fide sententias ali. Verum cùm eos rectæ in-
stitutionis defectu potius, quam malitia aut obstinatione laborare ad-
verterent, paucos intra dies effecere, ut edita coram testibus Fidei
professione, peccata inter magna doloris signa confessi, quod pra-
vo exemplo peccaverant, meliore corrigerent. Evidem Familia
caput statim à Patris è domo discessu repentina morte extinctum vi-
tam finit. Pars superstes agnovit cœlestis beneficium, & fre-
quenti Sacramentorum usu redimere amissi temporis jacturam sha-
duit. Acrior inde in libros mali fontes resumpta inquisitio, ne
tam facile suspecti inferrentur; & qui obtrusi imprudentibus fuerant,
flammis traditi. Semper enim ad diffundendas opiniones noxias li-
bris tanquam canalibus usi sunt errorum magistri, quos cùm imperiti
novitatum avidisemel hauserint, semper reuident; quippe qui anti-
dotum, quod opponant, ipsi ignorant, aliorum vero curam occul-
tato studiose morbo obstinate effugiant.

Hæc ipsa pestis non parum damni datura fuerat in Friburgensi
apud Helvetos Republica; nisi mature deprehensam nostri Patres suf-
focassent. Ut enim pro more gentis multi inter exteras nationes mi-
litiam fortunamque sequuntur: ita redibant non pauci, qui ex hære-
ticorum commercio noxias de Fide opiniones combiberant. Erant
que, qui hauserant toxicum ex his ferè familiis, unde in alios serpere
contagium posset. Tantò nostri curabant studiosius, ut frequen-
tiore cum iis congressu & malum detergerent, & ostensa fallaciâ. Ca-
tholicas veritates explicarent. Brevi se deceptos intellectere; at-
que ut haustas incaute opiniones serio à se damnari intelligeremus,
libros tradidere exurendos; ne, qui damno ipsis fuerant, aliis dein-
ceps essent periculo. Iplam hæresin juvenis quidam, adversus om-
nes

448.
Pagus in-
ger melito
in fide
instrui-
tur.

449.
Oenipont
Familia de
fide super
ea dete-
gitur, &
resipisc-

In libros
hæreticos
inquisitare
acuus.

450.
Suffocare
nonnullos
in milles
hæreticos
Friburgi

nes nostrorum conatus obsfimatus, ea ipsa die, qua serenda in eum erat capitalis sententia, repente mutatus depositus, asperens: siquidem actum de vita sit, velle se Catholicum mori.

^{451.}
Virgo nobilis gravi morbo ad fidem compellitur.

Nec potest certius veritatis à parte Catholica stantibz argumentum haberi, quam quod toties ad illam homines in eo rerum articulo confugere soleant, in quo nemo non tutissima cligit; adeo, ut inter fortissima media, quibus animos agnitæ veritati obſtantes compelleat ad ingressum Ecclesiaz Deus solet, sit mortis à morbo, vel repente no discriminē instantis metus. Huic tandem & virgo nobilis Palatina cefſit, quam hæresi à primis annis innutritam & naturā dicatem nemo dimovere à ſententia poterat. Gravior morbus, nimis rūm à DEO immiffus, & linguam & animum domuit. Cum hoc aliquamdiu conflictata, cum ſe fruſtrā ſpem ponere in medicis cerneat, amicos catholicos ſaniora ſuggerentes patientior audūt. Religionem illi noſram, & cum hac ſacra, quæ ſuis offerret, remedia ſuadebant. Collocandam in primis in patrocinio DEI Matriſ fudiam, & votum fuſcipiendæ ſi convalesceret, Oettinganæ peregrinationis. Valuit periculo ingraueſcente consilium, quod ſalutare multis fuiffe ipsa non ignorabat. Et ecce! quā horā mutantæ Religionis, & Oettingæ adeundæ votum concepit, eādem definire morbus cœpit, reddita intra per breve tempus valetudine priſina. Nec diſtulit illa Oettingam veniens altera ſe quoque, ac primaria voti parte exſolvere, Catholicum dogma docente noſtro plenè condicere, Catholicam ſe, ac DEiparæ libertam palam professa. Mancipatum quoque cum vera apud DEum ac homines libertate communīrunt Turcæ duo, quorum unum Augustæ in noſtro Templo ſalutis u d. Collegij Rektor tinxit, ipsa D. Georgij festa luce, Patrinum agente Carolo Fuggero, Philippi filio: alterum Monachij volentem ac lubentem noſtræ curæ commendaverant Principes, ad Christianæ Legis præcepta formandum: cujus Baptiſtum in D. V. Templo tantò volebant eſſe ſplendidiorē; quod juvenis eſſet Primatis Mahometani filius, ipsique Sultano affinitate conjunctus.

^{452.}
Conſtituſ in fide
maternæ
educaſiſ
fruſtū.

Atque hi quidem, quam inter ſuos amissuri erant, procul abduſi ſalutem invenēre, quam alij ægrè contra vim domesticorum defendunt; præſertim, ubi conjuges convenēre Religione diversi, quo caſu ſepiſſimè cognitum eſt, quid in alterutram partem materna apud liberos iſtitutio poſſit. Augustæ talem hoc anno mors abſtulit, quæ Catholicis parentibus nata Lutherano nupſerat, ſeptem liberiſ poſt ſe relictis, in aribus duobus, ſoemelliſ quinque. Eadem ſub priuinos conjugij annos quoties uterum ferret, præcoci plerumque partu immaturos foetus effundebat. Nec causam diffitebatur, metum, quo de prole anxia vereretur, ne patris imperio Lutherano Ministro tingenda offerretur; quod ne filiabus fieret, magnum cum viro certamen luſceperebat. Extorsit tandem à marito quantumvis invito, ut faceret ipſi liberos Baptiſti gratiā ad Parochum Catholicum deportandi potestatē: quo factō fatali jam metu libera faciliter ac tempeſtivo partu salvam ſemper prolein edidit. At, matris funere vix elato, pater contumacißimus Lutheri propugnator mox decrevit,

quin.

quinque filias, quæ matris religionem ex pacto sequebantur, contra ius ac datam fidem ad Lutherana sacra competere: quas cum in finem antere conclusas domi continuit. At illæ juvante ancilla postridic occasionem evadendi nocte eruperunt omnes, & ad virum illustrissimi sanguinis velut ad asylum confugere, qui omnes cum ancilla in tutelam acceptas liberalissimè habuit, te*cto*que & auctoritate defendit; DEO minimè passo, patris improbitate fructum perire maternæ pietatis.

Catholicorum porrò civium hac in urbe erga nostros, summi præsertim Templi Concionatorem, eluxit constans affectus, & æstimatione singularis. Plerumque primarij cives secundum concionem in medium acceptum rogabant de prolatis in cathedra ex Luthero sententiis, quas tamen absurdas ac portentosas ab eo scriptas extare, aggraveri sibi persuaderi patientur Lutherani. Tunc Pater secum venire jussis ipsos Hæresiarchæ libros explicuit, admirantibus, & execrantibus tam foeda & indigna scribentis improbitatem. Irrepererat adversæ partis violentiâ, & Catholicorum socrdiâ gravis abusus, ut DEiparæ natæ, ac in cœlum assumptæ, Divi item Laurentij, Sanctorum omnium, aliisque id genus sacratioribus Feriis, passim, qui vellent, publicè opus facerent, vias sternenderent, ædificia struerent, materiem conveherent, Magistratus etiam in Senatum coirent. Cum pri-
vatae adhortationes negligerentur, graviter ac publicè ea de re que-
stus Orator noster primùm quidem vultibus parum benevolis audiri est visus, ut non decessent, qui animi offensi signa præferrent. Paulò post tamen primâ irâ, quæ subsederat, in seriam considerationem versâ, approbatores justa querimonia habuit, & publico decreto, ut hisce diebus ab opere cessaretur, sanctum est. Duratque in hanc diem mandati vis cum laude auctoris, causam Ecclesiaz pari zelo ac moderatione agentis.

Catholicis in commune omnibus vivis & quæ ac defunctis in sola-
vum cessit absolutio Templi in cæmiterio ante Portam Gögginganam Dedicatur
siti, quo, admittente nostro, Catholicorum funera à Lutheranis se-
parata humantur. Amplum est, nec inelegans D. T. O. M. in D.
Michælis, Divorūmque Angelorum memoriam solenni pompa dedi-
catum. Multum inde crevit Catholicorum erga vitæ funeris pietas.
Quorum equidem in exequendis quibuscumque aliis nostræ Religionis officiis ardorem cum singulari solatio spectatum, summopere laudavit Eminentissimus Cardinalis Dietrichsteinius, qui Roinam profectus in itu ac reditu nostræ domus contentus angustiis, singularia edidit lux in nostrum Ordinem benevolentiae argumenta.

Cumque ad tuendam pietatem præsertim in mixta Religionis civitate summopere necessaria sit caritas, & concors omnium ad eundem finem conspiratio: hoc anno Augustæ firmandæ, quamquarundam criminationes convellere nitabantur, concordia, ac Fuggeris maximè potentibus datum est, ut Sodalici Corporis Christi sa-
cra Paræceves nocte cum poenitentium agmine prodeunt in publi-
cuin se nostra quoque Sodalitas jungeret. Pridem, & primi spon-
Histor. Prov. Germ. Sup. S. 7. Tom. II. Dec. VII. Ggg tane-
Corporis Christi die nocturnam supplicatio-
nem insti-
tutus no-
stram sibi conjungi peuit.

taneam sui diverberationem subire coeperant nostri Sodales; sed nostrorum parietum contenti limitibus; nec unquam extra Templum Societatis egressi in publicum. Marcus Fuggerus abhinc triennio Eucharisticæ Sodalitati Præfectus, primus suam cohortem eduxit in compita, insertis, quæ Christum patientem referebant, non paucis, nec inelegantibus signis. Invitati jam tunc nostri fuerant, ut se cum illis conjungerent: sed, quod parum numerosus esset manipulus, & ad eam pompam nec à veste, nec ab ære paratus; modestè comitatum excusârunt. Et erant excusandi rationes, quas merito, qui aniuum non obstinâset, admitteret. Lectus erat ad eam diem è sola juventute scholaistica Coetus, quem novis in rem novam sumptibus onerari Superiores vetabant: quos alia insuper cura retinebat maximè prudens; ne scilicet adolescentum ardor aliquid supra vires auderet, dum viros tam longo viarum ac temporis spatio se verberantes æquare præservidi juvenes vellent: quod si cum valetudinis jactura contingenteret, non juvenum, sed nostram prudentiam desideratum iri. Neque nox placebat, incommoda domestico ordini, & aliis obnoxia, præsertim ab igne periculis.

nō sine
oblocutio-
nibus.

Negata conjunctio dedit varios pro cūjusque affectu sermones. Nec deerant ex malevolis, qui aculeatis dictis nos passim traducerent, velut parum syaceros rei Catholicæ propagatores. Non alias, quam antio superiore, instabant acrius. Appellati à magnis etiam viris nec paucas afferebamus, nec leves subterfugiendi oneris causas: sed à nemine saùs benevolè auditи; licet nullus vel objecta refelleret, vel ostenderet oneris levandi rationes.

456.
Fit conju-
nio. & ex-
cusementis
veritas ag-
noscitur.

Hoc tandem anno expedire nos tricis, atque unà prodire decrevirimus; ut ipsa agminis ab numero & apparatu destituti paupertas nostræ tergiversationis causam spectantibus approbaret. Funalia deerant: pullæ vestes non supra quinque & viginti: signum nullum præter solam Cruciifixi effigiem: in ærario nec dimidiis florenus.

Nempe Gymnasij nobilitas nōandum relata in Sodalitium erat: extra hanc qui stipem rogati conferre poterant, exilis numerus. Ita, quidquid collatum est æris, in senos ægrè saccos suffecit. Perspecta tandem omnium oculis ea rerum penuria, oblocutoribus quidem silentium imposuit; aliorum vero animos excitavit, ut in partem meriti sua sponte yenirent. Ita brevi saga numerabantur sexaginta, quorum singula unius aurei Ungarici pretio stabant. Trabales crucis vicenæ senæ singulis Philippeis emptæ; quarum denas tamen Episcopaliū silvarum Præfectus suo sumptu dolatas, tintásque donavit.

457.
Amititur
farto pre-
tiosum ve-
xillum.

Verum dum isti adornandæ Supplicationis conatus fervent, sur quidam, abundare pecuniis Sodalitatis ærarium ratus, partem in sua commoda versurus in abdito Gymnasij angulo per noctem delituit. Inde prorepens, effraða haud magno negotio serà, in Parthenium odemum irrumpit, pluteos cistásque extutit: cūmque nihil uspiam auri argenteive deprehenderet, in vexillum involavit ex tela argentea prædivite factum, quod centum ac quinquaginta Philippeorum pre-

precio paratum laudata suo loco matrona donaverat. Cum hoc clapsum dimissi manè cum litteris nuntij frustrà investigarunt.

Verum cā jaucturā per urbem celeriter vulgatā certatim adfuerūt qui damnum sarcirent etiam cum fœnore. Ducebant agmen Fuggerum liberi communes causarum omnium piarum Patroni, talemque argenteam, è qua unius amissi loco bina vexilla conficerentur, Christophorus Fuggerus cum Coniuge Maria Comite Schwarzenbergia dedit, adiectā insu- per pecunias summā, unde reliqua parari ad operis perfectionem ne- cessaria possent. Haud minūs liberalē manū explicuērūt Georgius Fuggerus, & Maria Salome Königseggiā Marei Fuggeri conjux, Jo- annes Jacobus Remboldus Duumvir, Lucas item Felicianus Rādzī- viliorum Principum aulae Præfectus. Duas alias illustres matronas in piām beneficentiam pronas mors vivis exemit, Barbaram Fuggeram Philippi Eduardi ex Magdalena Königseggiā filiam, & primū quidem Philippi Fuggeri, eo autem mortuo Udalrici Comitis Octingani Con- jugem, qui & ipse hoc eodem anno, cū Suevicum militem in Hunga- riā duceret, in Strigonij obsidione occubuit. Altera fuit Sibylla Hörwarta Virgo annos nata plusquam septuaginta, quæ assidua no- stri Templi inquiline dudum benefica pietate inclaruerat.

Nec distulit Sodalitas palam offendere, quos in usus effunde- re soleat, quæ in ætarium confluxerint, opes. Sub proximam æ- statem ad impetrando felices armorum Christianorum successus in- stituta horarum quadraginta comprecatio, cui ab ordine & apparatu ingens splendor, ac devotionis incitamentum accessit. Ordo ho- rarum, quæ quævis turma oratum accederet, nos inter, nostrorum Cœtuum Sodales, & honorarios alios accessores divisus, tum primū affixus peperedit. Noctis horas ita Sodales maiores, ac nos in Col- legio partiti sumus, ut illi à solis occasu ad medium noctem; nos inde ad auroram usque submitteremus Eucharisticos adoratores, quo facto excluso altero sexu heterodoxis male suspicandi loquendique præcisa occasio. In ipso Templo obductis etiam de die fenestris tantum lucis reliquum, ut preces dici è libello possent. Lucis abunde dis- fudit altare, magnificè illustratum, cuius pectus ex utraque parte ad muros usque productum, Divorum Lipsanothecis, signisque argen- teis splendidum, oculos animosque rapiebat. Prima die horā septi- mā vespertinā, alterā sextā matutinā SS. Corporis Christi Sodalitas è Templo S. Crucis ad nostrum oratura processit. Ad inflammam- dam magis pietatem mirè valuerunt quaternæ conciones, à nostris interpositæ, confluentē tam copiosè populo, ut major aliquoties multitudo esset, quam ut consistere intra Templi ambitum posset. Decimo quarto calendas Junij manè sub quintam coepit; finita po- stridie sub noctem solemnitas est, ægrè ac inter gemitus sacram ædem deterente populo.

Quoties verò à civium maximè Sodalitate processum fuit in publicum, eximiam semper laudem pietas, numerus, splendor tulē- re. Hortante nostro Monachium usque ad D. Bennonem sexcenti sep- tuaginta sex profecti; quos inter quini sanguine illustres. In mon- te autem sancto cum novis ac elegantibus signis tanto numero com-

Ggg 2

parue-

paruere, ut castrorum in morem montem omnem campumque intraverint. Nec minus commendationis habuit Landspergensium religio D. Bennoni Monachii iterato supplicantum. Nam admissis in societatem duobus è vicinia Parochis, cum agmine bis mille quingentorum hominum civitatem sunt ingressi.

460.
In campo
Lycio 15.
columnas
erigit civi-
um Land-
spergen-
sium Soda-
litas.

Crescebat apud eos non tam numero, quam pietate, natus nuper Sodaliū Cœtus, & nova quotidie promebat exempla pietatis. Ad Deiparam in campo Lycio novis quotidie signis inclarescentem primi è civitatibus suorum ordines duxerant: hoc anno viam quoque, quam incedendum Landspergā euntibus est, non sine sumptu exornarunt, erexit per eam quindenī elegantibus columnis, quæ æquali spatio a se distantes, quindena coronæ Marianæ mysteria coloribus expressa representant, solatum juxtā ac incitamentum orantibus. Et visa est placuisse cœlo pusilli gregis Religio, quem beneficiis etiam non vulgaribus affectum illorum temporum annales loquuntur.

461.
Singulare
quedam
beneficia
in cœlitus
cellata.

Solebant, quoties Synaxin unā celebraturi convenerant, numerari, quæ sacerdoti consecrandæ offerebantur, hostiæ, quod in tali paucitate facilium erat, sūtque tunc, ne ulla superesset, iterata numeratio. Interea, dum ad rem Divinam attehti Sodales excipiēdo quam religiosissimè Numini animos præparant, duo alij eorum albo non adscripti ingrediuntur, ac nescij, peculiarem hic cœtum agi, progressi cum ceteris, Eucharistiam accipiunt. Aut hunc in modum duobus capitibus accendentium numero, sufficere tamen consecratæ Hostiæ; quin vel carendum ulli fuerit, vel Hostiæ in partes frangendæ.

Altissior longè fuit ille favor, quo Sodalitatis incundæ voto, homini ab omnibus conclamato vita servata est. Gossipij textor (Joanni Beggelio nomen erat) globo plumbeo trajectus fuerat, vulnere tam horrifīco, ut quidquid cibi vel potu per os ingereret, continuo per umbilicum egredieretur. Interitum nemo dubitabat. Dum alij omnes, desperata corporis salute, æterna meminisse jubent, Sodaliū unus auctor fit homini, emittendi amore DEipara voti, se, si ab hoc vulnerc surgeret, ejus Sodalem forc. Paruit ille, atque ab eo momento alimenta retinuit, & tempore non longo plenè convaluit. Quæ sanè res uti novos Sodales mirè in benè coeptis confirmavit: ita in optino quoque magnuim accedit se cum illis conjungendi desiderium.

462.
Ratisbone
Sodalis ab
hernia li-
beratur.

Huic pio suorum ardori etiam alibi visa respondere DEipara. Ratisbonæ certè, ubi facta superiori anno majorum Sodaliū à minoribus separatio multum ad pietatem momenti attulit, uniè novello cœtu prodigiosam in gravi malo medicinam fecit. Hernia occupaverat miserum, tanto gravior innocentí puero; quod remedium querere pudor vetaret. Octavus ab eo, quo malum senserat, dies Dominicus erat, quo ad Conventum Sodaliū pro more se contulit. Dum ius, quæ à Præside dicebantur, attendit sedulus, augeri identidem occulti mali dolorem sentit, atque inops consilij, oculos demum animumque ad depictam in altari DEipara imaginem vertens, votum tacit.

tacitus concipit; se, si sublato malo Virgo consuleret, aspera etiam, ut erat, hieme Oettingam veterem peregrinaturum. Et ecce! retrahentibus se sponte ad pristinum locum intellinis habere melius coepit. Aliquid tum ex malo relictum est: quod tamen, ubi primum Oettingæ se voto exsolvit, evanuit penitus, ut inde cum integra ac perfecta sanitate rediret.

Augustæ beneficium tantò visum est amplius, quò erant plures, quos vivos servaverat atque incolumes. E regione Collegij ad vesterem civitatis murum adnexa porticus erat, sub qua ligna servabantur brumali tempore scholarum usibus necessaria. ^{463.} Augustæ preservari ruina. Ea tunc forte discipuli ad Gymnasium portabant; dum signo dato (Sabbathi dies erat) ad Litanias in Templo cantari solitas evocarentur. Audito campanæ fono dilapsi omnes suis scololis ac ordinibus reddiderant. Cùm repente subsidens præaltus ille murus, qui civitatem olim angustiorem claudebat, in porticum subjectam procumbens totam momentum protrivit. Erat is ipse locus, in quo à lignis evacuando paulò ante laboraverat collecta juvenum manus; quos omnes elisisset funestissimus casus; nisi publicum signum ad Marianum cultum eos avocasset. Gratiae Matri Virgini, ad quam colendam abibant, mox ab omnibus actæ, cuius ope prædenti discrimini subducunt le suis nullus dubitabat.

Cùmque missis litteris unaquæque Sodalitas communicaret cum altera, si quid evenisset, quod foederatis solatio, & ad pietatem incitamento esse posset; perpetuis Reginæ suæ favoribus animati Sodales, in quodcumque incidissent periculum, implorata ejus ope salvi exibant. Extitit hujus rei illustre exemplum Dilingani Sodalitij cliens, morum non minus, quā generis nobilitate clarus. Hunc solum forte per agros deambulantem, repente in medium opifices quatuor Lutherani acceperant, Dilingâ ad vicinam in Palatinatu civitatem remeantes. Mox & numero suo & crapulâ animosi, primùm quidem illoto ore, ut solent, in Papam, in Sacerdotes, in Catholicos denique universos invecti, diras inter atque convitia omnes orco devovebant. Hæc inter verba in viam regiam ventum, quæ juris est Palatini. Hic enim velut in fundo ferrum, quo ibant accincti, adversus inermem quatuor heroes stringere, & omni ex parte instare. At juvenis, ut erat generosa indole, præclusa effugij spe animos capiens, objecto pallio, & cauta corporis declinatione primas sui petitiones cùm elusisset, mox gladio uniuersi manibus extorto ita esse terrori coepit, ut illi omissâ repente pugnâ ex hostibus supplices, nihil animo infesto actum asserentes, veniam peterent, ac, modo gladium socio restitueret, pacem & amicitiam offerrent. Verum cautior ille retento gladio perhumeranter valedicit, tutius, si repeterent, ferrum alio tempore ac loco redditurus.

Ita tunc quidem pacati in speciem, nec quidquam ultrà tentare ausi abièrunt. Cùm pessimo casu obviā se miles tulit, qui rem edo-
ctus, exprobratâ ignaviâ novos ad pugnam animos capere, seque
ducem sequi jussit. Ita juvenem assecuti multò, quā antè ferocius
Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. Hbb im-

^{464.}
Dilinge fam
eris urbis
ab hereti
cis armis
illatas era
pius.

impedit, pessimè absque dubio multandum, nisi vocata in opem DEipara tulisset suppicias. Fortè senos alios Sodales unà eundem in campum egressos ad vertit socij pugna tam impari laborantis periculum: cumque minimè aberrare cernerent punctum ac casim ferientium iactus, verebantur, ne serum, quod afferrent, auxilium esset. Igitur tranversos per agros celerrimè ad volantes in ipso cursu, clamoribus, minis, pugnis ostentatis (nam armis carebant) eum vilissimis homuncionibus terrorem injecere, ut adventu eorum non expectato, in fugam se omnes conjecterint. Gratias quidem ingentes liberatoribus egit juvenis, at longè maximas DEiparæ; postquam animo à certaminis ardore collecto perfossa crebris iactibus veste, lumen duntaxat cutem leviter perstrictam, & pileo magno vulnera hiante illatum caput deprehendit.

465.
Sodalium
Dillinge
egregia
virtus.

Nec erant indigni Dilingani Sodales, quorum curam tanto affectu gereret benignissima Mater, quando ipsi suum eidem amorem totumque præclaris experimentis probârunt. Sanè nonnulli noctes integras ad usque auroram inter pias rerum coelestium meditationes per vigilarunt. Alij diebus Morienti illius Divino filio sacris acetum felle mistum, alij fel merillimum hausere. Quodsi cui ab infirmitate prostrato sumptus in medicinam paupertas negaret, succurrerat Sodalium pietas, & stipe passam vel occulte corrogata fortuna defectum emendabat.

466.
Friburgi
unus alic
ram pudici
tiam ser
vat.

Ubicunque locorum suos cœtus hi DEiparæ clientes exercent, nulla se prodebat exercenda virtutis occasio, qua sibi non utendum existimarent. Integritatis non in se tantum, sed in aliis etiam tuenda præcipua cura. Ita apud Friburgenses unus castissimus ipse, alienæ quoque pudicitiaz curam suscepit. Iter agebat: cum in idem secum hospitium virginem quandam seu viæ ratio, seu bona fors conductit. Idem simul diversorum cum subissent procaces aliquot juvenes, quos puellæ pudicitiaz imminere facile erat advertere; credidit vir bonus (nam è civium Friburgensium Sodalito erat) facinus editurum se Sodali Parthenio dignum, si tutam præstaret. Igitur bono animo esse jussam, sororem sibi eam finxit, &c, si quidem ad Fidei in Christo communionem respexit, ex vero dixit. Ad quietem inde cum discessissent, leto puellæ concessa, ipse humi precando noctem extraxit; civicam à Christo Duce promeritus,

467.
Æstiman
tur à plebe
& Primori
bus.

Sparsus in urbe præsertim virtutum pulcherrimarum odor ita omnes afficiebat, ut nulli ab Sodalibus ducerentur supplicantium ordines, quibus non se plurimi, qui extra cœtum erant, adjungerent. Accidit semel, cum in quodam facello extra urbem precarentur, ut ipse Prætor viro nobili comitatus è campo eques rediret. Is, dum conspecta, quæ in adversum chivum enitebatur, multitudine causam rogat; collectos ibi ad precandum Sodales intelligit, ad quos tot alij unà precaturi accurrerent. Quo auditu relictis ad portam civitatis equis unà cum comite pedes inter alios ad locum & ipse perrexit, ac fine orationi imposito Partheniis immixtus urbem ingressus est, probante exemplum ac dilaudante populo, Sodalibus honorem non sibi, sed Dominæ suæ gratulantibus. In Lucernensi vero ejusdem Helvetiæ

tix civitate ea jam erant Partheniorum Coetum incrementa, ut, quò fructuosior esset eorum cultura, in tres omnino dividendos Superiores existimaverint: quorum duo litteratos; tertius cives litterarum expertes completeretur: qui posteriores, cùm decimo quarto tantum die cogere coetum solerent, deinceps convenire quot septimanis decreverent.

Cùm nulla sit Sodalitatum nostrarum lex vel consuetudo, quæ non plurimum animorum culturæ deserviat: primis tamen utilissimis que adnumerari meretur, certum, quem quisque colat, Patronum, certam, cui studeat, virtutem in menses singulos sortiendi laudatissimus mos, quondam à D. Francisco Borgia in Societatem, ab hac in Sodalitia nostræ curæ subiecta inductus, ac post hæc ab aliis etiam confraternitatibus, imò Asceteriis etiam Religiosis probatus receptus. 468. Sancti Memori strui sortatio Ingolstadiensem Sodalem Divine vocationis ad monitum
que. Hæc tanto consensu probata sortitio Ingolstadiensium Sodalium uniuersum animi torporem excusit. Is juvenis loco nobiliter natus, cùm statu deligendi causâ in sacrum secessum se abdidisset, DEO se se in sacra PP. Capucinorum Familia consecrare decreverat, Verum regressus ad socios, remittente, quem solitarius hauserat, amore, in longum differre executionem propositi coepit. Interea, dum vocationis Divinæ immemor sociis se totum permittit, advenit ultima mensis Dominica, quâ novum sortiri Patronum in mensem proximum Sodales conuenerunt. Et erat ipse inter primarios, quibus ex nomine citatis alta voce prælegi pia, quæ Divi nomini subjungitur, sententia solet. Erat autem hæc ipla, quæ sequitur: *quorum sum differt miser, id, quod vorasti, persolvere? aliis fluxabat atque inania mitte: tu incepta persequere.* Perculit juvenem inexpectata vox; qui non dubitans, profectam à Numine, altera statim die, quid vocante DEO constitutum haberet, quos debebat, admonuit; nec antè, quam voto potiretur, quievit.

Terni erant Dilingæ Sodalium ordines: quorum unus solos diversorum Institutorum Religiosos, duo reliqui litteratos majores minorésque suo albo inscriperant. Atque hisce duobus præterant eodem tempore duo Fratres germani Lodronij Comites; quorum natu minori Præfectorū abeunti Sodalium calculis successor datus Franciscus Comes Wartenbergius, Ferdinandi Bojariæ Ducis filius, cuius etiam honoribus scenam perelegantem instruxerunt Sodales.

Oenipontanis haud minus illustre ornamentum accessit à novo commilitone, eoque Principe. Nam die Martij mensis quinta & viceima, quam ob Virginis ab Angelo salutatæ titulum sibi proprium, celeberrimam habet major Sodalitas, solenni ritu eidem adscriptus fuit Reverendissimus ac Celsissimus Princeps Christophorus Andreas Spaurius Brixinensis Episcopus. Absentis personam ipse Collegii Rector sustinuit, publicèque à Præfecto nomine Principis admissionem petiit. Dici non potest, quo animi sensu expectatissimum rei gestæ nuntium Princeps acceperit, editis ea die singularis latitiae argumentis. Utque in omnem partem valent exempla Principum, auxere illius coetus splendorem etiam alia duo illustria nomina.

Nobiliss. Sodaliū.
Oenipontanis publicè adlegitur Brixenensis Episcopus.
Suffraganeus item, ac Vicarius Generalis

nomina: nam & Pro-episcopus, & Vicarius Generalis Brixinenses enixè id postulantes Sodalium Albo inserti sunt.

470.
Norarum
63. com-
precatio.

Merebantur tantorum capitum accessionem publica pietatis exempla, quæ ubi in oculos incident, facile optimum quemque trahere ad sequelam solent. Et Oenipontani quidem in communis, qua malis communibus obviām ibatur, prece id hoc anno habebant singulare, ut cā ad horas tres ac sexagenas productā salutationum angelicarum, quot in Rosario dicuntur, numerum æquaret. Per dies unum ac viginti in una è præcipuis urbis Ecclesiis tribus quotidie horis orabatur; intra quod tempus etiam cetera peragebantur, quæ Jubilei nuper concessi indulgentias lucraturis Roma præscripserat.

471.
Halæ duo
Sodales
Roman
profecti, ad
sepulcrum
B. P. N.

Halenses verò in Templo Virgineæ Matris Elisabetham visitantis (quod Regij Parthenonis est) tunc nostris adhuc usibus concessio eādem causā convenēre: ad quos Serenissima Archidux vidua, Carolus item Burgoviæ Marchio cum conjugé Oeniponto descendere, pleramque secum aulam trahentes, ac flexis semper genibus eā modestiā & ardore precati, ut neminem non exemplo accenderent. Ex ipsis verò Sodalibus duo, David Kellerus regij Parthenonis Oeconomus, & Joannes Baptista Rubeus Gymnasij discipulus, ut sacros Divi Ignatij cineres honorarent, Romanū usque profecti, incolumes inde ac pleni solatio redierunt. Ut verò salutiferum JESU nomen, quod Divo Patriarchæ nostro tantopere cordi erat, venerationi omnibus, ac saluti esset, sculptum recens atque impressum nostri distribuerē. Sumptum in eam rem illustris Virgo è Regio Parthenone Ursula Villingera fecit: manum operi P. Bartholomæus Stauderū noster commodavit. Creveratque apud incolas hujus civitatis tantopere nostræ opis desiderium; & nascens inde animorum utilitas, ut hoc primū anno destinatus fuerit à nostris Sacerdos, cui ab aliis munis libero operarij nomine civitatis in rebus ad salutem pertinentibus ita cura incumbere, ut semper præstò esset vocantibus. Fecisse nos operæ pretium statim patuit. Nam crescente ex ea cura civium erga nos affectu facilius in dies evasit, eos vel abstrahendi à noxiis, vel ad bonum impellendi negotium. Extra urbem ut operam navaremus, Vicarius Brixinensis Episcopi, Otto Hieronymus Agricola instituit, rogatus à Virginibus Suazensis Monasterij, ubi adventum nostri Sacerdotis gratissimum habuere, Societatis ope in dudum expertæ; triduumque tenuere tum audiendis omnium confessionibus, tum dandis ad profectum in virtute consiliis occupatum.

472.
Nobilis
Parthenon
reductus ad
concordi-
am.

In Suevia è Dilinganis Patribus unum longiori tempore detinuit Nobilium Virginum celebris Parthenon; secuto, quem speraverant, ubere fructu. Discordia eas inter se vetus & magna colliserat; jámque ad ipsas quoque singularum familias simultates penetrauerant. Suspecti erant de partium studio, quicunque se è nobilitate obtulerant, arbitri: cùm nostros tandem evocare alias nec incognitos, nec ingratos decrevère. Nec spem fecellit exitus; & auditis omnium confessionibus, nunc omnes nunc singulas alloquendo, suggestis insuper opportunis in rem consiliis rediit animorum unio: docuiit.

Socuitque impetratus repetitis precibus frequens redditus, jucundam superesse obsequium tam salutaris memoriam.

Plus temporis ac laboris impensum Monachij tollendis gravibus inimicitias, quæ tanto magis catholica pietate videbantur indignæ, quod pessimo exemplo Patrem inter ac filiam generumque exercebantur. Odia per frigidum illud verbum accensa ad cum insanæ gravium ascenderant, ut ad submovendam, cui imminebant, cœdis occasionem separata quisque custodiâ servari debuerit. Diu in sedando furore, ac conjungendis Christiana caritate animis à viris gravibus, atque ipso adeo Magistratu laboratum: quin ulla spes affulgeret reducendæ pacis. Tandem & nostri adhibere curam iussi; quæ sapientius ad eosdem revisentes, humanitate primum & obsequiis delinivere; atque ita paulatim illapsi in animos, cum de Christiani hominis officiis differentes jam non illicenter audirentur, ad pacis ac mutuæ concordiae in societate humana necessitatem, ac discordiae damna, quæ quidem ægerrimè ferebant, digressi evicere tandem, ut sedatis animis manus darent, oblivionem præteriorum, ac pacem deinceps promitterent, utique debita sinceritate dici à se cuncta, agique palam ostenderent, expiatis confessione animis, publicè unâ sanctissimum caritatis pignus Christi Corpus lumpsere, gratulante civitate, emendatam palam prioris exempli pravitatem. Aptud alios haud illustri minùs victoria expugnata avaritia est; quæ haud paulò, quam ira adhærente tenaciùs solet. Nam floreni supra quinques mille quingentū ac quinquaginta malis artibus parti justo domino sunt restituti, certo argumento, quid poslit & urgentis conscientiæ, & impellentis Gratiax admirabilis vis, momento extorquens è manibus, quæ pluribus annis majore, quam ipsa anima, cura & affectu servabantur,

Paupertatis horrore cum hæc animarum detribuuntur, in hac ipsa Monacensi civitate (ut magnæ urbes & opibus & paupertate affluere solent) non raro cum eorum quoque furore pugnandum fuit, quos fortunæ prementis acerbitas, & inde nascens mentis intemperies in se ipsos armaverat. Una præter infornia gravissimis emersa sceleribus, cum in casum rursus impelleretur à dæmone, nec retundere impulsus vehementiam posset, pertæsa certaminis, & abjecta vincendi spe in cubiculum se ab arbitris remotum inclusit: ubi, postquam dæmonem inclamans, ad inferos se raptandam devoverat, sua manu interitura, cultrum è zona in vagina pendulum arripit. Verum educi alias facilem vi nulla liberare à vagina cum posset; aperuit res insolita oculos infelici, ac miserantis DEI favorem agnoscendi mentem reddidit: quæ postridie inter multas lacrimas sceleratum furorem confessa, frequenti deinceps Sacramentorum usu & impetum stygij tentoris fregit, & sereno animo vitam tranquillam vivit. Eadem Numinis misericordia servante, araneum alia sui perirendi causâ; sed contra, quam optaverat, innoxium glutit.

Unum intemperies animi proximum matricidio fecit. Atro-
cem morbum, quem longiorem, quam ferre posset, experiebatur, impeditum
violentia manu finire decreverat. A quo consilio cum matris pre-
Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. 111. cibus

cibus, monitis, vigilantiâ impediretur, cultri sorte arrepti jactu gravi-
ter eam vulneravit. Vocatur nostris ex ædibus sacerdos: cui, ut
manum à se abstineret, gravissimè adhortanti respondit æger: fruſtrà
dici agique omnia: absque sui ipsius cæde quietem se capere nullam
posse. Confirmare id sibi concium suorum scelerum dæmonem,
qui variarum animantium specie jam per cubiculum circumcurſaret,
jam lecto insideret. Sensit inde Pater, animi morbos quām cor-
poris, graviores esse, inque id totus incubuit, ut ad synceram pec-
catorum confessionem induceret. Induxit; ac solutum à noxīs
agnōque cereo munitum, sacrâ etiam Eucharistiâ refecit. Quo fa-
cto & larvæ stygiæ dispaſuere, & animo quies, arque unâ ad tol-
randos morbi dolores fortitudo rediit.

476.
Oeniponti
ab errore
servata sim-
plicitas vir-
ginis.

Cūnque talutis humanæ inimicuſ ad hominum perniciem & que
horum ingenio ac simplicitate utatur, non raro, ne impingerent, pe-
dem claudio, oculum cæco esse oportuit. Oeniponti mente ma-
gis bona, quām perspicaci virgo florem suum DEO consecrandi ar-
dore succensa, schedam scribi ab adolescente curavit, in qua con-
ceptis verbis illud animi sui votum expressit. Refrixit post aliquod
tempus ardor, & facti memoria, eaque à lenone pellecta non pro-
cul à casu aberat: cūm repente ante oculos stetit cœlestis sponsi
pulcherrima species, qui schedam una manu, alterā annulum osten-
tans, datæ fidei nutantem admönuit, intimèque commotam animo
puram servavit. Haud multo post tempore, quod ipsa verecun-
dia egregiæ formæ conjuncta intuentes alliceret, à viro honesto in
matrimonium petitur. Illa, quid responderet, incerta, dubitare
tamen cœpit, an in oblatas honestissimæ conditionis nuptias consen-
tire liceret? Jam in eo res erat, ut in proximo consensus esset.
Cūm illa, prout assueverat, Patri, quo in rebus animi duce utebatur.
rem aperit, & consilium petit. Docet ille, quod res erat; nisi vo-
ti religione prius ritè solveretur, fœdisfragam fore. Tum enim
verò tam vicinæ perfidiæ periculo attonita, solvi vinculo, quo se Nu-
mini adstrinxerat, noluit; sed paquem tam sanctæ sponsioni inimi-
cum rejicit.

477.
Alterius
Oettinge
egregia pro-
castitate
pugna &
victoria.

Oettingæ virginem Cœlitum favore dignissimam non tam præ-
sens ingenium, quām Virginum Virgo è violenti lenonis potestate
eripuit. Pollicitationes, blandimenta, & omne verborum leno-
cinium fruſtra consumperat: cūm amore abeunte in rabiem furere,
minas intentare, demique cūm domi haberet, remoto à domesticis
loco includere, ubi victu omni subtracto, inedia constantiam fran-
geret. Hic illa, quod unum jam poterat, DEum orare, castissi-
mæ Virginum commendare pudorem, instaurare firmissimum mortis
præ ignominia eligendæ propositum. Sensit se audiri. Irrumpens
quotidie procacissimus homo, semper attonito similis, facinore non
tentato recessit. Jam octavum diem cum fame magis, quām ho-
ste pugnaverat, quamvis non omnino impastam reliquerit castarum
mentium tutor DEus. Cūm enim omnia lustrare fames compel-
leret, sub lectica pira paucula reperit, sole durata, ac mellis tantum,
quantum vitæ ad eam diem tolerandæ fatis fuit. Tandem tam illu-
stri de se ipſa, ac hoste victoriâ nobilem, in plenam libertatem cœ-
lum

lum afferuit, occulto, eoque per angusto ostendo exitu, per quem elapsa præcipiti fuga ad liberatricem suam Oettinganam contendit; ubi suscepit summo animi solatio Sacramentis se adversus hostem quemcumque firmavit. Astu alia præsentem aggressorem elusit. Ad eam periculi securam insidiator adrepserat; cuius vim cum evasuram se desperaret, capto in arena consilio, gravem morbum simulare, gemere, singultare, animo se linqui tam aptè simulavit, ut territus ille se confessim proriperet; nullo deinceps ad virginem invento aditu, quam periculum fecerat cautiorem.

Tanti fructus erant, quæ, quoties Confessionis gratiâ accedebant, à Conscientiæ Rectoribus accipiebant virtutum documenta: ^{478.} Cura catechesos. quamvis haud signior cura fuerit, accurata catechesi ad pietatem erudire ipsam pueritiam, & confirmare adversus pericula juventutis. Et Lucernæ quidem (ubi orator noster, festis tantum audiri solitus, nunc dicere etiam diebus Dominicis cœpit) apud catechesos auditores id hoc anno effectum, ut Patris Canisij libellum non explicari tantum audirent; sed, quod pauci hactenùs conabantur comprehendarent, memoriae. Eā causâ triviales scholas identidem ingressus noster tentavit profectum discentium, & donis animavit. Ita effectum, ut brevi quinquaginta prodirent, qui totum catechismum è memoria redderent. Idem ut ruri effectum daremus, occasionem Parochus præbuit, qui impetrato è nostris Sacerdote, per bimestre, quo æger decubuerat, Parocissæ curam in eum transfulerat.

Cum verò nihil ita juventutem obnoxiam vitiis reddat, quam si ad inopiam insuper ex orbitate præmatura libertas accedit, utriusque malo itum est obviā, Monachij præsertim, ubi ob incolarum numerum major & orbæ juventutis, & juvare valentium copia erat. ^{479.} Orphanotrophium Monachij iterum restauratum. quidem superioribus annis multo nostrorum hortatu ac labore orphantrophium erectum ac instauratum fuerat. Verum, uti magnorum sumptuum opera tardè pervenire ad perpetuitatem solent, rursum cœperat esse neglectui. Non quievit Patrum industria, dum stigcentem in Patronorum animis caritatem iterato accenderent. Cum verò ipsorum hortamenta non viderentur in divitium animos satius altè descendere, ipsos parvulos recitatis coram numeroſo auditore Dialogis pro Domo sua oratores adhibuere, consilio sanè utilissimo. Nam ea fuit tum ipsius argumenti, tum adolescentum partes suas agentium gratia, & vis in addientium animos, ut ab iis qui è ditionibus aderant, submissa fuerint certatim tam larga manu subsidia, quibus opus tam sanctum non restitutari duntaxat, sed plurimum potuerit provchi. Inde ut pro juventute jam satis numerosa receptus amplior, & educationi accommodatior esset, ædes quæsitæ sunt eum in finem prioribus aptiores, quas ut æquo minore pretio dominus venderet, nostris se precibus dare palam affirmavit. Venerabile in pii operis communionem non paucæ matronæ, valentes opibus, ac genere nobiles, quæ sapienter tum his, tum aliis pauperibus vel singulæ vel conjunctæ liberale epulum instruebant, cui ipsæ ac cumbentium ministrae intererant. Prælucebant exempli facem eorum in genere assidue, ac ferè totæ Serenissimæ Principes Elisabetha Maximiliani Conjuræ, & Maximiliana amita, quas in pauperum persona Christum ipsum venerari prodebat obsequii cura, & quædam velut reverentia. Gregorianæ etiam Domini, cuius angustæ tum

admodum res erant, felix hic annus fuit, cui legati donati que florenbis mille, septingenti, ac nonaginta.

482. Neque ita in concilianda miseris aliena liberalitate nostrorum illustris caritas stetit, ut non una eorum obsequiis se ipsos impenderent. Leproorum ac ægrotantium in ædibus à publica pietate illorum usui exemplum nostris Fri. destinatis visitatio & cura in morem dudum abiérat. Inter eos, burgi editi qui publica ope destituti nostram experiebantur, fuit præsertim Fri. burgi apud Helvetos unus, cui præstitum liberali affectu obsequium & bonam nostrorum famam auxit, & multorum nobis affectus conciliavit. Decumnebat ille, putore tandem ac sanie eò usque deformis, ut nemo reperiretur, qui vel manu somenta, vel voce solatum adhiberet, cum & aspectus horrificus, & teterimus odor, quem putrescens corpus latè fundebat, omnes fugaret. At nostri, ubi primum intellexere desertissimi hominis miserrimam egestatem, non solum aditu & solatio, sed procuratâ & oblatâ eleemosynâ solati miserum, denique & uxorem nauseâ fugatam, ut officium faceret, exemplo animarunt. Pudebat enim se, quam nexu tam arcto ad ferendam marito opem jura omnia Divina humanaque obstringerent, obsequio tamen ab iis vinci, quos ad opitulandum misero sola caritas pietasque adduceret.

483.
Duo ad S.
P. N. invoca-
tionem
sanati.

Interdum in operis tam sancti partem venere vocati in auxilium Cœlites. Dilingæ uni apoplexia non os tantum trahendo in partem deformaverat, sed oculorum alterum foedè extrusum penè è fronte suspenderat, ut claudere haud amplius posset. Medicorum judicio in solis Cœlitibus spes erat; è quibus auctore nostro invocare æger Parentem Societatis Ignatium cœpit. Adsuī auxilium præsens, ac spe celerius. Nam ad motis Reliquiis eadem die & os & oculus ad locum usumque rediere; & secuta est insuper, de qua spem amiserant medici, integra valetudo. Nec minus celeriter Divus Patriarcha filiorum uni Constantiae adsuī. Tentare Patris valetudinem cooperat periculosa febris, atque adversus omnia remedia contumax diu jactatum exhauserat viribus. Cum rogatus opem Divus celerrime adsuī, ægrumque suspensis è collo sacris reliquiis supplicem omni morbo confessim, ac plenè liberavit, viribus deinceps in DEI ac proximorum obsequium tanto confidentius usum, quod eas cœlesti medicina non redditas tantum, sed auctas crederet.

484.
Joan. Ca-
rolum Co-
mitem à
Sulz D.
Bennō à
morbo li-
berat.

In eos etiam, quos curæ nostræ parentes crediderant, cœlum experti sumus propitium. Nam Ingolstadij in Collegio D. Ignatij Martyris, quod major atque illustrior Nobilium pars incolebat, horum numerum uno, eoque nobilissimo capite mors imminutum ibat. Nempe Joannem Carolum Comitem à Sulz, ob morum elegantiā ac innocentiam omnibus carū lethalis vomica ex occulto insidens in extremum periculum egerat. Is conclamatus à senatu medico, & à cœlo petere auxilium jussus Divo Bennoni devovetur, cuius tunc maximè per Bavariæ celebre nomen ferebatur. Dies erat salutæ ab Angelo Virgini sacra, quam tristem nobilissimo adolescenti & fatalem fore denuntiaverant. Supplicatum pro ægro ad aras DEI paræ

paræ, & aliquid stipis erogatum in pauperes. Atque hac ipsa die, discusso periculo rediit salus, ac integra paulò post valetudo: quem Parens deinceps D. Sospitatori incolorem gratumque fuit.

Ad eundem Divum duo è nostris Eberspergå laudatum etiam ^{485.} hec anno supplicum agmen duxere; Augustâ duobus aliis alterum ad- ^{Carolinianus} chonis dueentibus, quod splendore ac numero longè superabat. Ni- ^{Burgovius} pia pere- hilominus vel splendidissimos peregrinantium ordines peregrinus ^{gratia.} unus superare visus Carolus Burgovij Marchio; qui in eunte Novem- bri Oeniponto egressus Octingam veterem, atque inde in reditu Eberspergam ac Monachium invisit. Is multa animi contentionē, ac etiam precibus institit, ut Collegii Rector Oeniponti Georgius Kernius, quem habebat carissimum, se comitem itineris, & conscientiae arbitriū adderet. Quorum per viam vix alias, quam de officio Christiani Principis, & arcanissimis animi negotiis sermo fuit, ut neutrum pene niteret suscepit laboris, cum quantum Princeps è Patris doctrina tantum iste Principis exemplo profecerit.

In iis porro, quæ nostræ curæ concredita sunt, sacris locis Al- ^{486.} lerstorffensis ædes DEiparæ multis iterum ab adventantibus undique Allerstorffensi- honoribus ac donariis culta est, quæ afferebant in eorum, quibus af- fectos se narrabant, beneficiorum argumentum. Par erat circa ^{OB-} fensis DE- aram D. Leonardi clientum frequentia, cuius in tuendis adversus ^{Leonardi} cultus cre- luem pecoribus præcipua virtus enituit. Invaserat illa nobilis ma- tronæ pecuaria; quæ ad Divum conversa simul aliquot in singula, quæ servarentur, capita festertos vovit. Abundè voti damnatam fuisse liberale decem aurorum munus testimonio fuit.

Maximus tamen erat voti causâ ad D. Sebastianum Eberspergam ^{487.} affluentium numerus: quos inter memoranda præ aliis mulier, quæ Martini cùm in puteum pedes centum, quatuor & quadraginta altum præ- ^{verò D.} ceps abiret, sub ipsum casum peregrinationem ad Montem Sanctum ^{Ebersper-} & Eberspergam vovit, ceciditque innoxia, ac recepta fuit incolmis. ^{ga.} Auditi plures, qui rationis, aurum, linguæ usum rediisse; alij qui phrenesi, morbo caduco, peste, ulceribus virulentis, febri Ungaricâ, dyfenteriâ, tumoribus periculosis, doloribus capitis, pleuritide, morbisque aliis liberatos se memorabant, oblatis pro statu ac fortunæ conditione muneribus.

Etiam nos cœlo debuimus liberationem à malo, Ratisbonæ ali- ^{488.} quamdiu nostris omnibus infesto. Nam domus quietem turbabant Ratisbo- nigræ quædam, & tetro aspectu feles, passim nostris occurfantes. scens Cote legiam in festans fe- les magi- ^{ca.} Mágicas esse omnium non vana suspicio erat, quam plurimum confirmavit eventus. Cùm primùm enim adhibita fuere, quæ ab Ec- clesia præscribuntur, remedia, & conciones insuper adversus magi- giz scelus haberi coepitæ, subito desierunt videri.

Major nonnihil ex re improvisa nobis molestia extitit, quæ pa- ^{489.} discordia cem Collegium inter ac urbis Magistratum turbavit. Miles quidam inter nos gregarius Templum nostrum ingressus, multa primùm insolenter agere; mox etiam gravius tumultuari & vomere blasphemias cœpit. Miles & Magistra- ^{rum ob in-} clusum mihi ^{litem.} Hister. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Kkk No-

Nostri hominem Templo educi, & eo, quo superiorum classium studiosi puniri solent, carcere jusserunt includi. In hoc dum diem exigit, re interea per urbem vulgata, sub septimam vespertinam ad sunt, qui tradi sibi hominem Magistratus nomine postulant, eo nomine, quod sacerdotem publica in platea vulnerasset. Responsum: nos ejus rei ignaros neutquam ob crimen in platea commissum punire hominem voluisse; sed ob tumultum & blasphemias è Templo nostro abstractum claudi interea iussisse; ne redditum eò tentare, & gravius designare facinus posset. Nihilominus rem ad Episcopum delaturos, nec, si tradendum is judicasset, quidquam ultrà moraturos. Ita qui missi fuerant, responsum haud improbare visi, abiérunt.

490.
Cum tradi
absque suo
consensu
vetat Epi-
scopus.

Episcopus de re tota mature edoctus, hactenùs benè actum censuit; nec antè permittendum potentibus militem, quam ipse, re cum consiliariis communicata, probasset. Verum dum nos præstolamus responsum Episcopi, manè altero horâ septimâ septem aliis stipatus adevit Syndicus Civitatis: militem ubi tradi confessim petit: minas addit, si negemus: armatam marum ad extrahendum paratam (ut revera erat) affirmat. Adfore statim ab Episcopo responsum, reponunt nostri, brevemque moram, ac patientiam rogant. Nihil audiunt illi: sed irâ pleni minas ingeminant. Jamque in proximo erat, ut vim pararent. Eam experiri haud volentibus id unum restabat, ut vim sibi fieri solenniter questi, claves in medio atrij deponerent, iterato protestati: quidquid agerent, contra ipsorum voluntatem violenter acturos.

491.
Vi extrahi-
tur: causam
iratos, profectum.
Etum militem secum abstrahunt.
Clericorum privilegia defendere certus, rem agere cum Senatu coepit:
at tunc quidem non peregit. Sed cum p. lures aliae civitatem inter
Epscopum lites agitarentur, in aliud temp. vs, quod componendis
ceteris iam destinaverant, etiam hæc causa dilata est.

492.
Alij con-
trâ nos be-
neficiis co-
lunt.

Ab aliis nihil nobis incommodatum: favores contrâ non patuci, nee leves profecti. In Templo novis altaribus exornando præcipientia tunc nostrorum cura cum versaretur, ad summum D. Pauli Apostoli memorie sacrum Michaël Miessigmannus Sacerdos: ad aliud à D. Wolfgango appellatum Joannes Leonardus à Rosénbusch liberalem stipem contulere. Wolfgangus Eiselinus Parochus ac Decanus Sinchingensis ducentos ac decem florenos testamento legavit in pauperum scholasticorum solatium. Nos in bonum juventutis infimam Grammatices scholam in duas divisimus: cuius rei necessitatem non tam numerus audientium, quam ruditas imposuit. Tam enim ignorantium mittebantur, ut, nisi principiorum defectu, sequentium scholarum fructum omnem perditum vellemus, duplicandus initio labor fuerit, ac in duos partiendus.

493.
Vd & Mo-
nachij Se-
renissimi
Principes.

Monacensi D. Michaëlis Templo ad exornanda Sanctorum Lipsana Virgo annulum obtulit, aureis quadringentis æstimatum. Eadem in æde prægrandi Tabernaculo, quod ex ebene ereatum summo Alta-

Altari insisit, subiectæ tres planæ ex argento in laminas ducto imagines, quorum una Christum cum suis coenantem, altera lavante discipulorum pedes, tertia in horto orantem refert; quæ ob materiam, & eximiam maximè aurifabri artem florensis ferè mille steterunt. At diem Templi natalem celeberrimam reddidit, præter ceteros è Domo Boica Principes, Serenissimus Maximilianus suā non præsentia tantum, sed præstanti musica, in qua primū cum voluptate auditus recens tibiarum tubarūmque concentus. Epulum insuper magnificum Principibus, tum aliis viris nobilibus, nostrisque ab eodem in Collegio datum. Ipse nihilominus, uti & Parens Guilielmus nunquam hilarius accumbere visi; quam cùm soli, remotis arbitris, frugali nostra mensa uterentur, eaque sublata, destinata in colloquio horam (quod aliquoties factum) cum nostris Patribus clementissima familiaritate transfigerent. Id, quod etiam Landspergæ egit Serenissimus Guilielmus, nobiscum pernoctans, tenuem pro loci conditione hospitalitatem liberali dono remuneratus. Cui & suam pro more liberalitatem addidit Domus Mater vidua Helfensteinia. Nam & è suo domesticam supellectilem auxit, & aulæa donavit, quæ proximum aræ summæ parietem vestirent, annum se perdidisse creditura, quo non aliquo nos beneficio affecisset.

Halenſe Collegium insigni beneficio obstrinxit vir nobilis Cyr-⁴⁹⁴
ſacus Heidentreich à Pideneck Serenissimi Bavaricæ Ducis Guilielmi
Aulæ Prefectus. Villam suburbanam à Collegio emptam alias ^{Halle Cy.}
meminimus. Hujus etsi proventu gaudebamus, fundi tamen ^{ricus Hei-}
dominium penes Heidentreichium erat, à quo illud vel pretio emen-
dum erat, vel pendendi in annos singulos septuaginta florensi. Ar-
gue hoc ille ius Collegio generosa liberalitate transcripsit, volens ex-
stare perpetuum sui erga Societatem amoris argumentum.

Oenipontano Collegio ab Joanne Baptista Ferrario Doctore ^{495.}
medico oblaci floreni septingenti. Ex testamentis duarum nobi- Oenipontano
lium viduarum Mariz Cavidalizæ, & Eleonoræ Wolkensteiniæ lega- item com.
tum aliud nostræ, aliud Domui S. Nicolai obvenit. Organum mu- plures.
sicum ad Templi usus, Joannis Baptistæ Schnebergij: vestis sacerdo- Ferrarie,
talis ducentis aureis æstimata Danielis Spaurij dona fuere. Lucifer- Cavidalia,
næ anno quinquaginta florenorum censu ex unius è nostris hæredi- Wolken-
tate venturo res aucta Collegij. Frequentes, sed minores diverso- steinia,
rum largitiones summam conflavere sexcentorum florenorum. Om- Schneber-
nes longè superavit Reverendissimus Collegij Canonicorum ad D. gius. Spau-
Leodegarij Præpositus, florenos largitus querer milieros: è quorum Prepositus
censu sacerdos aleretur, in civium commodum consueta Societatis ^{496.} ad D. Leo-
munia obiturus, quorum utilitate multis sèpè carendum erat; quòd degarij,
ceteri omnes docendi dicendive labore distincerentur,

Meritorum porro Societas erga sc & Christianam Rēmp. nemo ^{497.}
fcre meminisse visus affectu majore, quam Parochus Neostadiensis, Parochus
quæ urbs est modica Boici juris, haud procul à sede nostra Biburgen- Neoita-
fi ad Danubium sita. Pertinax morbus diu virum affixerat; nec
spes erat redituræ sanitatis. Prospiciens igitur propinquum exitum
Superiorem nostræ Domus Biburgo evocat, & pauca de morbi
Kkk 2 statu.

statu præfatus, velle se de summa rerum disponere, affirmat. Mox condendis ultimæ voluntatis tabulis necessarios testes, ac Scribam publicum cum vocasset, coram iis Societatis erga se & patriam merita multum dilaudans, oportere, ajebat, eorum æternam apud se esse memoriam. Proin scribere se Societatem nostram in Collegio Ingolstadiensi suum ex asse hæredem. Idque ita se ratum, atque æternum velle; ut sive mors, sive sanitas sequatur, firmum id semper, atque irrevocabile velit. His in chartam legitimè relatis, dimissis omnibus, Patri ad genua accedit, confessionem, quam à tota vita paraverat, legere oculis. Exhausto viribus gravem accidere flectendi molestiam facile Patrem advertit: surgere proinjubens, attollere humo parabat. At negavit, se permisurum vir modestissimus, iniquum afferens, peccatorem, qui tot graves DEO irrogasset injurias, nihil pati incommodum velle, eodemque situ quæ legere cœperat, ad calcem perduxit. Aliis, quibus ad bene faciendum facultates deerant, animus certè ac voluntas non defuit. Estimabant indefessum laborem, quo Ingolstadio egressi, agrum omnem vicinum consueta Societatis munia exercendo obibant. Quos ut ad se quoque pertraheret remotior Curio, Ingolstadium profectus miserrimum sui gregis statum explicuit, nihil dubitare se afferens, alium mox fore, si noster aliquis eò profectus vel semel confitentes audiendi hortandique labore susciperet,

498.
Parochiæ nostræ Ingolstadien-
sibus com-
mittunt Eys-
tettensis Episcopus,
& ejus Offi-
cialis;

Quod si paulò longius mittebantur, persæpè in arces suas trahebant Catholicæ nobiles, Palatinæ ditioni, tunc hæresiadhuc infectæ, vicini; ubi plerumque cum Lutheranis, etiam verbi ministris, agenti, disputandique offerebatur occasio. Nec raro eveniebat, ut in bonæ mentis viros inciderent, qui, et si fortunatum amore transi- tum ad Catholicos non facerent; professi tamen, nos rectè sentire, Lutherum infaustæ secessionis auctorem palam execrabantur. Movit ea res Eystettensem Episcopum, ut Parocho alicubi per mortem sublato, Ingolstadio nostrum accersiverit, qui, dum idoneum ipse substitueret, desuncti munia exequeretur. Duos alias ejusdem Præf. Iulii Officialis, ut vocant, Staphilus vir magni nominis, Friderici olim laudati filius, à superioribus sibi concessos parem in duorum aliorum pagorum commoda conferre operam jussit: quod ubi factum ab iis cum ingenti animarum fructu deprehendit, & ipse, facta magna animi sensu exomologesi, suam uni conscientiam credidit. Sub idem tempus Maximilianus quoque Bavariæ Dux, qui ad tuenda in Braittenbrunensi oppido Catholicæ Parochiæ jura militem eò miserat, Ingolstadio è nostris accivit, qui & militi & populo Sacra- mienta ministrarent, non tam pro suo, quam Numinis honore solitus.

499.
Milites Ma-
ximilianus
Bavariæ
Dux.

500.
Tölzij &
Dachavij
laboratur
cum fructu.

Haud minus frequens ac lata messis Monacensium fuit, quam extra urbem collegere. Copiosores manipuli ex Tölzeni ac Dachavieni agro relati. Et Tölzium quidem loci Præfectus, ut duo mitterentur, obtinuit, qui populum ad celebrandum sanctius Jubileum erudirent, atque aures confitentibus darent. Utrumque abunde præstitum, & novis semper affluentibus aucto labore, octoni

om-

omnino dies cum egregio fructu exacti. Ad Dachavientes à multo tempore prima hæc iterum nostrorum excursio fuit. Rogati, ut laborem resumerent, sub verni jejuniū festos dies dixere ad populum, & à meridie doctrinam Christianam explicuere. Rem post tanti temporis intermissionem veluti novam cùm rumor vulgasset, tanta ex omni circùm vicinia multitudo confluxit, ut eam sacra ædes non caperet. Erat, cùm ad concionem diceretur, insuetum in tanta turba silentium: finita autem concione solvebantur linguae in altos gemitus, & voces, pridem ea audivisse optantium. E catechesi maximè mutari in melius juventus visa, affirmantibus pañim parentibus, experiri se vel brevi hoc tempore liberos, quām unquam habuissent, obsequientiores; exente se in omnem ætatem, cùm bona voluntas accederet, Divini verbi virtute.

In excolenda inferiore Bavaria Oettinganorum maximè Patrum se Zelus exercuit. Pfarrkirchium, Brunovium, Müldorffium excurrere. Brunoviensium equidem vetus erat erga nos amor, qui tum alias sæpius, tum magni præsertim Jejunij diebus rogauunt, ut solita prioribus annis obsequia impenderemus civitati. Sacerdotem igitur unum Oettinga misit, cui alterum laborum socium Eberisperga adjunxit. Facile regebantur animi, qui suos duces amabant, patetque affectus ex ipsa aviditate audiendi, cùm non festis tantum, sed profectis etiam diebus summi æquè ac infimi, audito signo, ad Templum convolarent. In quām mollem vero terrām Divini verbi semientis cecidisset, testabantur confitentium lacrimæ, & meliora spōdentium ardentissimæ voces. Aderant à multis milliaribus, qui assererent, non aliam sibi fuisse suscepiti itineris causam, quām ut nostri Sacerdotis copia esset, cum quo conscientiae rationes compōnerent. Quatuor etiam, quos viatores bona lors eodem tulerat, abstracti ab hæresi: ab aliis libri, qui tandem decebant, & obtruli imprudentibus erant, exusti; quod idem certatim à Müldorffensibus factum, à quibus comportati plusquam triginta bene magni codices, Lutheri erroribus infecti subdito igne arserunt. Nec enim recepta dudum inter Germaniæ viscera hæresis locum relinquebat intentatum, quo non irreperet, sparsisque libris incautos, nec latissimè aduersus hæc arma munitos caperet. Ita, cùm in silvam Bavaram, volente Ratisbonensi Episcopo duo nostri, Ratisbona unus, alter Eberisperga Martio ac Majo mense redirent, sexdecim à Catholica veritate deyios ad semitam reduxere.

Non perinde felix erat nostrorum Bruntruto iteratio in Alsatiā excurrentium labor. Nam uno in loco Magistratus hæreticus nolebat nostrā operā, ut alias factū, firmari Catholicum gregem, aut suorum etiam accessione augeri. In altero quorundam, qui exemplo præire debebant, nota licentia morum censuram metuebat, nihilque non egerat, ut populi vehementer nos expertentis vota cluderet. Verum tanto avidiū excepti semientem Burgundicus ager, præsertim ad D. Hippolyti, ubi primū ejus loci Canonici, mox civitas universa nostrorum adventum flagitaverant sæpius, & hoc tandem anno impetrarant. Dies, qui Pentecosten inter ac SS. Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. LII Tit.

Item in Ba-
varia infe-
riore.

Müldorffii
exter-
nantur libri
hæretic.

In Alsatiā
impeditur
Missio: in
Burgundiā
floret.

Trinitatis festum interjacent, eorum, & accoliarum bono dati, qui quotidianum dicendi docendique laborem abunde compensarunt ubere animorum proventu; ut nihil irrepererit pravae consuetudinis, cuius finita Missione non appareret emendatio.

*Sicca Sacra-
via.*

*504.
Ostior no-
stris confi-
lia Curien-
sis Episco-
pus.*

Nec erat commendandæ Societatis, vel adversus calumnias defendendæ medium certius atque validius, hac ipsa excursionum Apostolicarum latius se quotidie diffundentium frequentia. In his maximè laboratum à Constantiensis Collegij Patribus, quorum operam præter Monasteria, arces, pagos magno numero obitos, urbes viginti expetiæ. Curiensem Diœcésin suæ finitimam aliquoties ingressi, laborum successu, & publicæ pietatis incremento ita se probatunt Episcopo, ut eos saepius deinceps in gravissimorum consiliorum communionem venire voluerit. Ita de legibus ad Clerum reformatum opportunis cum ageretur, nostrum adesse consultorem voluit; ac denique omnia, quæ in rem videbantur, ordine conscripta antequam typis mandati sineret, rursus Constantiam misit, ac Patrum de iis sensum judiciūmque togavit; jam tunc Societatem intra ipsam Diœcésin sede certa collocatam videre petoptans. Verum optimæ voluntati obnunciabat paupertas, tenui reditu in sustentandam familiam quantumvis modicam ægrè sufficiente.

*505.
Sacramen-
torum usus
furorem
sanat.*

*506.
Ignoscere
recusantes
emolli-
oratio.*

Quam propenso animo nostrorum Ingolstadio excitorum opertorum usus fuerit Eystettensis Episcopus, paulò ante meinimus. Commendaverant illam dudum fructuosi in civitate labores; in qua, postquam à Julio mense ad usque Novembrem Jubilei causâ singula hebdomadatim jejunia promulgarat, executus est omnia magno studio animatus è sacro pulpito populus. Ptenientes audiendi, quorum numerum inire hoc anno mulitudo verabat, maximam partem nobis incubuit, dataque opera, ne quisquam negatam sibi nostri copiam queri posset. Hos inter turi adducta est foemina, quam in silva obvius dæmon aspectabili, eaque tam horrificâ formâ exterriat ita mente emoverat, ut dominum regressa, obvios quosque pugnias ac morsibus peteret; quin & liberos è fenestra præcipites daret. Vis nulla furorem cum sisteret, ad nos Ingolstadium adduxere; unde sacris amuletis, & ante omnia Sacrementis munita, corpore atque animo sanâ discessit. In rabiem alias ierat accepto vulnere, ut nihil impatientius ferret, quam, quam tunc maximè indigebat, confessionis memoriam. Argumentis, quibus moveri debebat, sine fructu consumptis, solum restabat ad superos consigilium, quos cum præsentibus precando in vota flectere nostri constituerunt, non feliciter, quam celeri successu. Nam fusis aliquamdiu precibus repente animo mutatus æger, jam ipse supplex rogare ardenter coepit, quod paulò ante obstinate recusaverat.

Sanata saepius hæc animi offensu vulnera, adversus quæ plebeij maximè ac rudes difficulter medicinam admittunt. Gravi diffidio scindebantur Pfeffenhtsani cives, quos intulti conciliare nisi, præter odia utriusque partis lucri nihil abstulerant. Missus ad reducendam pacem Eberispergâ noster, cum unam partem inclinasset, flectere al-

alteram nullis rationibus potuit. In manu DEI esse hominum corda intelligens, in preces se dedit; ac prolata mox Crucifixi Imagine, quid hæc vulnera poscant, ardenti oratione explicit. Tunc enim vero obstinati è saxis in ceram migrare visi, & acceperunt oblatam veniam, & ut sibi indulgeretur, rogârunt. Auctarij loco non procul inde reus accessit, qui cum veniam se judicibus daturum obstinato negâsset, ita, nostro suadente, mutatus est animo, ut gratias etiam magno omnium sensu ageret.

Cum ita in Apostolicorum laborum stadio omnes currunt, qua-
tuor consummato vitæ cursu ad bravium pervenire. Joanni qui-
dem Christiano Aitteriedæ in Boica nato, sextum in Societate annum
agenti, antequam Theologicum benè inciperet, vitæ cursum mors
abruptit. Neglectum initio perleve malum juveni exitio fuit. Lu-
cernâ Monachium missus dum iter facit, vexatum itineris asperitate
pedem levis pustula exulceravit. Ad eam sine cura omissam cum se
omnis paulatim è corpore noxius humor applicuisset, tandem foras
erupit, ac brevi tempore in manantem jugiter fistulam abiit. Flu-
entibus inde, qui carnem exedebant, humoribus sistendis non ther-
mæ, non ferrum, non ignis valuere. Miraculo erat robusta supra
virum patientia religiosissimi juvenis, sine gemitu lanienam perferen-
tis. Ob placidissimam indolem semper omnibus carus, mortem
latus exceptit secundâ Aprilis.

Alter spectata virtute pugil Halæ tertia Novembbris arenâ exce-
dit, P. Julius Patrognatus, annos natus sexaginta quinque, quorum, no-
vem & quadraginta in Societate vixerat; Dolæ in Burgundia natus.
Hic communi nostrorum fato è Gallia pulsus, ab eo tempore æstatem
extremam Halæ egit; vir animo magno, atque adversus morbos fa-
miliares, & quævis mala durato. Cum nemo ullius in eo virtutis
studium desideraret, fortitudine tamen animi, ferreâ patientiâ, su-
que contemptu excelluit. Præter istos Dilingæ unus, alter Elvaci quie-
vit. Priore loco lenta tabes confecit P. Georgium Salbius, nacione
Suevum, patriâ Ottenpuranum, qui seculi prioris anno quadragesimo
nono in lucem editus, ejusdem octavo & sexagesimo adscriptus est
Societati. Caritas & sui despiciens virum formaverant, depo-
scensem semper veluti propriam sibi curam eorum, quorum obsequia
plurimum meriti, famæ nihil haberent. Perpetuo terebat pau-
perum ac leprosorum domos, nunquam lætior, quam si quid eâ cau-
sa incommodi ferret. Proximum ab hoc erat catecheseos traden-
dæ studium, quod ipsos quatuor & viginti annos insigni cum fructu
exercitum, non nisi voce viribusque iam tabe consumptis depositum.
Ministri ac Procuratoris officio diu functus, tempus omne à curis do-
mesticis vacuum, conscribendis libellis impendit, quorum cum eximia
in juventutem ac plebem manaret utilitas, novos identidem conde-
bat, conquisitis magnâ diligentia Patronis, qui sumptus in typum
suggererent, quorum equidem penuriâ nunquam laborabat. Hæc
inter nihilominus principem sui ipsius curam fuisse, alii codicilli testa-
tum fecere, post mortem reperti, in quos lumina è quotidiana me-
ditatione cœlitis hausta ad postremos usque vitæ dies congesserat;

Halæ P. Ju-
lius Patro-
gnatus.

Mortuus
Dilingæ P.
Georgius
Salbius.

tertiā Octobris placidissima morte extinctus. Quæ Dilingæ , ubi maximam vitæ religiosæ partem egerat , de virtute viri existimatio fuerit , vel inde primum est intelligere , quod & Religiosi studiorum causâ è diversis Asceteriis ad Collegium Hieronymianum missi per annos fere viginti illo usi fuerint conscientiæ arbitro , & magnus ille Henricus Knöringius pari sapientiâ & sanctitate Antistes , cùm Dioecesis Augustanæ regimen ab Ignatiana ascesi auspicaretur , è tot viris , qui tunc virtute ac doctrinâ clari Dilingæ degebant , hunc maximè delegerit , quo spiritus Magistro uteretur.

suo.
Elvaci P.
Wolfga-
gus Starck.

Excellit lit-
teris hu-
maniori-
bus.

Alterum, P. Wolfgangum Starck , pariter Dilingæ prosectorum , ac Elvaci consuetæ Missionis labores auspicatum , brevi exitu pleuritis confecit. Is Oeniponte in Tiroli natus , Societati se anno superioris seculi septuagesimo octavo jam Philosophiæ Magister adjunxerat . Humanioribus litteris apprimè excultus , iis docendis majorem vitæ partem impenderat , magnâ nominis famâ ; nec minore diligentium bono. Vetus ac Ciceronianum scribendi genus impensè colebat , multum eo excellens , ac stylum nuper natum , ac incertum minimè ferens. Adeò , ut contra hunc judicium suum grave sanè ac eruditum etiam scriptum reliquerit , quo quam posset multos , à novitiae dictationis levitate ad veteris Romanæ eloquentiæ majestatem revocaret. Inde , si quod in Scenam Drama , vel Diálogum Starkius dabat , etiam hæretici spectasse non contenti , ut describendum concederetur , instabant. Ut placidum viro ac mite ingenium erat , nostri juxta ac exteri habebant carissimum : Elvacenses præcipue , quos annua excursione dicendo , audiendoque juvabat.

Mors reli-
giofa , &
celebre fu-
sus.

Jamque rogatu Principis habendis iterum per Quadragesimam Concionibus initium fecerat : cùm lateribus fatales stimulos pleuritis admovit ; quæ , nihil proficientibus Medicis tertia die mortem attulit . Periculi admonitus , actis pro nuntio gratiis , socio Sacerdoti totius vitæ noxas aperuit , Iacrumque Viaticum extra lectulum in gentia provolutus accepit , præmissis maximo pietatis sensu centurionis verbis : *Domine non sum dignus.* Eo erga Salutis suæ auctorem defunctus officio , ac paulò post famularium manus sublatus humo , ac lecto redditus , momento extinctus est. Indoluit funeri Princeps , multis commendans viri Zelum , atque animos tristandi peritiam ; quippe quam pluribus annis , quibus confessarii usus fuerat , habebat exploratam . Humatum est corporis in ambitu Templo Principalis , ipso Principe cum aula populoque funus profante ; qui ad diem usque tricelimum piaculare sacrum quotidie fieri se præsente curavit , ac bis largam inter pauperes distribui elemosynam jussit , quin & erecto epitaphio perennem pérque honorificam viri tam bene de se , ac Elvacensibus meriti voluit existare memoriariam.

Ad-

Admonet hæc Principis in virum benè meritum pietas, ut & nos velimus gratam ad posteros eorum existare memoriam, quorum erga se favores ac beneficia in relictis post se monumentis Majores commendarunt. Erat hos inter Ludovicus Renzius, Deggingensis Monasterij ordinis D. Benedicti Abbas, insigni virtute ac prudenter vir; qui religiosam disciplinam apud suos non tam vigili labore, quæm exemplo instauravit, confirmavitque. Nostrorum consiliis & obsequiis identidem ulti, ad Dilinganam Hieronymiani contubernij fabricam florenos obtulit quadringentos, eò suos studiorum causâ mittere semper solitus. Quem cùm hoc anno ad laborum coronam cœlum avocasset, evocatus à successore Jacobo Schöffelio Jacobus Bertholdus noster, præclara viri merita pro concione laudavit.

E Patronis
nostris
mortuus
Ludovicus
Renz Abbas
Degging-
ensis.

Alter laudatissimam vitam pari fine coronavit Hieronymus ex Equestri & perantiqua apud Suevos Rodtiorum familia Wettenhusani Canonorum Regularium Imperialis Collegij Præpositus, magnum sui Ordinis decus & columen. Disciplinam, quam electus in Præpositum penitus collapsi invenerat, animo adversus omnia, quæ obstabant, invicto restituit; eo successu, ut Wettenhusium deinceps in exemplum aliis proponeretur. Quin Henricus Augustanus Episcopus, de viri sapientia ac probitate certus, ubi de idoneo Asceteriorum Inspectore, morumque censore agebatur, eidem sere semper partes suas auctoritatémque commisit. Perlata Romanam usque celeberrimi Præfulis fama Clementem octavum Pontificem permovit, ut eum è Præpositis Wettenhusianis primum Pontificiā mitrā insigniret. Ipsum denique, quod annis triginta rexit, Collegium in sepulcrali lapide Restauratoris, ac secundi Fundatoris titulo cohonestavit. Vix alius frequentius nostram expetiuit, ac probavit operam, edebatque identidem nova propensi erga nos animi argumenta. Aedificium suprà memoratum & ipse quingenorum florenorum liberali subsidio promovit; cui hoc demum anno è vivis exempto, invitatus ab Religiosissimo Collegio Christophorus Hueterus noster in Wettenhusana Ecclesia panegyrin dixit.

Hieronymus à Rodt
Præpositus
Wettenhus-
sani.

Erat nimis in Suevia D. D. Abbatum erga Societatem nostram amor & studium singulare. Inde Convictum Dilingantum tantus implebat Religiosorum ex omni Ordine numerus, quos non tam imbuendos litteris, quæm in religiosæ perfectionis studio promovendos mittebant; jussos plerumque octiduanis B. P. N. Exercitiis excolere allatum domo spiritum. Præter Dilingæ jam presentes sex alij cù causâ illuc profecti sunt. Ex his illustre S. Galli Cœnobium, Zwifulda, Mons sanctus, Degginga singulos, Ochsenhusium binos misere. Unus è Reverendissimis Abbatibus nostrum ad se vocatum non ante dimisit; quæm & suos peccata confitebatur audiisset, & Ignatiana ascesi ad unum omnes excoluisse. Prior rem Conventui, quem ipse suadebat, præfecit, certumque confessarium, quo uterentur, constituit, cui nostrum Dilinga accersitum frequenter sublituebat.

Exercitiis
S. Ignatij
animum.
excolant
Religiosi.

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VII. Mmm Ia.

514. **Secularis
natus infer-** nibus intentum res planè inusitata è bono reddidit optimum. Is infernum contemplari cùm instituisset, dum corporis, ac in eo membrorum quæ timere omnium tormenta expendit, subit forrè animum: graviora singi- doctus. quæm essent. Ea cogitatione vix admissa per utrumque pedem grassari coepit acerbissimus dolor, ut nec loco se movere, nec surgere, nisi inclamato aliorum auxilio posset. Deseruit quidem dolor pedes; at non animum infelicitatis æternitatis memoria; quæ quæm viva inhæserit, testimonio sicut mutatio vitæ, ac præsertim creberrima peccatorum confessio.

§ 15.
P. Sebastianus Dietericus Oeconomus Provincie inspicere iustus. Denique ut proventum quoque religiosa administratio recte procederet, ex hoc ipso Ingolstadiensi Collegio, qui Oeconomiam administrabat, P. Sebastianus Dietericus, à Generali Aquaviva circumire Provinciam, ac inspecta cuiusque Domus re oeconomicas, quæ profutura viderentur, constituere jussus; id quod magno Provincie bono evenisse notatum est.



HISTORIÆ
PROVINCIÆ GERMANIÆ
SUPERIORIS,
SOCIETATIS JESU,
PARTIS TERTIÆ,
Decadis Septimæ Annus Sextus;

Seu
Christi M. DC. VI.

SYNOPSIS.

Collegij Dilingani fundatio stabilitur. Actorum ab Othone Cardinale usque ad Henricum Episcopum narratio. à n. 510. quorum beneficiâ nostri per annos 40. vixerint. à n. 522. Caufam Societatis cum Cathedrali Capitulo Augustano agere incipit Henricus Episcopus. à n. 531. varia obijciuntur. à n. 534. Littera Foundationis, quibus Collégium & Academia traditur Societati. à n. 540. uti & suo modo Convictus. n. 553. Oettinganam Sedem firmat Maximilianus Dux Bavaria. n. 558. Friburgi Templi fabrica barec. Constantia absolvitur. Oenipontana & Halenses res augentur. à 559. Augustana turbantur seditione Kissingenium rusticorum. à n. 563. in Algoja tumultuante instituuntur Missiones. à n. 571. uti & in Svevia, Franconia, Bavaria multo cum fructu. à n. 578. Capitur consilium Societas in Valliam introducenda. n. 586. Oeniponti immigratur in novum Gymnasium. à n. 587. Libri à Poncenio & Radero editi. n. 590. Sacris remedii, vires demonis superantur. à n. 594. Jacobi Gretseri lacrimationes. n. 596. Conversiones ad fidem Catholicam notabiliores. à n. 598. Episcoporum studia erga Societatem. à n. 610. Item Serenissimorum Bavariae

Ducum, & Leopoldi Archiducis Austria favores à n. 614. Aliorum quoque magni nominis Virorum. à n. 618. Baltasar Wurer Constantiensis Suffraganeus insignis Patronus Societatis. n. 620. Insignia beneficia S. P. N. & D. Bennonis, S. Sebastiani, &c. à n. 638. Andreæ duodennis parvuli Lebusiani vita & mors memorabilis. n. 645. Sodalium illustria pietatis Exempla. à n. 646. Exercitiorum S. P. N. egregij fructus. à n. 653. nostrorum funera, è quibus memorantur præcipue Jacobus Biruva, & P. Theodoricus Canisius. à n. 658. Sanctorum Machabaeorum Reliquie Landspergensi Templo donantur à Comite Hobenzollerana. n. 681.

Annus M. DC. VI.

516.
Rerum Di-
bingana-
rum post
annos 40.
tandem se-
biliarum
succincta
narratio.

Hoc tandem anno ; confirmata legitimè fundatione , plenè in Societatis jura Dilingana sedes concessit. Clara erant , & æstimari ex fructu poterant nostrorum merita ; quorum studio ac labore cœpta nuper Academia ad invidiām veterum , numero auditorum , eruditionis , ac disciplinæ famam florebat. Redibat suum nobilissimæ Dioceſi , quam hæresis & ignorantia deformaverant , decus ; sua Clero , jam scientiâ ac probitate celebri , reverentia. Mittebant suos Dilingam instituendos celeberrima totius Germaniæ Monasteria ; atque inde supplementa legabant. Prodiérant ex laudatissima illius Athenei disciplina restauratores Cœnobiorum Antistites , atque ipse ante omnes (quem Patrizz ac Dioceſeos bono divinitus datum cuncti fatebantur) Henricus Episcopus. Cūmque annum jam quadragesimum Societatis laboribus , eorumque lætissimo fructu omnis hominum ætas , atque status frueretur : instabilis adhuc & incerta coimoratio erat nulla certa possessione , precario teſto , stipēque viventibus. Placeret exempli minime obvii verbis referre ipsiusmet Henrici Episcopi , quæ litteris fundationis inseruit. Cūm narrasset , qua ratione Academiam nobis ejus Fundator Otho Cardinalis trādiderit , hæc inter alia subdit : Illique jam diu , & ultra quadraginta annorum spatium functionis suscep̄t , pio zelo , admirabili prudentia , & maxima diligentia præfuerint , magno ſanè cum fructu juventutis & Ecclesia , non ſolum in noſtra Dioceſi Auguſtana , ſed etiam apud alios vera pietatis amantes populos , ut qui liberos ſuos ru- des emiſſos , brevi temporis curriculo tam moribus , quam ſcien- tia meliores gratulabundi ex Universitate noſtra Dilingana re- ceperint : ubi tamen præfata Societatis Patribus hucusque de firma ſede in oppido noſtro Dilingano non fit proviſum. Hæc & plura in Societatis commendationem Fundationis litteræ . Nunc qua ratione tancam moram aliorum interpoſitio fecerit ; Principis in nosſtudium & amor ſuſtulerit ; ſuccincte & ordine dicendum.

Trans-

Translata solenni cum ceremonia ab Othono Cardinale in Societatem Academiz super creche, ac Hieronymiani Collegij jura suo loco narravimus. Nam translationem biennio post 1566. Cardinalis firmavit solemni Instrumento, ad Praepositum universitatis Societatis Generalis Franciscum Borgiam misso. Eius hanc erant capita.

Hab. P. 2.
Dec. 3. n.
1569. 1564.

„ II. Pollicetur Cardinalis redditus annuos trium millium floren-
rum, quibus novum se se Collegium alicet. Eum in finem confir-
mat cessionem mille & quadringentorum florenorum, provenientium
è summa capitali, quâ Republicæ Augustana, ac Memmingana
redemperant possessionem monasteriorum quorundam; quæ olim
illæ inter exortos ob Religionem tumultus invaserant. Nam annuum
illum censum in alendos Dilingæ publicos scientiarum Magistros
& quosdam alumnos Iulius III. Pontifex, & Carolus V. Cæsar vo-
lebant destinari. His de sua mensa florenos additum sex-
centos: reliquos mille, qui trium millium summam completerent,
daturum promisit; ubi primum immunita aliquantum fuisse, quæ
temporum iniuritate excreverat, debitorum moles. II. Donat
nobis, quod modo incolimus, ædificium Collegii, quod i. Augu-
sti anno 1565. cœptum, quarto post anno absolutum, Aprili mense
habitare cœpiimus. Nam hactenùs pro domicilio ædes fuerant
Collegio D. Hieronymi propriæ, & tunc quidem Academiz con-
tiguae; quarum nunc spatiū occupat amplius ædificium, quo
separauit à ceteris degunt Religiosi Convictores. III. Donat præ-
terea Domum Academicam, quæ tunc præter aulam complete-
batur Classium inferiorum, & dum numerus discentium minor erat,
etiam superiorum Facultatum auditoria; ita tamen, ut his usibus per-
petuò serviant. Nam locus, in quo primum supra Sacellum Maria-
num exstructæ sunt scholæ, anno deinde 1583. usurpari cœptus.
IV. Transcritbit Societati ædes Convictorum; ea tamen lege, ut per-
petuò serviant alumnis Episcopi, aliisque Convictoribus, juxta Insti-
tuti nostri normam informandis, educandisque. V. Spondet vel
ædificatur se Societati novum Templum, in quo Divina officia,
nostrorum ac alumnorum operâ ordinariè decantentur; aut numera-
turum eum in finem decem millia florenorum. VI. Pro alendis per-
sonis ad Collegium Hieronymiani obsequia, necessariis, ac conservan-
dis sartis teat, certos redditus pollicetur. VII. Jurisdictionem ci-
vilem ac criminalem, velut à nostro Instituto alienam, exerceri vult
à Gubernatore; cuius eligendi, & amovendi jus Societati permittit.
VIII. Dicto Gubernatori (quamvis quoad præfatam jurisdictionem
ab ipso ac futuris in Episcopatu Successoribus pendeat) gravissimam
esse vult Societatis autoritatem, atque consilium; nee quidquam
contra Rectoris voluntatem exequi. IX. Integra manet Societati
potestas castigandi immorigeros, aut, si videbitur, è scholis ejcien-
di. X. Bedellum & sententiae exequendæ ministrum eligendi jus
penès Societatem esto. Illius, quem elegerit partes erunt: Judici-
scu Gubernatori in scholasticis puniendis, in carcerem conjiciendis,
aut extra oppidum pellendis servire, ac præsto esse. Hæc summa
eorum, quæ tabulis à se signatis comprehensa Generalis Borgia pro-
baverat.

^{518.} Vicissim profitebatur Societas: fuscipere se tam Academizæ, quam Collegij Convictorum curam, atque administrationem. Cùm primâ de anno trium millium florenorum proventu satis cautum fuisset; aliterat se de suis duos Professores Theologos, S. Scripturæ: unum, alterum scholasticæ Theologiæ; Philosophiæ ternos, Logicæ: nimirum, Physicæ, ac Metaphysicæ; quatuor qui litteras docerent Humaniores. His Lectionem unam Hebraicam, Græcam alteram adjectum iri. Hanc obligationem tum fore, cùm certi & expediti trium millium reditus essent; nec diutiis, quam isti fluenter, duraturam.

^{519.} His Cardinalem inter ac Borgiam actis robur addere debebat Capitulum Cathedralis Capituli Augustani consensus. Nec petere Cardinalis omiserat; sed, cùm pauci faverent, nullo exitu protracta deliberatio, &, Othonie post biennium Romam profecto, prorsus omissa. Illo dein post quinquennium mortuo, cùm penes Canonicos regimen esset; inter primas adversæ partis, quæ numero vinciebat, curas fuit, etiam spem obtinendi unquam consensu präcidere. Nam, antequam novum electuri Episcopum in suffragia irent, Capitulationi, ut vocant, in quam jurare electus deberet, hæc, uti hic referuntur, inseruere: 1. Collegium S. Hieronymi maneat in statu prima fundationis (antequam scilicet Dilingam veniret Societas) nec transforatur in ullum certum Ordinem, quorumcumque hominum.

^{520.} Et stare promissis a Cardinali verantur sociæ. Rectores item ac Professores constituantur à Capitulo; nec retincentur diutiis quam visum fuerit eidem Capitulo. 2. Capitulum judices, an adiunctione Collegii Dilingani in totum, vel in partem sit necessarium; quod si aliqua pars videatur supervacanea, vendatur civibus. 3. Nulli ordinando assignetur mensa S. Hieronymi pro titulo. 4. Episcopus ex mensa Episcopali non possit augere stipendia Officialium, Rectorum, vel Professorum studij Dilingæ. Istud quidem animi, nullo nostro merito alieni, argumentum tunc non omnibus notum: hoc tamen in aperto, & publicum erat; quod cùm mille & quadringentes florenos, Pontifice ac Cæsare approbantibus, in Societatem translatos stato tempore numerarent; apochæ tamen nec nomine Rectoris subscribi, nec Societatis sigillum imprimi patiebantur: solus qui Convictum regebat, scripto testari jubebatur, censum annum pro Universitatis Professoribus ritè persolurum accepisse; nulla Societas facta mentione.

^{521.} In nostra administrandi ratione nihil unquam improbatum. Interè ita nostri Dilingæ agebant, ut nihil improbare possent, qui maximè vellent. Nemo erat, qui in Academizæ, aut Hieronymiani Collegii administratione quidquam carperet, aut mutatum vellet; nemo qui Rectorum, Cancellarij, Professorum mutationi, ex Societatis legibus ad superiorum arbitrium factæ, se unquam opponeret. Semel tantum, quod impositus Academizæ fuisset Rector natione Italus, ægrè id ferre viuis Marquardus Episcopus; quod cùm superiores advertisset, petente nemine, amoto Italo Germanum subrogarunt. Non possumus non sapientiæ, virtuti, prudentiæ Majorum nostrorum gratam rependere memoriam; quorum labore

ac meritis per annos quadraginta tam secundum tot inter adversa-
res nostræ cursum tenuere. Laudandus certè animus laborum:
unæ, & penuria patiens: quando non eadem angorum omnium fa-
cies; & res domi persæpè angusta premebat.

Evidem justum ex Truchsessij morte macorem absteruisse vi-
sum est cœlum, cum, in Augstanæ Ecclesiaz solio in defuncti lo-
cum substituit Joannem Egolphum à Knöringen, aperto etiam stu-
dio reg nostras complexum: qui præter mille & quadragesimos flore-
nos, quos suprà meminimus, sexcentos annuos de mensa Episco-
pi dedit. At biennale tantum hoc domesticæ paupertatis leva-
menum fuit: nec enim longius vitam & regimen produxit, quarta
Junij Dilingæ, ante solennem inaugurationem defunctus, post
quam diu cum pluribus morbis, nec satis cognitis inquietatus fuerat.
Suspicio quidem invaluit, non absisse beneficium, ex infasto no-
xiæ manus contactu profectum; cum in ipso Dilingam adventu No-
socomij inquiline, extra ædes ordine stantibus, manum promiscue
osculandam porrigeret.

122.
Joannes E-
golphus
Episcopus
nobilis fa-
vens, super
biennium
mortuus.

Secutus Egolphum Julio mense Marquardus de Berg, de il-
lo sexcentorum florenorum subsidio, ab Othono & Egolpho Episco-
pis dato, interpellatus, negavit, se posse, ob Episcopatu-
m ære alieno gravatum. Commodum accidit, ut in
Comitiis Ratisbonensibus, anno proximo celebratis, inter com-
plures nostrorum, à variis Principibus adductos, Petrus Canisius
esset; cui & nota erat sociorum Dilingæ indigentia, & magna simul
apud Cardinalem Moronum Legatum Pontificis, ac Delphinum ex-
tra ordinem Nuntium auctoritas. Expositis apud utrumque rei
nostræ familiaris angustiis, haud magno labore obtinuit, à primo
quidem; ut trecentos florenos, dum viveret, daturum se ipse pro-
mitteret; ab altero, ut Marquardum Episcopum ad trecentos item
annuos Dilingæ solvendos inflesteret. Mortuo Morono trecentos
illos se missurum recepit Gregorius XIII. Pontifex, verus ille Socie-
tatis nostræ, ac Germanæ Pater, Hoc etiam è vivis sublato,
vivendum fuit ex Divinæ Providentiaz penu, largam nonnunquam
eleemosynam impertientibus amicis; quorum superiorum anno,
tantum frumenti adjecit, quantum nostris in Collegio alendis suffice-
ret; saccos * nempe tritici triginta duos; siliginis totidem.

123.
Negat, que
ille dede-
rat, Succe-
sor Mar-
quardus.

Populatio
Nuntio
Delphino
rogante dat
300. an-
nos flo-
renos.
Totidem
Cardinalis
Moronus.

Ego mor-
tue Gregorii
XIII.

524.
Fit extre-
mis vix
annis libe-
rator erga
nos Episco-
pus.

* Walter

525.
Wolfgan-
gus Casper
rus ab
Horck-
haim sensus
ex salinis
Halaebus
donat ex
summa
3000. flo-
renorum.
Huic sum-
ma à nobis
additū 300,
Gregorii.

Anno 1586, Wolfgangus Casparus ab Horckheim Hauzheimensis
arcis ac pagi Dominus, summam donavit triplum millium florenorum; quā
censum annum ex salinis Halensi bus pendendū emerat à Ferdinando
Archiduce; hujus tamen percipiendi jure, dum viveret, sibi reten-
to. Addidimus nos, quos frugalitas comparserat, florenos tre-
centos; ut census esset florenis quindecim auctior. Tertio post
anno, scilicet octogesimo nono, Celsissimus Princeps ac Præpositus
Elyacensis Wolfgangus ab Hausen, nostris frequenter Missionariis

usus, eleemosynæ nomine ducentos quotannis florenos submittere cœpit. Quo post annum ad Insulas Ratisbonenses evocato, & affectum in Patres Dilinganos & liberalitatem continuavit electus in Principem Joannes Christophorus à Westerstetten; cuius erga Societatem amoris ac munificentia immortale monumentum est Eystettense Collegium, quod illo cum Episcopatum adiisset, auctore sursum exire.

136.
Wolfgan-
gus ab
Haufen El-
vaceus
Præpositus
eleemosy-
nam annua-
m dat
200. floro-
rum.

137.
Et post
eum Joan.
Christo-
phorus à
Westerste-
ten.

138.
Joannes
Otto à
Gemmin-
gen Angu-
stianus Epi-
scopus sex-
centos flo-
renos ad-
dit.

139.
Ex omnia
care pergit
Successor
Henricus.

140.
Cenius
empti à
Monasterii
Utterpura-
no & Ursi-
ensi.

Anno seculi nonagesimo primo, Marquardo Episcopo vita summo Canonicorum suffragiis Successor datus Joannes Otto à Gemmingen, adeò nihil de iis, quæ antecessor largiebatur, detractum voluit; ut florenos potius lexcentos addiderit. Verum & quæ parum de his, atque aliis causam erat; neque redditus appellari, sed eleemosyna, poterant, quam dare, an subtrahere vellet, penes Principem erat. Septennio frui datum: cum Gemmingum quoque mors sustulit, die sexta Octobris Dilingæ mortuum. Nutabant ergo iterum domi incertæ res, tales futuræ, quales esse successor sineret.

Placuit cœlo remunerari longam Societatis, tot labores, ne victu quidem, aut domo certa, tolerantis, patientiam. Novembri mense, postquam triduum integrum discordaverant Canonicorum in diversa euntium vota; compromittere placuit. Ita electus ingenti Religionis, Patriæ, & nostro bono in Episcopum fuit Henricus à Knöringen; quem cum incredibili gaudio primum, quem ab ipsis litterarum rudimentis in suo sinu educaverat, Principem ac Dominum Dilinga salutavit. Is rata statim omnia habuit, quæ vel frumentaria, vel pecunaria œconomiaæ subsidia Marquardus & Joannes Otto Episcopi dederant. Ita, accendentibus amicorum auxiliis factum, ut intra biennium bis mille floreni in manibus essent, quorum parte dimidia census ab Utterpurano, parte altera ab Ursinensi Monasterii emptus est. Factum id anno post millesimum sexcentesimum primo, quo de Principis, rebus nostris impensè faventis, benevolentia certi, instare cœpimus; ut stabilitate tandem Dilingæ Societatem curaret, quæ se tam longo tot annorum experiente probasset.

141.
Confirmatio-
nem no-
stri apud
Principem
urgens.

Benè semper sperare jussis, quadriennium abiit; nec præter verba quidquam impetratum: sive temporum ratio alii negotiis diverteret Principem; sive præparandi fuerint Canonicorum animi, ut fieri ab Henrico sinerent, quod ne facerent, omnes ab Ottone Cardinali Episcopos juramento adstrinxerant. Tutum erat, apertioribus studiis apud eum Principem urgere negotium, qui præsens vitæ ac laborum inspecto vehementer libi nostra probari haud dubiis argumentis ostendebat. Igitur anno superiore oblato libello Rector modesto simul ac serio questu exposuit; quæ non è dignitate Principis ac Capituli esset, nec peti ab Ordine religioso posset: Viros bono publico deditos, tot promissis evocatos, pactis initis, tradita etiam publicè Academia, sede, ac civitate donatos, tot annorum fide & obsequio cognitos, instabiles adhuc & futuri incertos pendere, tabulis nullo eorum, ad quos pertineret, assensu firmatus. Societatem

tatem quidem spes suas omnes in Principis gratia, æquitate, sapientia habere reposita; quem supplicibus hisce litteris ea, quæ par esset, submissione supplex oraret; ut justissimam Dilingani sui Collegii causam cum Reverendissimo Canonicorum Cathedralium Collegio tractandam, finiendamque suscipere; quod unus cum auctoritate posset, & cum insigni Numinis, atque optimi olim Cardinalis honore facturus esset. Grata habuit Praeful supplicantum vota; atque Augustam profectus, collectis ad calendas Novembris in pre-emptorio conventu Canonicis, negotium eo successu commenda-vit, ut exemplo nominaverint, qui Dilingam profecti communis nomine rem cum nostris transfigerent.

Itaque proximo Decembri post Natalitia festa Dilingæ compa-
ruere viri Nobilitate, doctrina, ac rerum usu probati: Hieronymus Princeps
Stor ab Ostrach Decanus, Christophorus Kellnerus Doctor &
futimus Cuios, Christophorus ab Ow, Philippus ab Adelzhausen apud cathé-
dralē Capie-
tūlum.
Eyfletensis Decanus; ac collatis inter se, & cum Episcopo consiliis
pridie calendas Januarii ad Collegium alegarunt, qui Rosphio
Provinciali, tum præsenti, scriptam traderent, in quam conveni-
sent, sententiam, cujus hæc tum capita legebantur:
I. Placere E-
piscopo, & Capitulo, ut stabilem Dilingæ sedem Societas habeat:
paratos proin esse, ad tradendum nobis jure perpetuo id, quod mo-
do incoleremus, Collegium. II. In redditus annuos assignari mille
flere nos, eosque fore perpetuos; quāvis fortassis successu tempo-
ris Academia transferatur in alios. III. Auctos velle hos redditus aliis;
iis nempe, quos haecen Universitatis nomine perceptos, etiam in
posterum concederent; subtrahendos tamen, si alii aliquando in A-
cademiæ administrationem succederent. IV. Academiam, ejus-
que regimen mutandi potestatem semper liberam penes Episcopum possunt,
ac Capitulum fore. V. Curam convictorum Collegii Hieronymi-
ani nobis, dum aliter visum esset, relinqui: paratos tamen esse nos
oportere, ad reddendas, cum poscentur, administrationis nostræ;
acceptique & expensi rationes.

Eadem adhuc die responsum à Provinciali scripto missum ostendit: quantum eæ conditiones, veluti hominibus nec accersitis, nec exploratis positz, à Societatis merito & expectatione abluderent. Eas utique tales non esse, quæ mitti à se Romam ad Generalem possint; cum iis sine dubio, quas Otto Cardinalis ad Borgiam olim miserat, comparaturum. Rector ipse cum Episcopo, ac Decano coram agens facile efficit, ut agnoscerent, à Societate sine damno ac dedecore admitti non posse. Postridie, ipsis Januarij Calendis Reverendissimus Decanus ingressus Collegium, ignosci à Provinciali, ac Rectore petiit, quod cum hoc pridie durius, quæ factum nunc vellet, egerit, ardorem excusans. Operam se omnino daturum, ut liberalius, & pro meritis cum Societate agatur. Optus eum in finem videri, ut prolixiore scripto declareret, quid concedi sibi ab Episcopo, & Capitulo peteret. Factum id statim à nostris, & oblatus, qui preces continebat, libellus: quo comiter accepto, discessum est; spesque iterum in proximum Canonicorum conventum dilatæ.

Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. Octo

§36.
Maxima
difficulis
circa Aca-
demia
translatio-
nem in So-
cietatem.

Expectatus eum in finem mensis Junius ; quo profectus Augustam Episcopus eā sapientiā & constantiā rem gessit ; ut tandem perfecerit. Nec caruit difficultate negotium ; cuius capita magna contentionē , etiam à non infensis , agitata , ea , quæ nihil rebus detrahat , brevitate perstringimus. Primum , quod nixi tabulis ab Othonē confectis petebamus , erat : ut Academiæ , cum pleno jure illam administrandi regendique , palam ac in perpetuum facta traditio , firma eorum consensu , atque inconcussa maneret. Tanto id obnitentium fermè omnium ardore , atque consensu negatum ; ut animum mutaturos amici diffiderent. Integralē sibi servatam volebat Capitulum Academiam pro arbitrio administrandi , mutandi , transferendi potestatem. Favere sibi ajebant Bullam Julij III. quā Academiam confirmabat. Nec defuere , qui dicerent , se haud dubia religione vetari. Cūm enim juramento se omnes obstrinxerint , nunquam passuros jura Episcopatus imminui ; salva ejus vinculi sanctitate à nullo posse concedi , tantum potestatis subtraētum Episcopo in Societatem , aut alios quoscumque transferri. Atque horum dux erat ipsemet Decanus , (ut cetera nostri amans pro stabilienda Diligētæ Societate plurimū laboraret) qui sic eo arguento inductus obfirmaverat animum , ut palam ediceret : si omnes consentirent , se unum consentire nec velle , nec posse : cuperéque hanc suam sententiam , ut posteris constet , in protocolum referri. Hæc viri , de cuius scientia & æquitate magna omnium erat existimatio , tam obfirmatè obnitentis sententia tantum in ipsum quoque Episcopum valuit , ut & ille adhuc pridie , quām facienda decisio esset , acriter nobis adversari , ac Bullæ præsertim verba opponere cœperit. At clare nostri ostendere , eam disertis verbis Othoni potestate in facere , Academiæ administrandæ jura in alios etiam perpetuò transferendi : quod cūm , concessa sibi legitima potestate usus , solenni ritu , opponente se nemine , confessio etiam translatæ in perpetuum potestatis Instrumento fecisset , id unum nunc peti ; non , ut nova ullius juris translatio fieret ; sed , quod ille suo jure usus egisset , id auctoritate sua Cathedrale Capitulum firum ac ratum vellet. Eo responso ita Episcopo , totique Collegio est satisfactum ; ut missa , quam mordicūs tenuerant , opinione , mutaverint animos : quod nos quidem in acceptis referendum duximus clementiæ Numinis , quain ea die , quā finiendum erat tam grave simul & anceps negotium , ardenter nostri Diligētæ , Augustæ , Landspergæ imploraverant , precibus & sacrificiis eum in finem oblati.

§37.
Elininatur
clausula,
tonum e-
verens ne-
gotium:

Cūm miro Canoniorum in vota nostra consensu in portu esset negotium , minùs minimo absfuit , quin quatuor verba , clausulæ Instrumenti inserta , conatus omnes pessundarent. Cūm enim de principali puncto , confirmanda nimirum Academiæ in Societatem translatione , per Othonem olim Cardinalem facta , ad Capitulum Decanus referret ; simul , nondum omnino deposita , quæ animo profunde insederat , sententiā , cūm primus suffragiū ferret , adjunxit ; posse nobis plenum Academiæ regimen in perpetuum concedi , ad ea conditione , si nos bene geramus : & soluto Capitulo , ut ea verba Instrumento insereret , scribz mandavit. Ea res amicos ad-

ver-

vertit; quorum unus clām Collegij Rectorem admonuit; qui mox alio nomine Decanum conveniens, deflexo ad causam Dilinganam sermone, ex illo id, quod adjectum vellet, elicuit. Negavit continuo Rector, ratam haberi à Societate transactionem posse, cum ea clausula; quæ & Ordini nostro parum honorifica esset, & male volorum, qui nunquam desint, machinationibus obnoxia. Eā enim nōs æquè, ac antè instabiles, cuivis exagitandos obijci, cui aliquid in Academiæ gubernatione, velut minus bene gestum, cavillari luberet. Non aliud occurrebat, quod Decanus tam justè querenti opponeret; quam ut culpam in Episcopum (sed immitterentem, & ignarum) conferret; sine cūjus assensu, eas voces omitti non liceret. Credere simulavit noster, atque, in Societatis gratiam suaderet Episcopo, ut omittentur, rogavit. Cūm negare honestè non posset, suafrui promisit; acciditque percommode, ut dum ambo de illa vocatione tam noxiarum omissione contenderent, ille in aulam ad Episcopum evocaretur. Atque ita factum, ut omittentur fatalis illa, & totum negotium eversura conditio; quam ut eliminaret, tanto majorilibate Rector instituit, quod ex amicorum relatione certo recessisset, de illa concessioni addenda majorem Canonicorum partem in suffragando nullam fecisse mentionem:

538.
De exemptione Academiæ & Convictus Ministerum dilectionis.

De Convictorum deinde Collegio suscepta tractatio. Nec in permittenda nobis illius cura discrepabant sententiae: in id tamen conspirarant, ut ad reddendas rei familiaris rationes adstringerent; quod semper à nobis, & diserte recusatum, cūm admitti non posse inteligerent, eo, quo haecenüs, modò regendum tradidere. Ad Officiales denique ac ministros ventum, ad Academiæ & Convictorum regimen & obsequia necessarios; atque an in privilegiorum Academiciorum communionem adscriberidi essent, deliberatum. Pars uria Canonicorum, nec concedenda promiscue omnia, nec neganda censebat: personas volebant exemptas; non opes, domos, aliaque bona, in levamentum publicæ necessitatis onerari solita; sive ut vocibus vulgatis titamur, *personalia* privilegia concedebant, *realia* negabant. Pars altera nullā parte imminutum volebat beneficium, ac inferendum publicis litteris, eos *reali* æquè ac *personaliter* exemptione gaudere. Priorum sententiam fulciebat iterum De. cani auctoritas; & nostrâ intererat, nièutram partem offendī. Unum in Episcopo, & certum præsidium erat, qui nōstrō rogatu mandavit, ut invisi *realium* ac *personalium* vocibus omissis, ij, qui aliquo vel in Academia, vel Convictu munere fungerentur, universim omnium Academicorum privilegiorum scriberentur participes. Patuit paucis post annis ejus providentia necessitas. Imminente enim ab acatholicis intestini belli periculo, non tantum civibus, sed aulico etiam famulitio arma imposita, cūmque iis vigilias agere, & in armilustrio comparere justi. Eadem apud Academiæ & Convictus ministros tentantibus opposita privilegia sunt; cūmque in ejusmodi casibus, quos *realibus* accensebat, exemptos Reverendissimus Decanus negasset; inspecto tamen, quod omnia sine limite privilegia concedebat, instrumento, quievit.

^{139.}
Etiam Col-
legio inten-
tantur one-
ra.

Rationes
non admit-
tendi.

Erant eodem tempore, qui à Collegio steuras, ut vocant, alia que belli nomine tributa exigerent; quod ab iis immunes non erant, quos alias à communibus oneribus eximeret obse- quium Principis, & in gravi Reip. necessitate nulla esset ullius exemptio. At negatum à nostris, quod petebatur, subsi- dium: primo, quod id expressè cautum esset in nupero Instrumento, Episcopo ac Capitulo consentientibus. Admissos propterea angu- stos trium millium annuorum redditus, quibus ampliores à nobis exigi merito potuisse, nemo negaverit, qui & cognitos haberet diversos nostrorum munerum labores, & personarum ad eos sustinendos ne- cessarium numerum. 2. Aulicorum privilegia auctorem habere Principem; penes quem dari, an auferri debeant, arbitrium sit atque potestas: nostra Pontificem ac Cælarem; quorum irritum redde- re beneficium Princeps nequeat. 3. A Consiliariis, Præfectisque, quod ampliora salary sint, minori damno tributa præstari. Ab iis florenos annuos quingentos, sexcentos, septingentos, & plures ac- cipi: cum quisque nostrum vix centum habeat, unde debeat suspen- tari. 4. In Augustana Rep. dimidiā partem Lutherana, Clerum omnem, Pontificum ac Cæsarum privilegio, vestigalium, ac tributorum immunem vivere: noxium ipsi Principi ac Capitulo exemplum fore, quo Dilingæ gravatos vellent, quos Pontificia ac Cælarea decreta liberos & exemptos, pronuntiarent. Vera & æqua respondere visis permisere privilegio frui, quod verbis tam disertis Litteræ fundationis expresserant. Eas aliorum Histo- riographorum exemplo hic integras damus.

HENRICUS

^{140.}
Litteræ
fundationis
Collegij Di-
lingani, &
tradite So-
cietati Aca-
demie.

DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopus
Augustanus &c.

Notum sit omnibus has præsentes Litteras
nostras lecluris & inspecturis.

„Cum Pastoralis officij nostri à Deo nobis injuncti debitū exposcat,
„& nos admoneat, ut ea, quæ à Prædecessoribus nostris præ-
„clarè instituta, piè ordinata, atque providè introducta sunt,
„quantum in nobis est, promoteamus; necnon sedulò curemus,
„nondum perfecta, si non in toto, ad desideratum saltem finem, &
„effeclum suum deducere:

„Adijcientes itaque animum ad Universitatem in Studij Generalis,
„sub invocatione S. Hieronymi, nostri oppidi Dilingani, à Prædeces-
„sore nostro felicis recordationis Reverendissimo atque Illu-
„strissimo Principe ac Domino Domino Cardinale Ottone Truchses
„de Waldburg, Episcopo Augustano, ad omnipotentis Dei Gloriam,
„Catholice fidei exaltationem, & hæresum extirpationem, atque
„animatorum salutem piissimè pariter, & laudatissimè eretam, ejus-
„démque cura & solicitudine tam à summo Pontifice Julio III.
„quam invictissimis Imperatoribus Carolo V, & Ferdinando con-
firmata.

„ firmatam, certisque privilegiis donatam, ut in moribus, & doctrinis salutaribus plebs, & juventus Christiana in ea informari posset;
 „ & perpendentes, quod hæc primitus quidem per diversos
 „ undequaque acceritos Doctores, ac Professores administrata
 „ fuerit; posteà vero præfatus D. Cardinalis, suis motus ra-
 „ tionibus, illam viris, Religioni, & docendæ juventuti in Catholica
 „ pietate, & eruditione totis deditis, qui de Societate Nominis JE-
 „ SU Salvatoris nostri appellati sunt, regendam & providendam
 „ commiserit, illique jam diu & ultra 40. annorum spatum functionis
 „ suscepit, pio Zelo, & admirabili prudentia, & maxima diligentia
 „ præfuerint, magno sanè cum fructu juventutis & Ecclesiæ, non so-
 „ lùm in nostra Dioceesi Augustana, sed etiam apud alios veræ pietatis
 „ amantes populos, & qui liberos suos rudes emissos brevi temporis
 „ curriculo tam moribüs, quam scientiâ meliores gratulabundi ex
 „ Universitatè nostra Dilingana receperint; ubi tamen præfatæ So-
 „ cietatis Patribus hucusque de firma sede in oppido nostro Dilingano
 „ non sic prospectum.

„ Certè nos merito exercuit solicitude, suasit æquitas, & postu-
 „ lavit à nobis præsentis temporis calamitosissimi ac periculosissimi,
 „ & rerum ita laudabiliter constitutarum conditio, ut tandem præfati
 „ D. Cardinalis tanquam primi Institutoris, qui præventus morte tum
 „ confensem Capituli super his habere, cum ob injuriam temporum
 „ negotium propositum ad destinatum finem plenè perducere non va-
 „ luit, pio desiderio & voto nos conformaremus, & quantum ino-
 „ dernus tam Ecclesiæ, quam Academiæ nostræ status concedit, Pa-
 „ tribus Societatis pro tantis sustentandis laboribus, & innumeris in
 „ populum Christianum, maximè vero subditos nostros collatis bene-
 „ ficiis, fundationem aliquam certam stabiliremus, præsertim quod
 „ hoc Ecclesiæ nostræ non tantum perutile, sed multò magis necef-
 „ sarium futurum sit, & nec præsenti calamitati ullo paratori, ma-
 „ gisque salubri remedio possit subveniri, quam tales viros pios, &
 „ in divinis Scripturis exercitatos fovere & conservare.

541.
Insigne de
Societatis
virtute ac
doctrina
testimo-
nium.

„ Quapropter coiunctum consilio cum Venerabilibus & ho-
 „ norabilibus Præposito, Decano, ac Capitulo Cathedralis Ecclesiæ
 „ nostræ Augustanæ, & illorum expresso consensu, & voluntate,
 „ primo domum, seu Collegium à præfato D. Cardinale pro Patronum
 „ habitatione construimus, & in quo illi haecopus commorati fuere,
 „ unâ cum horto, & Templo Beatæ Virginis adjunctorum: necnon do-
 „ mani illam Academicam, quæ ipsorum Collegio contigua est, ha-
 „ bētque prospectum in hortum illorum; in honorem DEI Omnipot-
 „ entis & ipsius SS. Ecclesiæ incrementum, totiusque populi
 „ Christiani salutem & commodum Societati Nominis JESU. Jure pro-
 „ prijs, & ab omnibus oneribus, steeris, aliisque exactionibus or-
 „ dinariis, & extraordinariis liberè imposterum possidendi, ibique
 „ regulis suis approbatis, & permanentibus, salvis exemptionibus, &
 „ privilegiis à Sede Apostolica eidem concessis vivendum, donamus
 „ & tradimus, atque pro hujus Collegij vera dotatione, & fundatio-
 „ ne, tam pro victu & amictu, atque aliis ad religiosam sustentatio-
 „ nem necessariis, quam servandis sarcis, tecis, & comparandis su-
 „ pellectilibus ultra illas reditus 1400. florinorum, quos præfatus D. Cat-
 Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. II. Dec. VII. Pp p dina-

542.
Traditur
habitu-
& assignan-
tur redi-
tus.

„dinalis ex concordia cum Augustanis & Memmingensibus, au-
 „ctoritate, consensu, & confirmatione Apostolica, & Imperiali ini-
 „ta (prout in actis de hac concordia conscriptis latius & expressius
 „habetur) Academiae, ac Universitati nostrae praedictae applicavit,
 „nec non aliorum 50. fl. à Cornelio Herlemio quondam præfatæ Aca-
 „demiae Gubernatore eidem testamento relictorum, quosque tene-
 „tur Episcopus Augustanus solvere propter emptionem à præfata
 „Academia, partim cum D. Cardinale, Prædecessore nostro, partim
 „nobiscum, & cum Capitulo nostræ Ecclesie Augustanæ factam
 „(prout in specialibus litteris diversis cum sigillis, D. Cardinalis, no-
 „stro, & Capituli præfati roboratis, de datis & annis 1554. & 1570.
 „in Festo S. Joannis Baptistæ, item anno 1571. 2. Ianuarii, & eo-
 „dem anno 25. Martij in Dominica Lætare, & 1606. 14. Junij latius
 „continetur) adhuc alias 1550. florenos in his jam dicto Capitulo Ec-
 „clesie nostræ manum auxiliatricem pro bona parte ex pio zelo
 „suo, præbente, & sic summatim 3000. fl. Rhenensium in moneta,
 „computato quolibet floreno 60. cruciferis; singulis annis, anga-
 „riatim, tam diu incunctanter, integrè, & sine ulla detractione per
 „certum nostrum officialem ad hoc à nobis, seu Successoribus no-
 „stris constitutum aut constituendum exsolvenda assignamus, ap-
 „plicamus, incorporamus, & appropriamus; donec illis redditus alii
 „æquivalentis valoris, & pretii, ex certis bonis stabilibus à nobis vel
 „Successoribus nostris fuerint deputati, traditi, & assignati; eo fi-
 „ne, ut congruentem suorum numerum in Academia nostra alere
 „possint, qui ratione Studii universalis juxta Institutum ipsorum non
 „solum litteras humaniores, linguas, artes, & Philosophiam, sed
 „Theologiam etiam, prout haec tenus, profiteantur, & doceant,
 „quo studiosi ad honores in Theologia & Philosophia summos con-
 „sequendos dignè promoveri possint.

343.
Promittitur
Templum, in
vel sumptus
in ejus aedi-
ficium.

„Potro quia nos non latet, Templum B. Virginis esse valde an-
 „gustum, ac proinde ad functiones, quas Societas ad proximi salu-
 „tis exercere solet, minus idoneum, pollicemur ideo, intra decenni-
 „um ipsis 5000. fl. Rhenenses in moneta daturos, vel pro hoc ampli-
 „ando, vel alio novo, nostro arbitrio, loco commodiori construē-
 „do.

344.
Traditur in
perpetuum
Societatis
cura Academias.

„Præterea confidentes de dictorum Soc. PP. industria, & pru-
 „dentia, & sincera fidelitate, ipsis Academiae nostræ regimenter & ad-
 „ministracionem nomine, vice, & auctoritate nostra demandatus,
 „& committimus perpetuo, secundum Societatis IESU institutum
 „& Regulas gubernandam, reservatoriam semper nobis & successoris
 „ribus nostris supremo jure, potestate, & jurisdictione privile-
 „gia ratione Academiae præfatis Pontifice, & Imperatoribus data,
 „& in Ecclesiam nostram in omnem perpetuitatem translata.

345.
Cum jure
constituens
di Cancel-
larium, Pro-
fessores, &
alios offi-
ciales Aca-
demiae &
Coivictus.

„Rector itaque Academiae nostræ sit aliquis de Societate IESU,
 „ille ipse primus, qui secundum leges, & consuetudinem ejus fuerit
 „designatus Rector Collegij, qui post nos primam in Academia au-
 „ctoritatem, universalem curam, vel superintendentiam, & guber-
 „nationem, quoad directionem in studiis, & moribus, nec non
 „etiam

„ etiam potestatem habeat juxta consuetudinem Societatis corrigendi scholasticos cunctos , & si quidem dyscoli , ac perturbatores aliorum essent, à scholis , & ipsa Universitate similes delinquentes ejiciendi : imò ubi expedire judicaverit , hujusmodi etiam ex civitate expellendos , ad ejus requisitionem illud Gubernator noster , mediantibus Ministris nostris exequatur.

„ Rector item Cancellarium Sacerdotem unum de Societate constitutus , qui ipsum juvet in promovendis Litterarum studijs , & nostro nomine & auctoritate Licentiam ad Doctoratus , & Magisterij , aliósque Gradus suscipiendos conferat.

„ Porrò reliquos officiales , & ministros omnes tam Academicos , quam in Convictu degentes recipere , & amovere poterit ; qui gaudebunt omnibus privilegiis Academicis , eruntque Rectoris potestati tam quoad disciplinam & directionem , quam quoad oeconomiam subjecti .

Quia verò PP. Societatis ob institutum suum , & tanquam religio-
si Jurisdictionem civilem , contentiosam , & criminalem non exer-
cere solent , ideo ex nostra perpetua commissione sit aliquis Guber-
nator nuncupatus , nostris , & nostrorum successorum expensis , vir
honoratus , gravis , prudens , Jurisperitus , unus ex nostris confi-
liariis , qui talem exerceat in omnes studiosos , & alios Academicos
ministros potestatem ; cuius Rector quidem habebit nominationem , &
præsentationem : nobis autem pro arbitrio nostro ejusdem amotione
reservata . Et hic cum primū Gubernatoris officium susceperit ,
tenebitur nobis vel successoribus nostris , præmissa fidei professio-
ne , Juramentum præstare , quod privilegia Academicæ tueri velit
pro viribus , & jurisdictionem sibi in studiosos commissam integrè
juxta privilegia Academicæ administrare . Rectori item honorem is ,
& reverentiam semper debitam exhibeat , atque , causis metè cri-
minalibus exceptis , alia negotia ad tribunal suum pertinentia , con-
silio ac præscitu Rectoris portaret .

Præterea pro fabrica præfatae Academicæ , & officialium Aca-
demicorum annuis salariis , distribuendis præmiis , faciendis Theatris
instituendis conœdiis , nec non aliis expensis , ultra 800. fl. , quos Jo-
annes Marius pro tempore Typographus Dilinganus Universitatì mo-
stræ debet ; & præfati P. P. ad libitum , salvo semper Capitali , uti
potent ; item multas studiosis impositas , aliosque proventus ex
dinarios & extraordinarios , à supradicto officiali nostro recipient
300. fl. Rhenensis monetæ annuatim , eosque pro discretione & ar-
bitrio suo in utilitatem Academicæ nostræ expondere .

Convictorium deinde nostrum tum pro Seminario Ecclesiastico Augstante , cum aliis Religiosis , Clericis & omnis statim secularibus institutum , cui jam alias præsunt , posthac etiam Seminari per habebunt nomine & auctoritate nostra regendum , gubernan-
dum , & providendum juxta suum institutum , tam quoad disciplinam
quam oeconomiam . Quod quidem convictorium ab omnibus
exactionibus tam ordinariis , quam extraordinariis , non habentur ,
liberum , & exemptum permaneat .

149.
Alia privi-
legia in
commo-
dum caco-
nomiae.

„ Ceterum ad rei familiaris commodiorem usum permittetur „ Societati tam pro suo Collegio, quam pro Convictu, ne sint obligati „ ad statarem communem civitatis Dilinganæ, sed propriam, confor- „ mem tamen ejusdem civitatis habere, sic etiam proprium lanione: n „ & pescatorem conducere eis liceat, qui tamen extra officium su- „ um in reliquis manent sub onere civico, & poterit quoque con- „ victorij lanio pecora pro Collegii usu comparata ad communia pa- „ scua mittere.

„ A præfatis itaque PP. Societatis magnopere efflagitamus, ac „ volumus, ut pro ea fiducia, quam in ipsis ponimus, diligenter „ operam dent, ut hæc fundatio, & ordinatio nostra futuris tempo- „ ribus salva semper permanere possit. Et Deus ter Opt. Max: in „ cuius honorem præcisè hæc omnia instituta sunt, pro sua immensa „ bonitate hanc fundationem, & ordinationem illæsam conservare „ dignetur. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonii- „ um præsentes has litteras fieri, & nostro sigillo communiri curavi- „ mus. Et nos Vitus Baro à Rechberg de Hochen-Rechberg „ Præpositus, Joannes Hieronymus Stor ab Ostrach Decanus, to- „ tumque Capitulum Cathedralis Ecclesiae Augustensis, in fidem & „ signum expressi & legitimi nostri consensûs, voluntatis, & ratiha- „ bitionis, quo ad omnia & singula, his litteris etiam nostrum sigillum „ appendi curavimus. Acta sunt hæc 14. die Mensis Junii, anno post „ Christum natum millesimo sexcentesimo sexto.

Henricus Episcopus. Auscultaræ in Capitulo.
Augustanus. Sebastianus Breüning Suffraganeus,
& Canonicus.

150.
Pecunie ex
fundatione
debite per
Guberna-
torem Aca-
demie cu-
merantur.

151.
Trecento-
rum flore-
norum lo-
co datur
frumentum.

152.
Dimitten-
di ab Aca-
demia dy-
scolos du-
plex mo-
dus, cum
& sine in-
famia.

Ita finiuit longum, & molestum annorum quadraginta negoti- um, suamque stationem Societas iisdem, quibus orbem Romani, me- dius tenuit, consilio, & patientia. Pauca tamen, ut plena rerum no- titia sit, notanda supersunt. Tribus florenorum Rhenenium mil- libus definiuntur anni reditus, quorum quartam partem, angariis singulis numeret, quem è suis officialibus Episcopus vel Capitulum nominarit. Id moneris deinceps Academie Gubernatori imposi- tum; qui tamen præstitutis temporibus non nisi septingentos ac vi- ginti florenos tradit, detractis semper florenis triginta, universum cen- tum ac viginti, quorum loco triginta duo sacci tritici, ac totidem si- liginis ex horreo Episcopi dantur.

Alterum ad Academias regimen spectat, & exeroendam ani- madvertendi in dyscolos, & exilio quoque multandi potestatem. Duplex est modus, quem in amandandis, turbulentis ac noxiis ser- vare hæc Academia consuevit. Milder unus, quo extra judicium procedere more scholastico solet, cum delictum non adeo infame ac publicum est. Tunc enim, cum adversus alias peccata quis contumax, aut noxiis moribus est, Rector accitis consultoribus suis, Studiorum Praefecto, aut si quos è Professoribus audiendos judica- verit, audita, cuiusque sententiâ reum amandari ab Academia

præstet, decernit. Eam sententiam vel scholarum Præfectorus, vel Bedellus Rectoris nomine reo indicat, tempisque migrationi præfigit, quod triduo plerunque definiri consuevit. Interdum ubi videatur ad disciplinæ bonum factura major severitas, Mandatum affigitur, quo Rectoris, Cancellarii, ac Professorum auctoritate, Academia & urbe reus exesse jubetur. Attendi tamen solet, ne adhibeatur *relegationis* vocabulum, quod in jure usitatum inducere infamiam posset. Alter ejectionis modus severior est, formamque Iudicij habet, cum ea est delicti ratio, quod grave & infame mitiorem poenam modum excludat. Tum enim, ubi ita visum Rectori fuerit, Gubernator decernit exilium, reoque affixo publicè mandato migrationem indicit, accum infamia relegat.

Denique & id visum est monere Lectorem. Cūm in litteris Fundationis ea verba occurunt: *Convictorum etiam posthac semper babebunt, nomine & auctoritate nostra regendum.* Id neutquam cō animo vel prolatum, vel acceptum fuisse; ut vel hujus Collegij Societati sit facta traditio, vel sublata administrationis deponendæ libertas: sed, quam diu ejus curam habituri simus, nomine & auctoritate Episcopi habituros; ita, ut hujus Domus neutquam sit eadem, quæ Academiz & Collegij nostri conditio; quæ Societatis sunt propria.

Inter ejus parietes se hoc etiam anno flos Academiz continxit, Floret in triceni numero, supra ducentos; atque hos inter ex variis Germaniaz numero do asceteriis religiosi centum. Tricenos supra leptingentos auditores bilium & Academia censuit, quos inter multa Nobilitas, & novum hoc anno decus, Illustrissimus Princeps Joannes Albertus Radzivilius Lithuanus, 100. Re Olivæ & Niesswisijs Dux, eorum, qui Augustœ degebant, trium Radziviliorum Patriuelis. Adolescens annorum sexdecim, familiam aluit duodecim personarum, quam regebat aulæ Præfectorus Petrus Zalenskius, multæ experientæ vir; cui in promovendo Principis litterario profectu Magister unus Praunipergensis accessit. In conduitis ære suo ædibus, pro opulentia fama liberaliter vivens, audire Magistrum Humanitatis Jeremiam Drexelium coepit, qui, cūm multis post annis eruditissimos suos piissimosque in lucem libellos ederet, Radzivilius suum uni adoptavit Patronum. Academiz porrò novus iterum Gubernator hoc anno datus; redeunte ad munus Cancellarij aulæ Constantiensis Leonardo Gözio. Suffectus in hujus locum Matthæus Wannerus, Consiliarius tum Celsissimi Augustani Episcopi, ac post biennium Cancellerus; vir rerum nostrarum studiosissimus, & gratam sui memoriam meritus. Jacobus quoque Franciscus noster, Philosophiaz triennium magna doctrinæ laude emensus, hinc ire in Lotharingiam jussus est, alterumque triennium Mussiponu Aristotelem explicare.

Nec deerant Mecœnates, qui labores pro numero personarum multos sanè ac magnos munificentia solabantur. Henricus E-piscopus, S. Galli Princeps, Salemitanus ac Zwifeldensis Abbates, ac Curiones nonnulli penum ferè ac cellam sustentabant. Faciebant Hister, Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Qqq id

id tanto dubentiores, quod confici essent domesticæ egestatis, neendum perfecto, cuius anceps erat exitus, fundationis negotio.

¶ 8. *Oettingen* Haud minores inter domesticæ ræ angustias Oettingæ in Bavaria à primo nostrorum adventu annus jam quintus decimus ibat. Intra quod tempus religio in DEI Matrem, quæ multum defeccerat, ita refloruit; ut jam ægræ laboribus sufficerent operarij. Ab his quanti per omnem inferiorem Bavariam, & Austriæ confinia suscepti labores, quanto ubique operæ pretio, suo loco & ordine compendio dedimus. Nondum tamen res nostræ firmo pede nitebantur: nec de sede, nec de victu perpetuo tillis litteris cautum erat. Hoc demum anno Maximilianus Bavariæ Dux publico Instrumento stabilem esse sedem jussit, & certos in alimeta reditus imperavit. Auxit Fraternum beneficium Serenissimi Ferdinandi Colonensis liberalitas, quâ suo sumptu aquam pereanem in Domus nostræ atrium induxit, quam nos in hortum & culinam divisimus, magno commodo rei familiaris. In viciniam deinceps venando detatus epulum præbuit; Sacellum vero nostrum locupletavit hicrothecis nobili opere factis quibus Martirum Thebeorum ossa inclusit. Geminus alias Decanus Maticovensis ex voto dedit: quadringentos florenos testamento unus; alios ducentos ad olei in Templo usum legavit.

¶ 9. *Triburgensis* Optanda & Friburgensisibus nostris erat munifica manus, quæ cœptum ædificium in altum tolleret. Lentis augmentis surgebat templi fabrica, quæ anno superiore ad fenestrarum pedes eluctata, isto non ultra earum arcus ascendit. Numini deerant; quos nec domesticum ærarium suppeditabat, nec eleemosyna ab amicis oblata; quæ tota non nisi sexcentorum coronatorum summam implevit. Centenos Heidi Tribuni vidua, ducentos ac sexaginta sex Ludovicus Cau-martius Regis Galliæ Legatus contulerant. Cui cum uxore adven-tanti Scenam instruxere discipuli singulari cum laude spectatam, cui titulum fecere: *Humana vita spectaculum*.

¶ 10. *Constantiense absolvitor ex collata sibi pe 17000. Florentum.* At vero Constantiæ Templi fabrica nuper cœpta cum omnium admiratione ad tecum perducta est, ope duntaxat collatitez stipis, quam quo studio & affectu summi infimique contulerint, ipsa summa argumento esse potest, quæ ad Septendecim millia florenorum excrevit. Absolvendo fabricæ testo quadraginta millia tegularum trecentorum florenorum pretio æstimata Magistratus concessit. Auditum quoque ad publicos carceres, nostris haec tenus inaccessos, aperuit, & contra nonnullorum injurias, jam planè aliis, quam olim fuerat, acerrimè defendit. E Collegio vero nuper eretto primus hoc anno solennem quatuor votorum professionem emisit. P. Michaël Lederius, sacrum faciente Praeposito Provinciali Roseffio. Professurus cum ex more Societatis publicè stipem in urbe colligeret, ci- ves primùm obstupecere visi: explicatum dein è cathedra Ordinis nostri morem ac institutum summanopere approbabunt. Templum ipsum è fundamentis recens edictum cum usui nondum esset, in arcis Episcopalis Sacello DD. Apostolorum Petri & Pauli memorie sacro Lederij vota Provincialis accepit.

Dum

Dum Constantiae paupertati nostrae collata undique stipe succurritur, Oeniponti res nostras confirmandas suscepit Ferdinandus Archidux, Caroli Graecensis filius, Ferdinandi I. Imperatoris, qui primus Oeniponti Societatem collocaverat, Nepos. Nemo ignorabat, angustos, qui quot annis proveniebant, reditus neutquam in personarum, quas alebamus, alimenta sufficere. Id maximè Principibus cognitum; quorum quidem munificentia missis identidem subsidiis occurrebat inopiae: sed arbitraria hæc, & incerta auxilia erant, & cum Archiducum Oeniponte dilcessu desitura. Movit ea res Ferdinandum, ut, quæ avus Imperator cœperat, ipse, quantum tunc quidem licebat, stabiliret. Igitur ex hereditate Moldavica decem & octo millia florenorum transcriptis Collegio, dignissimus utique ob regiam hanc munificentiam, quem proximum ab Augustissimo Avo Sedes Oenipontana æternâ memoriâ celebret. Templo vestem geminam auro argentoque fulgentem Oenipontanus Archidux Maximilianus donavit.

Apud eosdem Archiduces pro Halensis Collegij commendis non sollicitè magis, quam potenter egit Serenissimus Guilielmus Bavariæ Dux; qui hoc anno in Tirolim profectus Halæ nostrum hospitium, quantumvis tenue, aliis omnibus præstulit, adeò religioso noctitorum contentus obsequio, ut, quocumque concederet, semper ex iis aliquos secum ire juberet. Et licet regij Parthenonis Templum ab ornamentorum pompa, officiorum divinorum majestate, Musicæ præstantia esset longè instructissimum: maluit tamen in sacello nostro pro Domûs paupertate ornato rei Divinae adesse, atque è nostri Sacerdotis manu sacram Synaxin accipere. Cumque pridem perspectum haberet tenues, nec satis adhuc firmas esse etiam huius Collegij res, ipse causam nostram, non secùs ac suam cum Austriacis Principibus agendum suscepit. Atque hoc quidem anno Oeniponti cum Maximiliano Archiduce præsens potenti suadâ; & absens postea per litteras, cum eodem ceterisque Augustæ Domûs capitibus tanto studio egit, ut peregerit tandem; quod proximi anni, ad quem pertinet, historia referet. Ab ipsis Collegis, oblatis amicorum liberalitate quinquaginta florenis, exstruetum in prædio suburbano horreum, ad iuvantibus strenue incolis accolisque, qui vecturas plus quam consum gratias præstiteræ.

Verum dum Tirolenses spontaneis erga nos obsequiis certant, etiam debita obstinate negare incipiebant Augustano Collegio Kissingersubditi; quos haud magni momentires, canente classicum turbulentio rusticum, in apertam seditionem agit. Salicetum plantare ex amore & lege Regionis meditabatur P. Joannes Völckius Procurator Collegij, locumque in superiori pagi regione delegerat, ihaud procurul à Templo; in quo, ut scobes foderentur, per pagi apparitorem mandavit. Offendit ea res ferocem rusticum Joannem Schaurer, audaci ingenio hominem, & pravâ ad concitandum vulgus eloquentiâ. Is septimâ & vigêsimâ Martij (secunda erat Paschatis feria) Commune Kissinganorum in orchestram citat, avidoque citationis causam audire populo, pessima fide proponit Procuratoris mandatum: cum, no-

vis semper imperii gravem, nunc salicetum moliri, quod nullo cū-
jusquam fructu solum subtraheret. Fossonem imperari, quæ à fa-
miliæ curâ abstractis pro necessariis inutilem, aut noxiū quoque la-
borem injiceret. Satis esse onerum; quibus semper novis unius
hominis fævitia premerentur. Nihil agi patientiâ; quâ non miti-
gari dominorum duritiem, sed firmari augerique, experimenta doce-
rent. Recusandum animosè videri, quod nunc imperetur, obse-
quium; & novi oneris occasione, etiam veterum diminutionem quæ-
rendam. Cùm secundis auribus accipi à plerisque sua dicta vide-
ret; consensu elatus, secedere à Communi jussit, qui stare à nostris
partibus vellent. Soli deinde seditiosi, numero exultantes, tumul-
tuaria suffragatione deligunt, qui omnium nomine causam, ut voca-
bant, communem agant. Hi Augustam profecti, Notarium con-
ducunt; cùmque hæreticum, quem poterant, deterriūnum, Lucam
Stegerle, odio in Jesuitas omnia in nostra damna ausurum.

Augustam
querelas
deferrunt.

Responsu-
m Procurato-
ris Joannis
Völckij.

Notarij su-
tor.

^{164.}
Articuli
seditiono-
rum.

Hic ipsâ tertîâ Paschatis seriâ, cum seditiosorum capitibus in
Collegium venit, causâmq; adversus P. Joannem agere ex instituto
cœpit, magna verborum acerbitate questus: non servari paganis pa-
cta in emptione conventa: violari communia incolarum jura: nova,
nec ferenda, subditis multa præscribi: rogare se illorum nomine, ut
vel injustè gravatos deoneremus; vel ægrè ne feramus, si porrò
causa & accusatio deferatur ad alios. Auditio homine reponit Völc-
kij: perquâm sibi mirum videri, eodie ac tempore, quo Notarius
publicus utique haud ignoraret, ex Imperii legibus justitium esse, cat-
sam institui. Proinde se nihil in præsens respondere; nisi: cùm
planum facturi essent Kissingani, ullam iis illatam injuriam, se copio-
sè satisfacturum, omniâque quadruplo, & amplius redditurum. In-
telligere se verò, præsentis caufæ obtentu alia à seditiosis agitari con-
silia. Hic quidem nihil novi tentari, quod non à Lechusianis, Frid-
bergensibus, Schmiedensibus, aliisque circùm oppidis ac pagis fieri
ipsimet cerneant. Si designatus saliceto locus displiceret; tere-
rent, se non invito, quo ipsi loco malling. Ea de renihil sibi à Com-
muni in mandatis datum, Kissingers reposuere; at Notarius in ra-
biem actus; placet, inquit, hic inter Collegium & turrim seri. Ut vos
omnes pessimi exitio pereatis; non redigetis tamen, et si rumpa-
mini, Kissinganos in servitutem. Ita officio ob alienum tempus,
& iram male functus discessit.

Postridie Procurator, exequi destinata certus, turbarum aucto-
rem coniici in vincula jussit. Risit ille imperium, novumque contrâ
coëgit concilium, in quo hæ, quæ sequuntur, leges rogatæ: I. Qui-
cunque ex Communi Kissingensium à Magistratu steterit, illius pecus
pasculis publicis, & aquatione arceatur: quodsi in campum armen-
tum egerit, in caulas repellatur. II. Nemo inquilinus scrobem ul-
lam fodiat. III. Nemo plantaria salicuum ex urbe jussu Patrum in pa-
guin currū devehat. IV. Georgius Treffler Villicus Patrum, Chri-
stophorus Kraus arator, in alteram horam stantes iam ad currum
equos, & ad officium paratos abjungant. Apparitor, seu Minister
Præfecturæ aperiat, quibuscum sentiat; aut officio abeat, quod ex
com-

communi pascua habeat, quod falso asserebatur. V. Nemo ex Communi à foedere inito recedat; aut à Communi proscriptus esto. Nemo se vinciri ante causam decisam patiatur. Quod si cui vis inferatur, Commune totum pro illo propugnaturum, ac vi ex vinculis creptarum. VI. Tres (& erant hi ex contumacioribus) designati, postridie causam ad Episcopum Dilingam referunto, Patrésque accusatum eunto. VII. Inquilini ad causam hanc agendam singuli ternos cruciferos, Patres-familiae senos, villici denos conferunto. VIII. In eos, qui contrà sentirent, placere animadverti proscriptione, imò, ut ferocissimi jubebant, cæde.

Hæc ubi nuntiata in Collegium sunt, quatuor viros Pagi ad se Augustam evocat Völckius. His Principis ac Provinciæ Boicæ, in qua sita Kissinga est, leges recitat, ostenditque, capitali poena prohibitum omnibus, conventus cogere, aut coetum inscio vel invito Magistratu celebrare. Proinde, si suæ cautum saluti vellent, abstinerent istis; & si quid adversùs nos querelarum habeant, lege & iure agant, remque ad supremum Magistratum deferant. At illi his nihil moti, postridie, ut decreverant, Dilingam profecti, accusationis libellum Episcopo porrigunt, cum Quæstore Principis, ut suam adversum nos causam suscipiat, agunt, noménque Societas tam foedis calumniis ubique traducunt, ut gravissimam nobis apud multos, præsertim rerum nostrarum mirùs gnos, aut amantes, confluārint invidiam.

Nos, ubi primus ardor deferuerūsset, morā hebetatum iri sūorem rati, adhuc mitia severis præhabenda duximus. Missus ergo Calendis Aprilis à Collegij Rectori Bernardus Durst Notarius publicus, ac Præfecturæ Kissinganæ Iudex; uti ostensā Patrum innocentiā, ac causæ, quā se implicarent, ancipiūt ac timendo exitu, ad pacem & officium Kissingensium commune reduceret. Verum, ob strepentibus seditionis, eorum clamoribus, ac demum minis interpellatus, re infecta, rediit. Profectus ergo Monachium Völckius accusationem apud Principem exspectabat. Sed cùm usque ad diem decimam tertiam Aprilis Actorum nullus compareret, ex Cancellerij ac Quæstoris consilio, Serenissimo Principi Rectoris Augustani nomine supplicem libellum offert, & auxilium contra rebelles petit; ut, si res exigeret, Fridbergensis Præfectus nobis Principis nomine cum præsidio adesset; quod facile impetratum, missō statim ad Præfectum mandato.

Reversus Monachio P. Joannes audit gravissimas calumnias, quibus cum interea Kissingenses per urbem Augustanam, omnēaque viciniam denigrārint; moram nihilominus ad usque nonam ac vigesimam Aprilis concedit. Tandem, cùm moderata nihil proficerent, petito à Præfecto Fridbergensi præsidio & commecatu Kissingensibus diem dicit, atque ipse cum P. Joanne Voglio Collegij Ministro, Fridbergensi Præfecto, ac Grammateo, & tribus præterea lictoribus comitatus, pagum eques ingreditur. Hic perculsi nonnihil factiosi; primū suis rebus timere sunt visi. Ciratis reis, exorsus P. Völckius Histor. Prov. Germ. Sup. S. 7. Tom. III. Dec. VII. R. rr ex.

Frustra admonetur
à P. Joanne
Völckio
Procurato;
re.

Accusant
nos apud
Episcopum
Dilingæ.

Nostrī
opem Mo-
nachij que-
runt, & im-
petrant à
Serenissimi
Ducibus

Fridberg-
si Præfete
delegatur
negotium.

exponit causæ ac controversiæ statum : rem à se delatam ad Principem , & relata inde mandata ait , legique curat . Iis auditis animadvertere in tumultu auctores conatur : molitorem factionis principem è pago proscriptit , alios alijs mitioribus poenis mulctat . At illi provocare ad populum , poenamque recusare . Sevocatos ergo singulos Fridbergensis Praefectus interrogat , vellentne imperata facere , suisque legitimis dominis parere ? A sensere tandem , re jam ad principem delata , pejora veriti ; siveque dominorum clementiæ permisere . Deprecatu Praefecti mitigata poena : duces accusationis capita scripto deferre , & extortæ à plebe pecunia reddere rationem jussi . Postquam discessum est , nihil eorum præstitere ; quod nihil absque Communis consensu possent , id fieri una voce vetantis . Ita mensis iterum totus abiit , indurante intraclabiles animos , quæ molliret debuerat , morâ . Extemplo fuit missus vigesimâ nonâ Maij Rectoris nomine pagi Iudex , qui adeo nihil promovit ; ut palam spretum , ne responso quidem dignati , remiserint .

569.
Simulatè
promovit
tunc sed
nihil præ-
stans .

570.
Deciditur
tandem in
favorēm
Collegij , &
damnum
præstare
jubentur
Kissingen-
ses .

Monito de contumacia Fridbergensi Praefecto , calendis Junij ad ejus tribunal citati sunt partium primipili . At , ne paucoruī errore , vel metu causa nutaret , duo supra triginta comparuere , multam deprecantes , & sua jura crepantes . Faceſſere juſſis ſualui , ut per hominem legum ac consuetudinum regionis peritum causam agerent , utque ad viros ab utraque parte lectos deferretur litis arbitrium , orarent . Conſeluum , quod rogapant . Augustinum Mair illi Juris Doctorem , nos Joannem Glöpferum delegimus ; diēſque agendæ Fridbergæ causæ dictus , Junij decimus quartus . Accuſationem omnem , quæque vel dempta nobis , vel libi confeſſa vellent , tredecim complexi capitibus , ea prius , ut rem gratam , ad D. Mauritij Decanum , palam a Societate alienum detulere ; qui coram Canonicorum Concilio cum ſtomacho recitavit , non eodem ab omnibus vultu auditus . Die constituta ab utriusque partis advocationis Fridbergam itum , causaque in publico confeſſu acta . Triginta Kissingani aderant , ſuſtinentे illorum partes deleto nuper hunc in finem Augustino Mair , legum Doctore . Præſens è Collegio præter Joannem Vogelium Joannes Völckius ita objec̄ta diſſolyit , falsaque ostendit , ut ad singula ferè puncta omnes triginta Kissingani obmutescerent ; ipſeque eorundem Patronus , vir alioquin acerrimus , noſtrisque parūm familiaris , ſententiam ſecundūm nos pronuntiaret . Kissingani compulsi mulctam ſubire , præſtare damna , litis expenſas ſolvere . Poſtridie S. Udalrici Abbas per primarium Ministrum viatoriam nobis eſt gratulatus ; & vulgata per urbem cauſæ noſtræ æquitas , ac innocentia , in ruborem dedit , qui iuſtaverant , ſamamque cum augmento reſtituit .

Abbas S.
Udalrici
gratulatur
nobis vi-
toriam .

571.
Mifio ad
rusticos in
Algojam ,
contra Epi-
ſcopum
Augustanum
tumultuan-
tes .

Gravior in Algoja aduersus Henricum Episcopum coorta ſedatio , diu ſacra profanaque turbavit , defectionem molientibus rusticis . Estate proxima , rebus adhuc pacatis , duo Patres Dilingā illuc excurrerant Christophorus Hutterus , & Ludovicus Erhardus , Jubileō per id tempus in Algoja promulgato . Augusto mense regio-

nem

nem ingressos magnâ omnes benevolentâ excepere, & erant quotidiani ad sacra tribunalia concursus, pari pœnitentium ac audientium scelatio. Nulla quidem Algojæ, quâ Episcopi est, pars omissa, Oberstorffum usque, extreum Ditionis oppidum penetrantibus nostris. Sed proximo autumno inquietorum capitum perniciosa consilia secutigravissimas turbas excitavere, non sibi minûs, quam Principi noxiæ. Decembri mense, sopitâ aliquantum rebellione, duos Augustâ immitti eò, ubi maximè turbatum fuerat, Episcopus petiit. Illi iter ingressi secunda profectionis die Nesselwangam delati sunt, Algojæ oppidum, & ipsius Præfusis natale solum. Primâ post meridiem horâ locum ingressi, reclâ ad Parochum Canonicum, grandem natu, septuagesimum annum agenter, divertere. Secundum prandium salutatus oppidi Præfectus hospitium liberaliter obtulit; sed actis officiosè gratis in Xenodochium se nostri contulere, ne suspectos plebs haberet, & ut ægris escent solatio. Postridiè alter Patrum eos ad confitendum peccata hortatus, in eorum ædictula: alter in Parochia fecit. A sacro ægri omnes, ac natu grandes aperuere animorum vulnera, curamque lumbentes admiseré.

Eadem die Patrum unus Mittelbergam, vicum sex passuum millibus ab oppido remotum, cum famulo contendit; ac Parocho (qui fratrem habebat in Societate) salutato denuntiavit, se in alterum diem, bonâ ipsius veniâ, Episcopi missu verba de Jubileo ad populum facturum. Parochus gratum sibi fore officium respondit; quod mindus tamen hospitio recipere, ædium angustias excusat. Nec falsum dicebat: nam hospites alebat, quos pridem exclusos oportuit, qui & Patri, si admisisset, & Parocho fecissent angustias. Ergo cùm nox ingrueret, pergere ad alium pagum coactus est noster; unde proximo manè ad concionem rediret. Prima luce regressus, explicata Jubilei virtute, ad Confessionem auditores animavit; quorum deinde non pauci ad se accusandum de noxis accesserunt; sed juvenes tantum, ferocibus adhuc majorum à motu recenti animis, Nesselwangæ alter Dominico die pro Parocho populum allocutus, cùm serventibns, quæ inciderant, nundinis, exiguum in illo strepitu fructum fore intelligeret, & ipse discedens, socio Mittelbergæ relieto, Rottenbergam perrexit, Parochoque, ac Præfecto eo vespre salutatis, postera die D. Nicolao sacra, promulgatis Jubilei indulgentiis, magno numero confitentes audist.

Nesselwangam reversi, non sparsam omnino concione nupera in arena sementem deprehendere; cùm centum fermè Confessionis gratiâ se sisterent, loci Præfecto cum universa familia præeunte. Falebatur Parochus, promulgatum à se jam ante id tempus Jubileum, omniaque, quæ aut móvere, aut facere lucraturos oporteret, copiosè explicata; nec tamen ulli persuasisse, ut vellet. Emolitis ad Religionis reverentiam animis, educta supplicatio è Parochiali Templo ad Xenodochium, tantâ populi frequentiâ, pietate, modestia, ut se ipsos mirarentur. Celebratum solemnne sacrum, & decantatæ Litaniæ, tanto apertius eum cantum approbantibus cunctis, quanto ægris jam diu incuria Parochi omissum tulerant.

774.
Item sunt
hofii, & in
vicinia.

His intra prius decem dies perfectis, undecimā Decembri Sonthofium mouere, oppidum, situ inter illas alpes, satis amoenō, & incolis frequens. Ingratus erat Parocho adventus, qui alienus à Societate adeò suorum animos non præparaverat, ut ullam laboris materiem, aut fructum fore negaret ædituus. Nostri multo usū niti fortiter adversus obstantia docti, tentaturos se respondere; primāque statim concione effectum, ut & Parochus mutaret animum, & frequentissimus populus ad peccatorum Confessionem religiosissimè se componeret. Supra centū expiati, relictis pluribus, quos audire per tempus non licuit. Altera die ad arcem Fluchensteinensem, duobus passuum millibus remotam, loci Præfeci Patres deduxit, quem cum omni familia expiatum, sacris ibidem operati, Divino Epulo refecere. Par fuit alterius arcis Præfeci Hornsteinij pietas, ad quem inde transierant.

775.
Evocantur
Oberstorf-
fum.

Hic hærentibus à Decano ac Parocho Oberstorffensi litteræ superveniunt. Oppidum est in extrema Algoja ad silvæ Brigantinæ, ac Tirolensium montium confinia situm. Nulli fernè harum gentium à nupera seditione plus ferociæ manserat, quam harum vallium incolis; quod sanè mireris. Nam cùm quiescunt, vix populum usquam tractabiliorem invenias. Instabat in suis ad nostros Parochus: ne in eo rerum articulo omissam gentem vellent, cuius cum DEO & Principe suo reconciliandæ major, quam apud ceteras esset necessitas: audiērat enim, Patres, temporis angustiā prohibitos eō haud perventuros. Maturatum est iter, locumque ingressos Parochus per oppidum ad D. Nicolai deduxit. Hic, dum precibus Numen conciliare coepit student, signum campanā è Turri ædis maximæ datur. Attonitus Parochus exspectat, an alterum, ac tertium sequatur. Seditiosorum id erat, si tertium infonuisset; quod mox auditum. Erat ad conciliabulum ex omnibus ædibus concurrerentium tanta ferocia, ut spumantes apros ruere, non homines convenire jurares. Hæsit tamen aliqua erga nostros ex æstiva Missione reverentia: nam ubi primū Patres in conspectum venere, repente silentium fuit, & magnus prætereuntibus honor habitus. Duo tantum ex omni numero audit, qui prætergressos rabulas vocarent. Domum regredi cum Parocho nostri, & ipsi consultavere in medium: tentare furentium animos, an abstinere consuetus foret & absque tumultu nunc recedi ex oppido posse. Pacare animos velle, quibus omnia pacis consilia suspecta sint, rem esse ancipitis exitus.

776.
Concurri-
tur à tumul-
tuosibus
rusticis.

Ita nostri censebant: at Parochus viis omnibus profectionem Patrum impedire, visæ paulò antè venerationis admonere, coeptum opus urgere, spem certam facere optati proventū. Ita retenti spe frugis facienda Patres, & decreta in crastinum concio. Signo ad eam postridie dato, major multò erat, quam heri ad conciliabulum accurrentium frequentia; læta visu, quod in omnium vultu furor successorat nativa modestia. Dicentis orationem is animorum secutus est motus; ut statim à concione ducenti ad confessionem properaverint. Gratulabatur Parochus impletas præceptas heri spes, læsus, omnino, dedisse patribus plebem, quod sibi negassent. Nam

777.
Dicedere
vidunt no-
stri sed re-
tinet Paro-
chus cum
magno
fructu.

Nam & ipse, vir litteris ac virtute egregius, Pontificias litteras promulgarat, pluribusque & gravibus concionibus ad obcunda religiose, quæ praescribebantur, excitarat, nullo apud illum effectu. Operæ pretium fuerat, persistendo longius tam feliciter copta absolvere: sed, quod moræ tempus Superiores definiérant, matutandus fuit Augustam reditus. Ergo, quatuor Nobilium familiis nostros frustrâ ad se vocantibus, ex Algoja digressi, vigesimâ Decembris Landspurgam, postridie Augustam tenuere.

Elvactum quoque loci Princeps veteri more binos Dilingâ acceptens consuetum utilissimo labori campum aperuit. Ambo per bene noverant, perpetuum contagii periculum esse ab heresi, cum libellis errores suos disseminante. Ergo, qui catechismum explabnabat, acriter in eam rem invectus, quam noxia, quamque graviter vetita esset doctrinæ damnatae lectio, cum cura edocuit, legitque statim fructum laboris. Nam finita catechesi ad certam deducit domum, & librorum iustificationem instituere jussus, pestilentes inde non paucos extulit, flammisque absumpit. Aedium domino ceream sacrati Agni effigiem Pater donavit, quæ accepta cum reverentia, paulo post mirè utilis, vehementer sacramentum rerum reverentiam auxit.

In Elvacea si Missione pro religione laboratur utiliter

Nam vir ille insigniter probus forte domo profectus ad pagum devenit, quem exortum repente incendium tam vehemens involverat, ut exultis triginta casis, iam in reliquas grassari inciperet. Dejectis tanta calamitate omnium animis, unus ille cerci, quem reverenter eò usque habuerat, Agni memor, erigere flentes cœpit, pluribusque commendare Superis se ac fortunas jussit, ipse cum iis flexo poplite orans. Inde surgens flammis jam proximas ædes lambentibus ceram injicit, quo facio, ceu vallo coërcita se flamma continuit, docuitque, Catholicis, postquam humana consumpta sunt, superesse virtutis divinæ remedia, quæ alieni ab hac Ecclesia frustra exceptent.

Ceti Benigni
dies sicut
incendium

Eodem in agro morbo prostrata mulier, quam à Medicorum auxiliis domestica paupertas arcebat, à vicina quadam sua, quod mendicandi haud imperitam se ostenderet, querebat remedium; ignara, sortilegiam esse, ac beneficiis deditam. Illa suo loco personatum dæmonem pro medico misit. Offerebat is pharmacum lis verborum formulis, quæ suspicionem primùm mulieri, mox spectrum lustranti eum horrorem injecere, ut nomen Iesu inclamaret, ac simul in fugam ageret. Nihil inde prius habuit; quam tu nostrum vocaret; qui erat consilio, sacrificisque munitam præsidii factum tegere, & cautiū agere deinceps jussit.

Dæmon
medicu
fugiente

Præter Elvacensem culti etiam alij circum agri, qui pridem nostris assueverant. Wittislingam PP. Zauponius & Kernius, Maylitus Wallersteinum, Moquetius Wembdingam missi, addito utrique aluminio Sacerdote laborum socio, quos plurium plerumque dierum patio; ut potentium votis satisfacerent, continuârunt. Ad Zusmershusa-Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. S. 28 nam

nam Augustani Episcopi in Suevia inferiore Præfectorum Westernachius Præfector, ad Weringense oppidum loci dominus ac Imperij Marescallus Pappenhemius evocarunt; & collecti uno in loco fructus novum in alio pariebant laborem.

181.
Eschenbachium in
Franconia
& Norimbergam e-
vocantur
nostris.

Eorum porrò, quos per Sueviam nostri cum laude suscepserant, fama in vicinam Franconiam cùm penetrâisset, èa permotus ex illistrissimo Equitum Teutonicorum Ordine Franconicæ, ut vocant, Ballivæ summus Commendator apud Superiores instituit, ut è Dilingano item Collegio bini mitterentur Eschenbachium, urbem modicam, ad Marchionis Ohnspacensis, ac Norimbergensis Reipublicæ, Lutheranorum utrinque dominorum confinia sitam, spiritualium auxiliorum admodum indigam. Missus è Collegio Sacerdos unus nuper Oenidente nostrorum Superior, Georgius Kernius, adjuncto in Soc'um Sacerdotiæ alumno; quòd sub extremam Quadragesimam aucti domi forisque labores binos ad unum locum Patres dimitti haud sinerent. Erat profecto summa necessitas docendi populum, & temporū, & Curionum, quales aliquamdiu habuerat, vitio rudem; atque inde, quòd præcipua Fidei mysteria ignoraret, ad percipienda ritè Sacraenta imparatum. Debebat utique nobilissimi Ordinis pro fide zelo ac vigilantiaz, quòd post correptam viciniam ab hærefoes flamma penè muros lambente persistiter illæsus. Ad ipsum deinde Commendatorem, cuius Præfectoria subiectum est Eschenbachium, Norimbergam accersitus Pater, eum ritè expiatum sacra Synaxi occulte refecit, necessario tum quidem silentio; ab inducta enim in nobilissimam civitatem hæresi nondum ea erat, quæ nunc est, Catholica sacra in Ordini Teutonici æde publicè obeundi libertas.

182.
Tölzensis
Missio fru-
tuosissima.

Ita ubique in Catholicí gregis incrementa vigiles, dum hic lupos in vestimentis ovium venientes fugere, fugareque docemus: alibi morbos haud nisi in ovile grassantes curare studuimus; probè gnari, quantopere caritatem erga domesticos fidei commendet Apostolus. Monacensi Collegio tanto minus difficilis accidebat frequens ad vicinos excursio, quòd majorem domi alebat operariorum numerum. Inter multas breviori tempore circumscriptas Tölzense in oppidum bis impetrata Missio, magno semper cum animarum emolumento. Catechesium ea frequentia; ut bis mille censerentur auditores. Dati ad Christi nascentis cunas pii Dialogi, mirum, quos in plebe motus dederint, eosque minimè steriles. Eorum, qui à pluribus, ac plerumque omnibus vita retroactæ annis Confessionem instituerent, quingentis plures numerati; cum superioribus annis vix unus alterve id ageret. Præfector, rebus nostris eximiè addictus, exemplo suo familiam primùm; mox milites, tunc quemcunque in casum scriptos, ad unum omnes traxit. Expetitam ubique suam operam nostri à nullis desiderari sunt passi. Data in carceribus captivis pietatis monita; visitatæ non sine solatio ægrorum, ac leprosorum domus; ac in scholis trivialibus non tantum opportunis monitis ad pietatem informata juventus; sed ipsi etiam Ludi-Magistri, & gravem sui munéris obligationem, & ejus ritè implendæ rationem docti. In finitos, quoties licebat, pagos excusum, ubi fructus extitit sancè memoratu dig-

dignus. Natalitiae seriae erant; & noster iis, qui ad Domini Nativitatem confessione animum expiassent, pro concione laudatis, ut idem & alii ficerent, hortabatur: se quidem illorum pietati non defuturum. A prandio, cum catechesin docturus Templum peteret, de adultis sexaginta pagani eum circumfistunt, omnes confessuri. Eos posthabita pueritiae informatione, cum ad primam usque noctem audiisset; desiperans se omnibus satisfactum, e sella confurgens abitum meditatur; reliquis in crastinum venire iussis. At minimè contenti ruricola, injecta manu, & clavis templi valvis, negarunt, inde egressurum; quam auditis ad unum omnibus, datam in concione fidem liberasset. Placuit Patri tam ardens simplicis plebeculae studium, & continuato per noctem labore, exsolutis demum omnibus, ad sublunarem Lunam Tölzium revertit.

Dachavium insuper per magni Jejunij dies exitum saepius. Septies explicata catechesis: dulce major fuit concionum numerus: secundum ingens accoliarum affluxus, ut quam latissime fructus patet. Iesus certum testimonium fuere crebræ confessiones, & ardentina vita in melius mutandæ decreta. Unius Parochi magno natu spectata conversio emendavit tandem plaudente populo, quod diurna & nota peccandi consuetudo nocuerat. Ipsilon octo & quadraginta annis, sciente ac spectante populo, pellicem domi soverat, assuetudine dedecoris famam aspernatus. Respexit virum ceteroquin haud malum Dei miserantis gratia; ut, nostrum congressum fugere semper solitus, Missionarium accederet, ejus in dicendo vi & suavitate tractus. Ab eo facile persuasus, ut generali peccatorum confessione cum Deo rediret in gratiam, petramque scandali amoveret ex oculis, beneficium deinceps praedicare non destitit. Alium, lite cum altero implicatum, pertinax, ut solet, adversarij odium sic alienaverat, ut certus non ignoscere, biennium ab usu Sacramentorum abstinuerit. Nostro manus dedit, & condonata injuria ad hominis Christiani officium rediit. Ad Virginum quoque coenobium duo nostri ab antistititis vocati, animos omnium cum illarum solatio lustravere. Longius ab iis detenti, sublatis simultatibus reduxere concordiam, ut nonnullæ flexis genibus offensarum veniam peterent. Quin etiam emendatis, qui tempore invaluerant, abusibus, religiosam disciplinam salutaribus consiliis egregie firmarunt.

Par obsequium ab Eberspergensibus Patribus Prælati rogatu vicino Monasterio impensum; ubi omnium Religiosorum auditæ confessiones, quorum quini ad obeunda, dirigente nostro, S. P. N. exercitia se receperè. A media Quadragesima ad finem binæ quot hebdomadibus exhortationes de hominis Religiosi officio habitæ, Prælato saepius prolixè suum declarante solatium, quod è quotidiano disciplinae ac virtutum incremento hautiret. Exteros Monasterio subiectos, una excoli catechesi, & accommodatis eorum statui concionibus voluit. Dictum Dominicis festisque diebus bis ad populum: meridianæ concioni subiectus alio in Templo Catechismus, ad quem tanta erat affluentium copia, ut multi excluderentur; mirantibus cunctis, rusticis asias à meridie popinas omnes implere solitos, nunc ab

183.
Dachavij
utilissime
laboratum.

Concubi-
narij ege-
ria conver-
sio.

Cum fru-
tu nostros
evocat Mo-
nasterium
Virginum.

184.
Virorum
studi no-
stro exhore-
tatore ac
Directore
in Exerci-
tis induit.

Alij ex ea
Missione
praedicti
fructus.

uno Templo turmatim ad alterum properare. Conciliata major Divino Missæ Sacrificio æstimatio & reverentia; persuasique Patres-familias, ut divisâ in partes familiâ nemo diebus festis Sacrificij fructu careret. Patientis quoque Servatoris profundius animo impressa memoria. Cùm enim die Veneris Sancto siccissimè tantum prælegi soleret Christi patientis Historia; noster tribus concionibus eam explicandam sumpsit; producens à concione in medium parvulis, Passionis instrumenta ferentibus, & versu ad pios motus accommodato auditorum affectus provocantibus. Cùm tenuem conatum placuisse cernerent, ad cenotaphium solito magnificentius erectum, majore apparatu Dialogum instruxere, qui copiosissimum spectatorem in laudes ac lacrimas solvit, ac vicinos oppidanos ad imitationem in annum proximum accedit. Discessum ægerrimè tulit populus, eratque omnium vox, nihil non effecturos, si longior commoratio foret.

In primis ut publica Religionis exercitia majore peragentium pietate & spectantium fructu obirentur, laboratum. Silebant, si quando in publicum procedebant supplicantum ordines, aut indecoro garitu ac risu offendebant intuentium oculos. Præsens tum forte noster, puerorum agmen dicens, ut preces præeuntem sequentur, excitavit, adultis nullo alio monitore sequentibus, morisque in futuros etiam annos retinentibus. Ipsa, quæ obiri à tertiaz Probationis Patribus solet, peregrinatio fructu non caruit; Cùm verbo passim & exemplo prodeissent, oblata à Parochis facultate usi, dixerunt pluribus in locis, ubi nullus nostrorum ad eum diem auditus; captique præsertim Catechesibus animi, ut in aliud tempus tam utilem sibi operam expolcerent. Ad Nosodochia non raro, ac pauperum Hospitia divertebant, eleemosynâ vicitantes; & considentes ad coenulam pauperes piis altoquiis recreabant. Una in urbe, ad quam ex pluvia madentes, atque oppido fessi pervenerant, hospitio caruissent; nisi unus Paterfamilias portæ proximos miseratus, domum suam perducos pro facultatibus liberaliter habuisset; non alia, quam piorum super mensam, ac post eam colloquiorum mercede, & audiendi postridie Sacri commoditate; ad quod præparatis solicite omnibus ambo conjuges comparuèrent. Omnia benignissimè à Lunælacensis Monasterii Patribus accepti sunt, eo præsertim nomine; quod in recenti adhuc memoria esset utilissima opera, quam superioribus annis Octingani nostri præstiterunt in extirpanda hæresi, quæ actis altè radicibus subiectorum Monasterio animos effrayerat. Etiam nunc adventantibus nostris oblata juvandarum animarum occasio, auditique magno numero poenitentes; atque hos inter ægræ foeminæ ad eam diem obstinate recusanti persuasa Confessio.

Erat equidem amplissimus fundus, quem colendum suscepérat per Bavariam, Sueviā, Tirolim, Helvetiam atque Rauraciam diffusa provincia: cùm potentibus Patronis illius amplificandi mentem, ut postea ex fructu patuit, coeleste Numen injectit. Apostolicæ Sedis in Helvetia Nentius, ad cuius curam in vicina Valesia res Catholica spectabat, in id pridem consilia & vires converterat, ut ad hanc quoque gentem Societas penetraret. Erat idem animus Lucernensi Magistrati

185.
Peregrina-
tiones PP.
tertiae pro-
bationis
fructus.

186.
Capitur
consilium
Societatis
in Valesiam
intro-
ducenda.

strati, qui serio consultum ibat foederatæ Republicæ, ac in ea Catholicis, ex vicina, imò jam hausta intra viscera hæresi periclitantibus, sumptum quoque facturus, si destinata procederent. Jam litteras dederat Legatus Pontificius ad Sedunensem Episcopum: jam Patres quaterni advenerant, polcente Legato à Superioribus missi. Sed cum appareret ex Sedunensibus litteris, longioris moræ futurum negotium; duo interea recipere se Bruntrutum jussi; dum propior spes faciendæ frugis operarios evocaret.

Cum verò negotia plerumque omnia expeditius lingua tractari, Proficiuntur unus ad Sedunensem Episcopum, ut coram intelligeret, quid in Missionis instituendæ negotio vel agendum, vel certè sperandum videretur. Præfus humanissimè acceptum, explicato Valesiæ statu facile docuit; à se quidem tutò suscipi haud posse Societatis in Provinciam inducendæ consilium; nisi re cùm gentis capitibus ac Magistratu communicata, horum exploratam haberet ac faveat sententiam. Ergo nihil moratus rediit Bruntrutum noster, dumque in novam regionem pateret accessus, vetus ager ad incolarum vota iterato colicceptus, itumque in liberos montes, atque oppidum S. Hippolyti apud Burgundos, præsenti semper atque ubere fructu labore nostrum remunerari solitos.

Et Bruntruti quidem opportunè ad ceteros duo novi commilitiones accesserunt, venturi in societatem laborum, quibus identidem multiplicatis ne operarij deforent, viginti hoc anno incolas alere Collegium cœpit, quod quaternos tantum aut quinos alere supra decem consueverat. Inter alia eam necessitatem induxit discipulorum frequentia; ut & alteram, superiorem scilicet Grammatices classem dividendi in duas, ne è nostra disciplina dimisi, plus barbaræ loquacitatis, quam veræ latinitatis efferrent.

Oeniponti pariter, cùm pridem discentiū numerum ægerrimè scholarum parietes caperent, latissima fuit Magistris æquè ac discipulis immigratio in novum Gymnasium, priores angustias, &c., quæ inde veniebant, incommoda reputantibus. Erigi fabrica tertio abhinc anno cœpta, hoc anno ultimam manum accepit. Et quamvis post centum & amplius annos novum hodie à fundamentis erectum fuerit: juvat tamen in Conditorum meinoriam etiam veteris aliquam imaginem posteritati transmittere; cùm & ipsum diu inter nobiliora hujus Provinciae scholarum ædificia fuerit. Insignis, ac formâ & amplitudine visenda moles, centum ac decem pedes in longitudinem porrecta, latitudine septuagenosæ quabat. Tribus patebat amplissimis portis: quarum geminæ sibi oppositæ invehendis evehendisque, quibus opus foret, rebus serviebant. Tertia sublimior ornabat ædificij frontem, & auditores admittebat.

Super hac aureis litteris nigro marmori incisum legebatur nomen Conditoris Maximiliani Archiducis, & præfens annus, quo struxerat. Huic lapidi velut basi insistebat coronatum auratis radijs nomen JESU, Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Tit inter

inter Archiducis ac Provinciae insignia medium. Prominebat simul hac parte non indecorè murus, quod spatum pulchre implebant prægrandes scalæ, quæ ad superiores ædificij partes ascensum præbebant amplum atque percommodeum. Ambulacra in crucis formam duæ, ac fornice tecta egregiam præbebant intuentibus speciem, dividebantque octo amplissima auditoria, quibus aula incumbebat, in qua longa pedes octo ac nonaginta, lata senos ac sexaginta, præter altitudinem amplitudini respondentem nihil desiderares. In hac respondebant sibi arcuatæ ex utraque parte fenestræ, aura & luce utrinque libera: cui ne obstrueretur, cautum ab Archiduce fuit, ne quisquam in vicinia absque nostro consensu ædificium tolleret. Tabulatum ex abiegu assere planum erat; parte tamen anteriore, cui altare suberat, arcuatum, ut & altius educi hujus structura posset, & spatiū esset suspendendis theatralibus machinis, cum earum esset in autumnalibus præcipue ludis, quibus studia cludebantur, necessitas.

388.
Discipuli
Religiosi.
Cœpta do-
ceri Theo-
logia mo-
ralis ac Dia-
lecticæ.

In hoc angustum Musarum domicilium immigratum est tertio nonas Novembbris, prorogata in id tempus instaurazione studiorum. Ipsa celebris ædificij fama auxerat numerum ac nobilitatem discen- tium: quos inter etiam ocloni erant e diversis Religiosorum Ordinum familiis. Trahebant novos auditores, & veteres retinebant lectiones geminæ Theologiæ moralis, ac Dialecticæ, prioribus tunc primùm additæ, Alberto Dannerò utramque suscipiente.

Pt Solente
principi-
um ab in-
signi Tra-
gedia.

Antequam docendi initium fieret, data in Scenam Tragoedia de S. Catharina Virgine & Martyre, Patrona Gymnasij; aulæ præterea quantumvis vastæ parietibus vario carminum, emblematum, & nig- matum genere undequaque vestitis. Compensavit multiplicem la- borem ordinum omnium maximo numero confluentium applausus & commendatio singularis. Maximilianus præsertim Archidux oin- nem illum eruditionis apparatum cum Archiduce vidua & utraque hujus filia, veluti primos munificentæ suæ fructus magna animi vo- luptate intuebatur. Placuisse plurimum hæc nostra studia alio insu- per argumento est cognitum. Illustris vir Ludovicus à Molart, Supremus in aula nobilium Cubiculariorum (Camerarios vocant) Præ- fectus adolescenti, qui principem D. Catharinæ personam in theatro sustinuit, pallam commodaverat divitem. & auro luculenter intex- ram. Hanc cùm, actis submisæ gratiis restitueret actor, subsi- stens Molartus: non decet, inquit, profanis usibus hanc vestem de- incepis addicere, captoque in arena consilio vestem inde confici Sa- cerdotalem jubet, inque D. Catharinæ honorem aulæ Gymnasticæ Sacrario donat; quæ postea diu conservavit illustrem donantis memo- riæ.

Quæ occi-
sionem dat
Ludovico
à Molart
generofe
liberalis-
tia.

389.
Error in
Hist. Soc.
ubi Colle-
gium pro
Gymnasio
ponitur.

Hæc de ædificio ad finem perducto, nobisque ad docendas lit- teras concessa narratio antiquis pro more inserta annalibus, in erro- rem induxit magni nominis virum Josephum Juvencum Societatis no- stræ Historiographum, ut Hist. Soc. P. 5. l. 13. fol. 305. de Collegiis an- no hujus sæculi sexto conditis agens hæc scriberet: Oenipons Tirolis „caput ad Oenum fluvium, & radices alpium Tridentinarum sedet. Ibi „Collegium ab annis tribus productum isto denique anno M. DC. VI. matu-

»maturitatem suam & absolutionem habuit. Ubi, quæ de Gymnasio olim scribebantur, de Collegio per errorem accepta sunt.

Augustæ quoque Vindelicorum beneficio Magistratus, aula Scholarum, quæ paries tabulato conjungitur, novo est ornata tecto-rio, & chorus, sive odeum, è quo musici divinis officiis accinunt, Pontani^{150.} Raderili-ornabant Gymnasium, Radzivilij tres in Italiam, Gonzaga Heripolim^{bri in lucem edici.} profecti valedixere Augustanis Musis; quæ obtulere discedentibus honotarium carmen, vota pro eorumdem incolumente complexum. Sodalitati vero Partheniæ Jacobus Pontanus *Partenomitra* sua, tunc primùm in lucem edita dicavit: Raderus vero *Climaci Pastor*^{151.} B.P.N.A. quem è græcolatinum emittebat, Joanni ad S. Crucis Præposito inscrip-gustæ do-mesticæ cultæ. sit. A nostris Rheticam domi recolentibus singularis hoc anno honos habitus communis omnium Parenti Ignatio, intra limites tamen privati cultus. Multiplici nimis carmine texerant parietes triclinij, & coram imagine floribus exornata triplicem dixerunt Panegyris ultima die mensis Julij, quam ille in terris habuit vitæ postremam.

Cum simili poëmatum apparatu publicè litterata juventus com-^{152.} S. Corradi paruit Constantiæ, cum summo Templo vetus hoc anno thesauros Ep. caput redisset, magna cum pompa & gratulatione Catholicorum exceptus. restituuntur & Caput D. Corradi olim S. Udalrici Augustani Pontificis ævo Constantiensis Episcopi, hereticorum furori ante annos sexaginta subductum, Ecclesie nescio quo pacto inter sacras Imperatoris gazaras repositum Pragæ te-Cathedrali Comitatu-nebatur. Facile ab Cæsare impetratum, ut Sedi pristinæ restitui patetur. Quod ut debito cum honore fieret, depositam primo fuit Petrohusij, quod vetus ac proximum civitati Ordinis Benedictini cœnobium est. Inde universa civitate, ac mitratis Antistitibus cum Cle-ro pompam ornantibus, sanctissimi Antecessoris venerandas Reliquias Cathedrali ædi Jacobus Episcopus intulit. Nos, quæ facer ordo præteribat, Gymnasij parietes festa fronde, & vario carmine vestivimus, quo Sancti Præfulis laudes canebantur; ac toto porro anno plurimum laboravimus in absolvendo Templo, quod primum Divi honoribus in sua Diœcesi surgebat. Nec modicus honor nostrat scholæ ab Constantiensibus habebatur, Theologicæ prælertum, quæ de conscientia & moribus agit. Ad eas enim dilputationes non mediocrum duntaxat hominum fiebat concursus; sed gradu Doctorum, aut Equestri nobilitate insignes, atque ipse urbis Guberna-tor suâ præfentiâ cohonestabant. Minorum quoque scholarum magna celebritas; quæ & hic syntaxeos scholam in duos dividere Magi-stros coegerit.

Nullo tamen loco auditorum frequentia Monacensis æquabat, Modachii ubi jam tunc ad quinquaginta supra mōgentos excreverat numerus. 153. dñct. In hoc præter multos illustres discipulos gratulabantur sibi merito Jo-puli, hos annem Kostkam, Beato juvēne nostro Stanislao Patrio gloriantem; inter Jo-nes Kostka, nec indignum eo honore; quippe quem ab insigni modello, & inno-cencia morum singulari prolixè fasti commendebat. Traditi etiam trans erat nobis fuerant instituendi duo alij adolescentes, nobili loco nati; sed

parentibus heterodoxis; qui brevi cum litteris synceram quoque religionem hausere.

Mors numerum immisit.

In florentem adeò juventutem grassata mors plura hoc anno fūnera extulit, celeri s̄ spē, ac præpropero exitu. Hos inter erat innocentii placidoque ingenio parvulus, gratis moribus, & inter scholæ primores. Hic cùm in pomeridiana disputatione acerrimè cum adversario contendisset, domum redux, volente Patre, cum eodem domesticum balneum, sive cellam sudatorium est ingressus. Salvi & incolumes ambo intraverant: cùm intra octavam horæ partem repentinō malo oppressi, luctuoso prorsus spectaculo elatis sunt mortui. Adolescentis alter in morbum dejectus, ut erat insigniter pius, scriptam paraverat confessionem; quem & ipsum loquendi facultas, at penè vita, antequām accusandi se copia esset, destituit. Advocatus tamen noster, cùm statim in schedam, cui confessionem inscriperat, incidisset, tempori morientem absolvit.

594.
Adolescentem moribundum larvæ stygiæ terrent.

Vis precum Ecclesiae.

Unum larvæ stygiæ magno etiam Patris terrore vexare cœperant tantò periculosius, quò proprius aberat momentum ultimum. Optimum adolescentem ab enterocelis, earumque medicatione male habitum jam quinta hebdomas affixum lecto tenebat, inter quotidiana patientiæ vel in viro admirandæ exempla. Nullum acerba toleranti lenimen accidebat jucundius, quā in expiatio à noxis animo accepta crebrūs Eucharistia. Cùm ecce! vi morbi jam magnis passibus deducente ad exitum, repente animo vultuque aliis horrendūm incipit vociferari, omnem se in partem jactare, desperatam salutem clamare, victum se atque damnatum lamentari. Patrem ipsum, quem venerari consueverat, aversatus, jam corvum se videre, iam altum ejulare, terrore ac miseratione omnes implere. Diffubebat Audore Pater, & longa hortatione fractus, in serias tandem preces cum adstantibus descendit, atque illas etiam adhibere cœpit, quibus adversus vim diabolicam uti Ecclesia solet. Pergebat adhuc salutis nostræ inimicus terroribus adolescentem urgere; donec ad eam precum partem perventum est, qua ab Ecclesia solenni formula cedere cum satellitio dæmon jubetur. Cùm primū enim è Davidis carmine ea verba prolata sunt: *Exurgat DEus, & dissipentur inimici ejus*; dicto citius terriculamentum omne evanuit, rediit puero animi quies, omnisque tempestas momento sopita in malaciā vertit. Exinde æger jam iterum iūs magno cum dolore, quæ dixisset, deflere, ad JESUM ejusque Matrem se vertere, orare veniam non desit; ac de novo expiatus, suavissimè tandem naturæ concessit; reliquo tamen in adstantium animis salutari terrore, ne ad decretorium illud certamen afferre audeant animum scelerum consuetudine debilem; ubi tam ægrè vincit nullis adhuc vitiis enervata innocentia.

EIAM VIX. objectum est virginī, quam eti morum probitas, & castioniæ amor singularis commendaret, florente tamen ætate intermori acerbè, nec occulte dolebat. At expelli nequibat hærens intra viscera malum; quod etiam incrementum accepit, postquam nescio cujus errore medica.

dicatum poculum ipsa exhaufit, quod alter iugro & morbo paraverant medici. In hanc paulo ante, quam agonem absolveret, irruit visu terrifico acies: quam vilâ mœstum ac miserabile exclamans: *Jesu bone!* inquit, *DEus sancte! quid hoc est terrificum? fer opem, O Jesu,* fer opem. Eam pugnat postquam tertium depugnavit, aliquam diu viribus & animo defecta jacuit. Post velut ex somno se colligens: *DEus sancte! ajebat, ubi fui?* atque ab hisce verbis in Patrem affidentem intenta, ac tertium se DEO ac Servatori Christo commendans, optimè animata, ac spe plena vivere delut.

Audaciū longè Ratisbonæ annorum sexdecim adolescentem ^{595.} Ratisbonæ dæmon adolescentem vexat in schola. dæmon impetravit. Is libera magis quam prava indole puer dum scholam petit, comitem aliquando ad latusire, sed invisum sensit. Sexta feria erat, quam Magister ex Enchiridio Sodalitatis opportana quædam monita recepto in scholis more prælegit. Autentum ad hæc adolescentem non asperabilis illa larva nunc à sinistra, nunc à dextra vellicare, ac identidem in aures immurmurare: ne crederet, quæ à Præceptore dicerentur. Puer eam molestiam à proxime affidentibus venire ratus, facessere cum impatientia jubet, mirante utroque & abnutante. Hærenti ad hæc alius pariter non asperabilis monitor suggerit, ut à Magistro opem flagitet. Huic volens obsequi, surgere bisterque necquidquam conatus, urgente tandem ac propulsante occulto monitore ad cathedram Magistri accurrit, pavidusque & elinguis adstat. Ab hoc blandè, quid adsit? rogatus, verbis trepidatione, ac metu diuiniatis causam cum aperuisset, ille: bono animo esto, inquit, tela in adversarium, quicunque sit, retorque, &c, quæ ille negare jubet, audacter affirma. Interea in gradibus jussa consistere, quasdam Sociorum scriptiones porrigit, quas legeret, errorésque notaret. Mox, ubi à pavore animum collegisse visus est, redire suam ad sedem jussus, retineri se vi occulta sensit. Nihilo feciūs dum pergere conatur, vi horribili in fenestræ angulum projectus, contremiscere, ac ejulare cœpit: præusta sude impeti se clamitans. Cohorrescere omnes ad spectaculum trepidi, exclamare, fugam circumspicere. At magister animo sibi præsentior dextrâprehensum ad se trahit, aquâ lustrali aspergit, detraictum è cingulo rosa-rium tradit, agno cerco, quo puer carebat, communit. Quo factō cessante metu reddit animus, puérque suo loco redditus, thema quietus exceptit: Magister verò occasione usus, ad cultum custodis Angeli, & rerum sacrarum usum ac reverentiam omnes vehementer est adhortatus; quarum adversus stygem cœlitus indita virtus tam clare ostenderet, quantum Catholicæ Ecclesiæ preces valeant, ubi aliarum omnium nulla unquam efficacia sit.

Rerum ab Ecclesia in cratarum virtus.

In errantibus ad eam reducendis, tum ceteri omnes Ratisbonæ, tum maximè Conradus Vötterus laborabat, formidatulum pridem Luthericolis nomen. Is, ne hunc annum nullo diligentius suæ monumento insigniret, Dialogum de Eucharistiae Sacramento à P. Sebastiano Heisslo latine scriptum germanice reddidit, evulgavitque. At ilustrioribus longè ingenij partibus inclinavit sœcundus semper cala-Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Des. VII. Uuu mus

mus Jacobi Gretseri, à quo elaborati hoc anno sequentes libri. I. *Anastasius Sinaita contra Acephalos latine versus.* II. *Theodorus Abucara Graco-latine editus.* III. *Actus Doctoralis de Lutheri & Symmistarum Doctoratu;* deinceps anno M. DC. X. in Polonia re-
census. Catalogus librorum Gretseri impressus uterque annum inau-
gurationis, quo hoc opusculum prodit, ponit M. DC. IX. sed præsen-
tem hunc annum Seculi sextum fuisse prodit, quæ supereft, manus Au-
toris; quem ipsum Academicis laboribus valedixisse suprà narra-
vimus. IV. *Panegyricus Misericordia.* Cui adjuncta sunt, variis post-
hac Tomis inserta, hæc quinque opuscula. I. *Stigma frontis Mis-
ericordia.* II. *Honorarium Lauferianum.* III. *Demonstratio quorun-
dam fidei dogmatum ex communibus notionibus & loquendi for-
mulis.* IV. *Judicium super disceptatione de norma & normato.*
V. *Paracletus Lutberanus cum duabus Monstrantiis.*

597.
Bibliothecam suam purgat Sebastianus Saurzapsius, missus ad nos 300. libris hereticiis.
Dum novis hisce lucubrationibus, in veræ Religionis defensio-
nem emissis in publicum, orthodoxas Bibliothecas Gretserus exornat:
Augustanam nostram Bibliothecam longè aliis voluminibus locuple-
tare institut laudatus sxpè Sebastianus Saurzapsius, dum trecentos om-
nino libros ducentorum facile florenorum pretio æstimatos ad nos
transmisit quos à celebrioribus diversarum hæremon Magistris con-
scriptos olim collegerat; nunc vero pestiferum dogma exosus procul
à se suisque remotos volebat, vir neutquam remissore studio veri-
tatem, quam olim errores amplexus.

598.
Augusta ad fidem reduci 61. probante Senatu.
Hac ipsa in urbe fructuosus semper nostrorum labor sexaginta
& unum reduxit ab hæresi; quos inter vidua fuit cum quatuor liberis,
quibus moriens, reclamantibus propinquis, Tutores Catholicos in-
ter quos stituit, egregio iterum Catholicæ veritatis à moribunda, & nuper eam
mater mo- amplexa, testimonio. Non tulere factum propinqui, mortuam-
ries Tuto- que ad Senatum, violatarum legum ream detulerunt. Causâ cog-
nitâ absoluta mater est; liberique Catholicis Tutoribus relieti. U-
num adolescentem, Lutheranis ortum parentibus, ipse Pater sxpùs
admonuit, ut Catholicis se adjungeret; quod ipse omnem ferè pera-
gratus Germaniam cum indignatione obseruâset aliam ferè semper in
alia regione doctrinam; alicubi duo, tria alibi, in sua patria quinque
Sacramenta coli. Alium ex re, quæ horrore esse ceteris solet,
æstimatio Religionis nostræ & reverentia cepit. E Luthe-
ranis opificibus unus, dum supplicationem nocturnam Pa-
rasceves attonitus spectat, & ad spontaneos, quos Christi pa-
tientis amore Catholici subirent, cruciatus stupet, exanimatus con-
cidit: mox revocata fomentis animâ, ad nostrum Sacerdotem ac-
cedit; animum inter suspiria aperit; hæresim ejurat; fassus, se non
sanguinis à tam multis tam largè fusi horrore percussum defecisse, sed
vehementi dolore animi, identidem exprobrantis: en hi pro levi-
bus noxis pœnas à se quam graves exigunt! Tu perditissimus quid
agis? Non, repetebat, non, ut homines putabant, insoliti specula-
culi me horror prostravit; sed conscientia me abiecit, & vehemens
de peccatis dolor; quem in solatium nunc veræ fidei, veræque abso-
lutionis vis divina convertit. Nonnullis saluti suit alterius, in DEI-
param

599.
Unusvisa supplicatio ne in Par-
sceve con-
vertitur.

param impia fœdus exitus ; quæ ipso die Virginis assumptæ sacro hor-
rifico mortis genere, contortis oculis, depravato vultu, exertâ
linguâ infelicem animam evomuit. Longo apud utramque partem
sermone celebratum Lutherani Præconis fatum. Promulgato Jubi-
leo, jam semel contra indulgentias maledicta è suggestu jactaverat :
dumque Catholici, easdem impetraturi, ipso Die D. Laurentij magno
numero in supplicationem prodeunt ; properabat iterum ille ad suam
cathedram, contra Indulgentias jam secundò declamaturus : Cùm
ecce tibi ad portam, quæ S. Crucis appellatur, exanimatus concidit,
delatusque ad proximas ædes illico exspiravit. Varios in urbe mo-
tus ea mors dedit ; & Catholicos, qui sub ipsam supplicationem in-
tellexere, plurimum in suæ Religionis amore firmavit. Nec poenâ
tantum alienâ, sed obtentis aliquoties cælitùs beneficiis firmata con-
stantia ; tunc præsertim, cùm aliquot ex morbo elingues, voto Con-
fessionis concepto, & vocem & valetudinem recuperarunt.

600.
Præconie
Lutherani
contra lux-
dulgentias
insurgentia
mors imp.
provin.

Plurimum pariter ad Religionis non splendorem duntaxat, sed incrementa conferre adornatas ad pietatem publicè in Suppli-
cationem prodeunt pompas, constans Augustæ experientia do-
cuit. Nec difficile est deprehendere effectus hujuscemodi causas. Ad nullam rem tam numerosi sunt ætatis omnis atque ordinis concur-
sus ; nulla tam publica in hereticorum omnium conspectu Religionis
professio. Catholicorum Templa Divinorum officiorum, ac ma-
xime Sacrificii tempore, cæremonias videndi causâ rari ingrediun-
tur ; plerique fugiunt : in publicum prodeentes omnes spectant, mul-
titudinem, ordinem, modestiam, sacrum splendorem mirantur, &
laudent. Ecclesiasten Catholicum toto anno pauci, vel nulli au-
diunt ; sacrorum præsertim hominum conluetudinem horrent ; priva-
tas de Fide disputationes devitant, aut vieti irritantur : ad hos publi-
cos, & veros Religionis nostræ triumphos, in quibus nihil offendit,
multa alliciunt, nemo non advolat ; cùmq; distinctos vexillis pre-
tiosis juxta ac elegantibus ordines, incedentium pietatem, ardorem
alta voce comprecantum, factos ad pietatem concentus, frequen-
tiam Magistratū, Virorum ac Matronarum illustrium comitatum,
Religiosorum cœtus, Pontificum ac Ministrorum gravitatem intuen-
tur, taciti stupent, ac moventur ; dumque cum pietatis ardorem,
cultusque divini majestatem, cum sectæ suæ frigore ac nuditate com-
ponunt, gemere non raro ac suspirare audiuntur, seminaque conci-
piunt, fructum latura cum tempore. Duæ hoc anno Supplicationes
adornatae, quam unquam ante splendidius, Paralceves, ac The-
ophoræ ; quarum neutra conversionibus caruit. Utriusque pom-
pam magnâ curâ descriptam reliquere Majores ; sed quam ut paupe-
rem humilèisque despiciat, qui hodiernam viderit. Numerus co-
mitantium Eucharistici Numinis triumphum initus, bis mille, septen-
gentos implevit. Magno ea res bonis omnibus solatio erat, repu-
tantibus secum, quam diversa ab hac fuerit annis abhinc triginta
Augustæ facies. Vivebant amplissimi testes, qui affirmabant, in
summa hujus diei celebritate, quâ Templum tantum obibatur, ultra
quinquaginta, si sexum utrumque numeres, non comparuisse. Ho-
die, quod DEI Ecclesiam suam proferentis beneficium est, præter

601.
Suppli-
cationes pub-
licæ Religio-
nem Augu-
ste promon-
tent.

602.
Supplica-
tionis in
Fæto
Theopho-
rie incre-
menta.

insignem splendorem ea est Catholicorum frequentia, ut, qui immensam ordine procedentium, ac pone sequentium multitudinem videt; nisi aliunde contrarium nōrit, Augustam totam juret esse Catholicam.

603.
Agmen
1500. ad.
ducit Oet-
tingam Ab-
bas Lunæ-
lacensis.

Inter publicos Religionis veræ triumphos non immerito refe ras & illud supplicantium agmen, quod capita mille quingenta complexum Oettingam ad Virginem hæresum debellatricem adduxit Re verendissimus Abbas Lunælacensis. Quām foedè enim illam viciniam ejus sive ditioni, sive curæ Pastorali subjectam hæresis deformaverit; quāmque in ea ex animis iterum eradicanda feliciter nostri defudaverint, suo loco descripsimus. Nunc veræ Fidei luce reducēta in animos, etiam vultus mutati veterem pietatem spirabant, nec minorem erga nosros affectum; quorum studio ac labore se renatos Evangelio cum solatio memorabant, pari gaudio Patrum, maturuisse jam fructus cernentium, quos olim seminaverant.

604.
Mulier hæ-
retica voto
ad D. V.
conjugem
captivum
liberat, &
heresinde-
serit.

Poterat tamen ad Fidei nostræ ac DEiparæ gloriam esse plurimum instar foemina, claris orta natalibus, cuius adhuc tum Lutheranæ vir Catholicus in Hungaria Cæfareis stipendiis militans, à Bozkajanis rebelliis, qui arma contra Cæarem sumpserant, inter alios captus, & abstractus in Transilvaniam, hærebat in vinculis. Multa cùm audisset de vulgatis per omnem Europam Oettinganæ Virginis beneficiis, captivi conjugis fortunam miserata, & ipsa pro viri libertate supplex illam adire quantumvis hæretica statuit. Quinquaginta passuum millibus aberat: nihilominus longi itineris tædia superante affectu Oettingam profecta ceream viri, ut fieri ab aliis cernebat, effigiem obtulit, DEiparam, ut liberum sibi redderet, vehementer obtestans. Noster, ad quem accesserat, ubi hæresi eam teneri intellexit, ante omnia auctor fuit, ut, si quidem virum vinculis exemptum cuperet, ipsa prius hærefoes graviore jugo exsolvi se curaret; secūs ratum haud fore apud DEiparam votum. Opposuit illa: parentem se habere Catholicis infestissimum, cuius irritandi metu agere, quæ suaderet, prohibetur. Noster timorem infensi Numinis, quām parentis potiorem habendum multis explicans, id denique obtinuit, ut redditum ad Fidem ac Oettingam polliceretur. Nec fecellit: rediit non longè post Catholicæ, & novas pro viro ad D. Magdalenam ædis nostræ Patronam preces addidit.

Dum hæc fiunt, eadem & viri in custodia detenti animum cogitatio subit edendi votum Oettinganæ peregrinationis: cui ille obsecutus ex animo, se ac libertatem suam DEiparentis curæ commisit, quam illa apud supremum Numen eventu tam secundo suscepit, ut digna appareret illa liberatio Marianâ clementiâ. Nam captivo paucos post dies ex ipsa custodia elabendi, &, quod caput erat, fugam tutò continuandi oblata occasio est; quâ usus recto itinere cum ferris compedibus Oettingam venit, atque prolixè gratiis, vincula sua è Mariani facelli clathris in accepti beneficij monumentum suspenderit; ac mox ad conjugem rediit, quam, duplicato gaudio, & nescias fuz, an illius salute lætior Catholicam recepit.

Ethic quidem uxoris in virum, & maximè DEiparam pietas & illius libertatem, & suam ab hæresi liberationem in præmium retulit: alibi par uxoris in maritum fides viro hæretico cum fide vera libertatem unà & vitam attulit. In loco Friburgensium in Helvetia ditioni vicino civis hæreticus de falso crimine apud Magistratum postulatus, in vincula conjectus fuerat, & gravibus sæpè cruciagibus tortus. Im-
minebat quantumvis innocentis certum supplicium. Cùm uxor du-
dum Catholicam religionem Friburgi professa, invisens propediem moriturum hortatur, ut DEO innocentiae vindice in opem vocato,
se voto obstringat, si liber evasisset, rectâ Friburgum abeundi, positâ
que hæresi Catholicum se profitendi. Secutus miser salutare consi-
lium votum concipit: ac, ubi prium diluxit, raptas compedes, &
patentes carceris fores stupet attonitus: quodque nunquam satis mi-
rari poterat, spectantibus multis, prohibente nemine, urbe egressus
Friburgum rectâ contendit, atque aliquot mensium catechesi erudi-
tus, Catholica sacra ingenti animi solatio suscipit. Stabilem inde
sedem capere inter cives permisus, bona, quæ doni habebat, for-
tunásque omnes hastæ subjecit, ac relictâ patriâ vitam deinceps egit
cive Catholicō dignam, & quæ satis ostenderet duplicitis beneficij in
corpus & animam collati meinorem.

Rarior equidem, uti semper, hæc ad veram religionem est via, Præco 16.
quâ beneficij minimè ordinariis testimonium veritati præbere, ei-
demque animos subiicere DEus solet: plerisque viam aperit adinissa thedram &c.
in animum ratio, & venit ex auditu fides. Ita reductus in viam
Constantiæ non incelebris verbi Præco, græcè ac latinè latè
doctus, ac supremâ Philosophiæ laureâ apud suos insignitus. Hic Ixnæ
libera Imperij civitate multis annis Flaccianum dogma è cathedra ex-
planaverat: cùm accidit, ut cum nostro in colloquium veniens, ipse
de fide cum Jesuita disceptare avidus, amicam pugnam inchoaret.
Sed inciderat in virum talium certaminum minimè rudem, à quo argu-
mentorum veritate brevi convictus, aures patefacere veritati cœpit,
quam ignoraverat hucusque magis, quam oderat. Nec deslitit
cœpta prosequi, dum plenissimè vietus manus daret, profectus Con-
stantiam, ac in nostro, quod pro Templo adhuc erat, Sacello, præ-
fente, quantum caperet, populo religionem Catholicam professus.
Non evasit equidem suorum calumnias certatim ejus famam laceran-
tium: quas tamen edita in lucem defensione egregie repressit. Misit
ad nos librorum scriptorūmque hæreticorum exempla complura, ut
& conciones sua manu exaratas; veritati tuendæ ingenium deinceps
consecrans, semel agnitæ perpetuus propugnator.

Nec minùs fortiter felicitérque amor erga Religionem ac socium
armavit mercatores quosdam Sabaudos, qui decem numero se
nostris Dilingæ stitere, latè reportata victoriâ, & rogantes pleniùs ad-
versus hostes muniri. Nördlingæ Lutherana Imperij urbe nuper
mercatum fecerant; cùm popularium unus in gravem morbum dela-
psum est, quem etiam extreum habuit. Cùm nullus in civitate Sa-
cerdos Catholicus esset, Lutheranum Ministrum ignorantibus sociis ad
ægrum caupo induxit. Is hominem blandè compellatum, nec aliâ.
Histor. Prov. Germ. Sup. S. 7. Tom. III. Dec. VII. XXX quam
607.
Mercato-
res Sabaudi
socium
moribun-
dum ab ha-
resi revo-
cant.

quām mercimonij tractandi scientiā imbutum, fallacibus argumentis aggressus haud difficulter vincit, planēque hæreticum facit. Finisset miser vitam in hæresi; nisi amici tristem casum edocti temporī advolassent, detectisque majore, quām eorum conditio ferret, prudentiā, ac dexteritate fallaciis, vehementi dolore facinus detectantem ad meliorem exitum præparassent, fassi, se quidem nullo unquam mercatum lucrum fecisse majus atque jucundius.

*Ab eadem
servatur
pagus.*

Haud procul ipsā Dilingā tres integræ familiæ nuncium hæresi remisere, insuper habitis vicinorum molestiis. In maximo tamen lucro repositum est, quod persuasum à nobis fuerit viro nobili, ne pagum hæreticis venderet, quem ea spe multūm Lutherani Principis Præfecti vexaverant, compulsuri sine dubio incolas, ut mutato veteri domino, veterem quoque Religionem mutarent.

*608.
Bojariz
subdit libe-
beros ad
loca hære-
tica mittere
edicto pro-
hibentur.*

Ab ipsis Catholicorum regionib[us] ut remotior esset, veram fidem amittendi, aut falsam addiscendi occasio, instantibus nostris editio à Bojariz Principibus cauta est, ne quisquam civium aut subditorum liberos sive studiorum, sive mercaturæ causâ ad civitates hæreticas mitteret. Ratisbonæ verò ad pedem Pontis, soto Boico, in nosocomio, ubi Catholicci cum Lutheranis miscentur, illorum confessiones audiri cœptæ, quos ipse dein supremus eorum Pastor Episcopus coelesti pabulo refecit.

*609.
In Hospita-
li Ratisbo-
nenſi ad
pedem
Pontis mi-
nistrantur
Catholicis
Sacramen-
ta.*

Qui cùm more aliorum annorum in silvam Boicam ad venatum animarum nostros misisset, inter tredecim, qui ad eosdem audiendos prosectori reliquerant hæresin, unus erat in Misnia natus, qui ut nascutior ceteris, ita erat in errore pertinacior. Szpius manifestis, ad quæ ingenium & lingua hærebant, argumentis convictus, obfirmata[m] pro responso voluntatem opposuit, iudicata[m] ad ultimam usque diem Patrum industria. Illâ jam illucenti mane Patrem convenit, parandæ suprenæ concioni intentum. Ab hoc amicè rogatus: ecquid tali tempore inexpectatus adeset? confiterine vellet & velle omnino respondit. Nam sibi eam noctem penè totam abiisse insomnem, semperque Patrem ad latus hæretæ visum, auribus insurrante[m]: si jacturam salutis facere pertimesceret, occasione usus non reditura, Catholicis se adjungeret. Omnium, quos Patrum per Provinciam sparsorum industria ad Catholicum ovile reduxit numerus quadringentos superavit.

*Conversi
hoc anno
ad fidem
quadrin-
genti.*

*610.
Episcoporu[m]
erga Socie-
tatem stu-
dia.
Augustani;
Ratisbo-
nenſis*

Inter hæc Catholic gregis incrementa augmentum quoque accipere videbatur summorum Pastorum erga Societatem affectus. Et Henrici quidem Augustani Episcopi erga nos amor post plurima beneficia æternum sui monumentum Dilingæ statuit, stabilitis tandem illius Collegij rebus; & plenè confignatâ in manus Societatis Academiâ. Wolfgangus Ratisbonensis Præf[us], Princeps in Ecclesiæ ornamentum ac solarium natus, cùm etiam hoc anno Dioceſin obiret, Patrem, quem conscientiæ arbitrum habebat, comitem sibi ac adjutorem adscivit. In ipsa urbe Jubilei tempore Supplicacionem è summo Templo ire ad nostram Ecclesiam voluit, Præposito Quirino Leonino Pontificio ritu sacris operante. Siqua vero Societati festa lux incidisset, eo officio defungi Princeps ipse cum pompa consueverat; Sacris etiam Ordinibus candidatos in nostra S. Pauli

æde

æde initiare solitus. Domi verò nostræ, uti suæ versari solitus, ita se familiarem & affabilem cunctis præbebat, ut non Principem inter privatos, sed Patrem inter filios versari crederes. In itinere, ubi domum Societas habebat, non alio utebatur hospitio; etiam Dilingæ, cum inviseret ad amicissimum sibi Henricum Episcopum, Collegium & Academiam suâ ornare repræsentâ, & nostro in Sacello sacris operari dignatus. Pari nobiscum affectu agere gaudebat, quem Suffraganeum sibi legerat, Stephanus Neblinair Almirensis Episcopus, qui ante suam inaugurationem per dies aliquot nostram intra domum se recipit, ac Rectori Collegij omnes vitæ antè actæ noxas aperuit.

In Rauracia Basileensis Episcopus ut & suum de nostris laboribus ^{611.}
judicium palam ostenderet, & novam de universa Dioecesi bene me-
rendi præberet occasionem; tum quidem magni momenti consilium
coepit; quod tamen ne ad exitum perduceret, mors intercedens
prohibuit. Videbat amplissimæ Dioeceseos Clerum non ubique
idoneis ad sua munia viris instructum, Pastorum viuis passim gregi no-
xiis. Medium adversùs hoc malum efficacissimum esse recte insti-
tuta juvenum ad sacerdotium aspirantium Seminaria Tridentinæ Sy-
nodi summa auctoritas, ratio ipsa, & exempla monebant. Pro-
pendebat pridem ad hoc ipsum animus: sed Dioecesi per hæresin de-
formatâ, & accisis Antistitutum opibus, deerant necessarij sumptus.
Igitur Canonicis Parochisque in unum coactis, diviso in singulos pro-
ratione proventuum onere, collegit aureos bis mille quingentos, quo-
rum census in annuam decem alumnorum sustentationem sufficerent;
ædificium quoque molitus, quod servire pariter pro nobilium adoles-
centum contubernio posset. Ultrumque consilium multis impeditum
difficultatibus, successorum studio ferò tandem in opus deductum
est.

Ipsum porrò Bruntrutum, Sedes Principis, cùm sacra jura Vesontione ^{612.}
ab Archi-episcopo petat; delatus è hoc anno, dum Dioecesin lustrat, Vesontini
Vesontinus, Pro-episcopus, magnum & ipse Patribus honorem ha-
buit, ex fama cognitis, quam per frequentes in Burgundiam Missiones
collegerant. Nam Sacerdotem è Collegio in comitatum allegit, qui
Confessionis gratiâ accedentes audiret, verba ad populum & Curio-
nes ficeret, ad graviores quæstiones responderet. Functus est ille
impositâ provinciâ cùm diligentia, doctrinâ, & auctoritate ut Praefat
virum veneratus, tantum ei honorem haberet, quantum admittere re-
ligiosa modestia haud permitteret.

Eâdem lustrandæ Dioeceseos causâ ingressus Helvetiam Jacobus ^{613.}
Constantiensis Episcopus unâ secum adduxit Christophorū Fuggerum, Jacobi E-
fratrem germanum, eximiâ in Augustanum Collegium munificentia in-
præcedentium annorum Historia celebrem. Lucernensi civitati pro-
pinquantibus Apostolicus Nuncius, Hispanus ac Sabaudus Legati, cum
delectis è Senatu egressi obviâ, è nostris quoque honoris causâ in-
vitârunt, qui unâ prodirent. Postridie solenne epulum Hospitibus
Magnatibusque in Collegio Magistratus dedit: secundum quod data
eorum honoribus Tragoedia, multa laude, & maximo spectantium

motu ac lacrimis commendata. Ipse Antistes, antequam urbe egredetur, revisens ad Collegium, ac salutatis innata Fuggerorum genti humanitate Patribus, rogavit Rectorem Collegij: ediceret, si qua in re commodare nobis in Helvetia posset? Cum nihil aliud peteretur, quam ut immunitates à superioribus Episcopis liberalissimè imperitas sua etiam auctoritate ratas vellet, annuit illico, ac mox, ubi Constantiam redit, missi diplomatice confirmavit. In ipsa verò, qua residere solet, Marisputgeni civitate Parocho morte sublato nostrum, dum alius deligeretur, substituit, eoque munere communi omnium approbatione defunctum ægrè tandem dimisit. Extabant religiosissimi Präfulis publica passim innata pietatis exempla. Constantius in Genethliacis Christi bis apud nos faciens, quingentis cœlestem Panem sua manu perrexit. Quam Lucernensibus dederat, communem omnibus nostris fecit amplissimam per omnem Dioecesin munia nostra obeyndi potestatem. Difficillimos, qui inciderant, casus nunquam sine nostro consilio decidit, sequente exemplum Vicario, qui & ipse causas omnes nobiscum communicatas voluit, ac nostrâ plerumque sententiâ stetit.

614.
Serenissi-
morum
Ducum Ba-
varie in
Pates ad
comitis
Provincie
congrega-
tos.

In totam verò simul Provinciam veterem affectum clementissimè testati sunt Serenissimi Bavarie Duces, cum in unum veluti corpus collecta Monachij esset; ubi celebrabatur hoc anno usitatus Patrum ad comitia Provincie vocari solitorum conventus; in quo electus magno consensu P. Rupertus Reindelius, qui Romam Procurator iret; quo inter alia secum authenticis instrumentis firmata tulerit ea, quæ tres nostrorum Patrum ea de causa Frisingam profecti, coram Episcopo, interposita huiusmodi religione, deposuerant de Beato nostro Stanislao, vel proprio experimento cognita, vel fida aliorum narratione comperta.

615.
Serenissimi
presentis
Guilielmi,

Ad ipsa porro comitia duodequadraginta Patrum convenerant, in quorum alimenta carnei, pisces, vinum magnam partem Aula Guilielmi, ultraque suppeditavit. Ex iis Serenissimus Guilielmus viritatem evocatos Schleissheimum, ubi tunc agebat, prandio cœnæque, nullum prætercundo, adhibuit. Landspergam deinceps cum Alberto filio natu minimo iteratò profectus, nobiscum ipse dignatus accumbere, oblectabatur plurimum tironum nostrorum aspectu; quos vicissim accendebat conspectus religiosissimorum Principum, in quibus, raro in ea fortuna vinculo, dignitatem æquabat modestia. Eam Qui Ingol. admitari etiam nostris Ingolstadiensis licuit, quibus minimè opinan- studij inter- tibus improvisus hospes supervenit. Nam ex itinere delatus Bibur- est Primus nostrorum gum, nostrisque usus hospitio cum intelligeret, quatuor è nostris Neo- mystas postridie primùm sacris Ingolstadij operaturos, mutata statim itineris ratione, solemnitatem illam præsentia & exemplo ornare decrevit. Sacrificiis summo populi exemplum admirantis solatio cum additisset; prandium unà nobiscum ac coenam sumpsit, nostrisque oratores latina, germanicaque panegyri novis Sacerdotibus applaudentes summa cum voluptate audivit. Quacunque pergebat religiosissimus Princeps, paternum erga Societatem affectum circumferens, ejus edere argumenta gaudebat. Ita etiam in Tiroli Oeniponti cum esset, unà cum Maximiliano Archiduce ingressus Collegium, aulicis omni-

Ad Colle-
gia Oeni-
pontanum
& Ratisbo-
nense invi-
ti.

omnibus præter duos amandatis, nobiscum accubuit, & ante redditum in Bojariam ad Lauretanum Sacellum plus hora dissipatum pedes profectus, duos è nostris una ire sibi comites jussit. In Patriam inde redux, cum ad Brüelensem Patrum Carthusianorum solitudinem hoc etiam anno reviseret, distante proximè Ratisbonam veniens vel noster esse conviva dignatus est, vel nostros evocatos ad Asceterium, suos esse voluit; nulquam, seu domi, seu foris nostros à se abesse passus.

At Leopoldus Austriz Archidux è Maria Guilielmi sorore in Styria natus, cum Monachium delatus jocoſo astu nostros deluderet, non poterat intimum erga Societatem affectum sincero magis ac serio argumento testari. Adhucdum Passavienis Episcopus religionis ergo veterem Oettingam excurrerat. Post cultam ibi DEiparam statuit, occulto itinere properare Monachium, inopinatus hospes Ducibus tam arde sua cum Domo connexis superventurus. Igitur præter Patrem Henricum Aquensem conscientiae arbitrum, neininem secum venire passus, comitatum reliquum omnem tardè sequi post intervallum jussit. Ita omnibus inobservatus quintā Septembbris ante meridiem ad Collegij portam è cutru descendens, eo verborum artificio Janitorem, ac post hunc accurrentes alios fecellit, ut tanquam Societatis nostræ Candidatum, inter ejusdem tirones adiequin, solito brachiorum complexu omnes exciperent, id, quod unicè optabat, & nulli anteā visus facile obtinuit. Post aliquod temporis intervallum delati ad Portam urbis Collegij aulici comites, & sc ipsos, & Principem aperuere. Jamque ab Aula hujate, properè admotita, adyolaverant, missi à Serenissimo Guilielmo nobiles, qui nepotem longè carissimum ad se deducerent; nostris erroris veniam quin rubore precantibus, Principe verò cum amicissimo risu de dolli successu sibi plaudente. Sumpto in Aula prandio (cui etiam Collegij caput adhibitum) ad coenam in Collegio sponte clementia condixit: ubi, precibus ex more præmissis, repente secundo loco, considens Rectorem Domū fruſtrà deprecantem, primum tenere locum clementi nimis imperio compulit. Festo S. Michaëlis cum Serenissimis Bojariæ Ducibus, Guilielmo Patre, Ferdinando Coloniensi Fratre, Maximiliano, Ferdinando, & Alberto Filiis ad rem Divinam rediit, ac (Maximiliano, & Ferdinando hujus Fratre exceptis) coenam iterum in triclinio sumpsit, instruqtam ad modum religiosæ frugalitatis, ac tantorum Hospitum voluntatem magis, quam dignitatem.

Incidebat olim in id tempus instauratio studiorum, quæ aperiri solebant theatralibus ludis, qualibus nunc claudi consueverē. Data igitur ob tanti nominis Spectatores, majori solito pompa & apparatu Tragœdia, S. Adrianus Martyr, cum insigni commendatione utriusque sexus Principum. Nec parcè affundebant lacrimas, quas cum eximia sui laude ex omnium oculis eliciebat ille præsertim adolescentis, qui D. Nataliam repræsentabat, Adriani conjugis martyrium admirabili fortitudine spectante, animantemque, ac propriis demum ærumnis in exilio nobilem. Auctor Operis Jacobus Bidermannus; extatque impressum inter Ludos theatrales, quos ab ipso

Hister. Prov. Germ. Sup. S. 3, Tom. III. Dec. VII. Yyy qui

616.
Leopoldus
Archidux
jočesè no-
stris Mon-
achij impe-
rie

Eius afe-
ctus & cie-
mentia
singularia.

617.
Biderman-
nus Adria-
num Mar-
tyrem in
Scenam det
cum plauso
singulari.

quidem auctore, dum viveret, pressos, ab ejus morte, Superiorum voluntate, ne utilius elegantissimi ingenij partus periret, alias vulgavit.]

618.
Legatorum
Regis Gal-
lia & Ele-
ctoris Co-
loniensis
erga nos-
se affectus.

Alij minoris dignitatis hospites, uti tam altæ originis Principes claritudine ac ineritis erga Societatem æquare non poterant; ita sequi studebant affectu, quem non minori candore, quæm comitate pro- dabant. Hos inter Regis Galliarum Legatus ex itinere divertens Monachium, apud nostrum peccata confessus, publicè in Templo Divinæ Mensæ accubuit, ac post Psalmodiam vespertinam reversus ad Collegium, cùm totum perlustrâisset, non minorem incolarum, quæm Domus æstimationem præ se tulit. Adfuit post hunc Villeus Septemviri Colonensis Legatus, celebri prorsus auctoritate, ac eloquentiâ vir; qui, dum ædes obiret, eam de nostris ac universæ Societatis rebus exhortationem ostendit, ut in ruborem nos daret. Commendabat inter alia summopere frugalitatem, eiisque non pauca, quæ ipse nōsser, exempla afferebat. Unius notitia diligentiam nostram effugit. Eratis sacrâ, &c., ut omnia prodebat, illustri dignitate clausus. Singulari, cùm Domum inspiceret, familiaritate usus erga omnes, sacra præsertim lipsana magna cum veneratione salutavit. Denique incognitus cùm abiisset, paucos post dies litteras ad Collegij Rectorem dedit amoris plenas, ac, teatœ iterum nomine, numisina Pontificium pro singulis adjecit.

619.
Et Joannis
Pistorij
Nidanus.

Vix alius tamen ita oculos nostrorum omnium, animosque recre- avit, ac pridem laudatus à nobis Joannes Pistorius Nidanus, egre- gius ille, post agnitionem Lutheri improbitatem, Catholicæ Religionis propugnator. Viennæ Austriæ aliquamdiu apud Cæsarem fucrat, atque in reditu inde deflectens Monachium, ad ædes nostras inter- junxit tantisper, dum nostros, quorum aliquos noverat, compellasset. Eo apud amicos officio defunctus, sub ipsum digressum P. Hierony- tum Torrensem conspexit, quem cùm pridem cognitum semper mag- ni fecisset, ad eum advolans ad pedes accedit, haud autem levare se pas- sus; quæm optimus senex solenni formula benè suisset precatus. Franciscum Gonzagam Marchionem Castilionensem plura, quæ iter agebat; Provinciæ Domicilia hospitem coluere, non sua tantum hu- manitate, sed eo maximè titulo carum, quod Frater germanus esset S. Aloysij nostri, cuius innocentia Angelis, quæm hominibus propior tantopere Societatem exornavit.

620.
Moritas in-
signis no-
tis Patron-
nus Baltha-
sar Wur-
er. Con-
stantiensis
Suffraga-
neus.
Societas
Constan-
tianam ad
ventum
prædicti, &
cathedram
cedit

Cùm ita in laborum solatium diversos Patronos nobis vel servat, vel excitat suorum consolator DEUs, emeritum unum evocavit ad con- ronam, cui ob insignem erga Ordinem nostrum affectum, locum ac mentionem honorificam Historia debet; vitam enim ad tres supra no- nagiannos productam morte justorum Constantiæ clausit Reve- rendissimus D. Balthasar Wurer, Episcopus Ascalonensis, Constan- tiensis Suffraganeus, Ecclesiæ Cathedralis Canonicus. & pluribus annis è sacro suggestu orator; vir sui despiciens, germana ac prisca simplicitate, sanctimoniam vitæ, etiam adversariis venerandus; nostri vero Ordinis longè studiofissimus. Diu autem, quæm de nostris Con- stantiam evocandis ageretur, crebra ipsius vox erat: Non ante con- tinget me mori, quæm stabilem Societatis JESU in hac urbe sedem vi.

videro. Principis Templi cathedram cùm multis jam annis procuráisset; senio & labore fractum levare dicendi onere volebat sæpius Canonicorum Collegium; quibus semper ille: *ex hac quidem Cathedra ipse volens descendam; cùm Jesuitam ascendentem videro: antè, spero, me nemo deturbabit.* Et sanè, uti ejus præfagium de nostra Constantiæ sede eventu non caruit; ita Cathedram, veluti in nostrum duntaxat adventum servatam, cum voluptate cef-sit. Triennio ante mortem, cùm memoria ipsum ac judicium plerumque deficeret; in expianda tamen apud nos conscientia integro ad supremum usque diem vegetoque sensu fuit. Postremo hoc tempore, cùm litare non posset, decimo quinto quoque die ad sacram Synaxim magno semper populi motu medius inter plebem accessit; semper hæfurus in Templo, nî avulsum inde domestici continuissent, occluso ædium exitu. Nostris tum creberrimè aliás, tum in morbo ad se silentibus, ac extremum denique spiritum excipientibus, lapsante manu veluti Pater liberis benè precatus, *vos ajebat semper laudatis DEum;* atque ita annorum satur velut in somnum placidissima se morte composuit.

Hac ipsa in urbe non minùs felix fuit matronæ prædivitis juxta ac piaz decessus. Octavo quoque die, dum valeret, cœlesti Agno passa; ægra dein, post conditum testamentum, nullam ultra rerum humarum fieri mentionem passa, soli DEO inhæsit. Cùm ad le^{621.}
Cum stantes defunctæ animam DEO commendarent, inter eos duodennis è classe nostra parvulus subito juxta funus exanimatus concidit. Frustra properabant somenta, sopitamque mentem excitare conabantur. Tandem ipse, velut alto excitus somno, quid, inquit, me turbatum venisti, inultato proiussus gratissimumque spectaculo avocatum? vidi enim ego immensa cum voluptate dominam meam, ingenti splendore circumfulsam, ad cœlum à superis mentibus ferri. Fidem faciebat innocentia pueri; quem necquam parentes ad hæreticorum oras amandare conati, nobis tandem volentem, gaudentemque instituendum reliquere. Etiam Virginem aliunde huc delatam cognati nobis commendaverant; quæ salutem haud dubiè invenit, patientia in morbo, & opportunis ad ultimam luctam armis munita. Errat tam palmaris victoria, ut, priusquam exspiraret, ante ultimum ferè halitum Angelorum Trisagion Sanctus, Sanctus, Sanctus magno audiendum sensu proferret. Nequaquam pari vitæ innocentiæ erat Vir inter Ecclesiasticos clarus, quem cùm nihil admódi minæ & exempla terruisserunt; levi tamen paulò post, sed repentina correptum malo, is mortis infelitis horror corripuit, ut concubia nocte ad Collegium advolans properè animo medicinam quæsiérerit, & magno cum solatio invenerit, in alium inde virum mutatus.

Ut non singuli, sed integræ communitates aut Regiones meliorem identidem induerent faciem, eradicanda passim erant, quæ inimicus homo superseminare non cessat, zizania. In Bavaria sublatus gravissimo interdicto fœdissimus mos, quo haçenūs, contutinè objecstantes, qui militatum abibant, data matrimonii fide è parentum domo abstrahabant filias; quarum plerisque virtutæ remittebantur

tebantur. Redibant ad suos dominos opes injuriā partæ vel retentæ; erantque, qui centum, trecentos, imò & quingentos aureos viis per nostros monstratis restituerant. Non pauciores quadraginta apellicatu ac turpi quæstu; &què multæ, ab adultero, aut sacrilego thoro abstractæ, finem tandem libidinibus fecerant. Multi, nique haud ignobiles, sotas diu pertinacibus studiis inimicitias ad nostrum arbitrium inita pace finiverant; è quibus restituta duarum familiarum concordia, quanto ardentiùs optabatur ab omnibus, tanto erat ad exemplum illustrior.

^{624.} Erat par Conjugum, quos inter & aliorum suggestionibus, & Concordia propriâ pertinaciâ gliscens simitas, ita disjunxerat animos, ut duabus familiis nobis jam desperatâ utrinque veniâ, res non tantum spectaret divorcibus redditum; sed fugæ, & mortis adeò agitarentur consilia. Unus tandem è nostris, votato in ope in Numine, tantum apud utrumque conjugem gratiâ & prudentiâ valuit; ut mitigatis paulatim animis, errorem ambo agnoscerent; petitâque ac datâ vicissim veniâ, novo, & quod ex constantia patuit, sincero affectu conjungerentur. Aliam &què claram familiarim in mutua odia intellina seditione accenderat. Socrus generum, matrem filia, grandium flagitorum reos citabant, eoque res spectabat, ut in mutuum dedecus obstinati, coram publico tribunali accusationem pararent. Rejecti, qui sanatoria suadebant, amici ad nos confugere; adfuitque conatus motor animorum D̄Eus, ut consilium non ad aures tantum, sed animum admitterent; atque omnes pacatâ primùm Confessione conscientiâ, pacem cum D̄EO; mox etiam inter se mutuo firmarent, sumpto unâ in redintegratæ charitatis pignus ac testimonium Divino Epulo.

^{625.} ⁷ Dum ita in restinguendis inter se proximorum odiis defudamus; aliorum erga nos odia patis auctor D̄Eus non tantum extinxit, sed in eximium amorem convertit. Erant ante hunc diem multi adeò infelix erga nos animis, ut & ipsi congressu nostro, etiam jurati, abstinerent; & ea lege operas, ancillasque conducerent, ut, quoad famulatus duraret, Societatis alloquo, atque adeò Templo interdictum vellent. Atqui hi ipsi hac anno ita animo sunt immutati, ut nostrum sponte prensarint alloquitum; & mox summa de Societate sentire, conscientias nobis concredere, merita deprædicare consueverint. Accessere, præsertim Jubilei tempore ex longinquo multi, quibus una itineris causa, confitendi è nostris uni facultas. Hos inter fœmina fuit à quarto decimo milliari profecta, ut animi (sic ajebat) plenè explicandi libertas esset, atque securitas, quam frustra apud suos speraret homines gravissimæ obligationis sua parùm gnos, vel memores; quibus, ubi crapula, cui assuissent, ora solveret, effutire promiscue silenda pronuper ipsa didicisset.

^{626.} ^{Mirus apud Monacensem castitatem tuendam ardor.} Verùm religiosior ille Sacramentorum usus, cui sensim assueebat Monacensis populus, effectu ipso probavit Angelicum esse panem, qui accedentes reficiat. Tantum enim exarsit in utriusque lexus juventute castitatis tuendæ studium, ut in eo maximè laborandum esset Confessarii; ne aut vota intempestiva inconsultus fervor exprimeret; aut corporis afflictandi studium justos limites imprudenti severitate excederet. Una certè, cui, et si incomparabilem morum integratem

tatem ac vetecundiam plurium annorum exemplo probasset, nunquam tamen Virginitatis vovendæ copiam noster fecerat; Cum eo ventum esset, ut de honesto connubio parentes cum Iaponio tractarent; quò & hujus, & illorum expectationem momento incideret, provoluta ante Crucifixi Imaginem æternum pudicitia florem Christo conceptis verbis nuncupavit, iis ipsis in testes vocatis. Jejuna corpora urgere ciliciis, flagris proscindere, maximam noctis partem orando traducere, incubare asperibus, juniperoruñ aculeis lectos sternere, aut vestium interiora completere, siti faméque se cruciare tanto studio & ardore solebant; ut modum ponere identidem necesse fuerit.

His quidem oportebat inconsulta pietatis: aliis temerariæ impietatis instrumenta subduci. Amuletorum, diversæ, ut ajebant, virtutis sacrilegus usus invaluerat, quorum fœminæ alia, alia viri servabant. Excessit ea plurimorum manibus explicata pro concione deterriæ fraudis impietas; ut cum horrore in Confessariorum manus deponerent. Unum juvenem, id facere negligenter, instans exiui metus, ut traderet, compulit. Duorum is aureorum pretio ab impostore, nescio quid ejuscmodi comparaverat, cum duxaxat in fine, ut aleas tractanti eæ, quoties vellet, senionem darent. Cum ecce! familiaris adolescens, qui in eodem cum illo cubiculo dormiebat, secundum noctem probe vigil soëdam larvam illius lecto adrepere videt, gestu & voce exitium minitantem: nam proxima nocte Tartaro prædam fore. Ne ambigeret de eventu, aut male persuasus inane somnium crederet. Cuique is laboratum se diceret, ut alter quamprimum à peccatis resipueret; serum id fore, larva reposuit: tempori id factum oportuisse. Et certè ambo ea nocte pacatas preces; alter etiam pronuper confessionem omiserat. Cognitis vero ex amico minis perterritus, cùdem, quâ audierat, horâ, se domo proripiens, inter spissas noctis tenebras, Confessarium adit; tesseras, cum residuis de lucro nummis, atque ipsum adeo amuletum tradit; veritus, ne quidquam illius pestis, vel momento retineret, ob quam tam propinquus exitio esset. Audiri statim de peccatis urgebat: sed cum intempestivus adesset; ne properanda videretur confessio; sub ortum solis venire jussus, magno cum dolore accurate illam instituit, fassus, ex quo pestis illam gestare secum coepisset, semper pavidum, nihil unquam tutum, aut quietum habuisse; & raptæ nec ad orandum, nec ad formandum Crucis signum vires sufficere.

E. labyrintho eductus, aliis, in quem rudit, conscientia error animo turbatum implicaverat. Decoeti pudoris fœmina uterum, quem ex alio ferebat, homini simplici, ac minimè malo attribuerat, infante pro foribus illius exposito. Ille, ut ut purus à scelere, infantili tamen vagitibus commotus, tolli dissimulata injuria jussit. Cùm vero non esset, undese simul & infantem akeret; justico se addixit in sambulum, ea soluñ conditione, ut sibi ac parvulo alimenta præberentur; Septuaginta jam annum dura in sorte patientissimæ Simplicitatis homo durabat: cùm singularis impudenciarum scortum, per alios, ut etiam se duceret, instituit; isque caliditate & ardacia suadentium vietus, nequissimam fœminam duxit: simul tamen, non

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII.

ferens atrocitatem injuriæ, superos fibi omnes infensos precatur, caputque inferis execratione gravissima devovet, si quid unquam illi fœminæ benignè fecisset. Ad hoc servandum se gravi religione obstrictum ratus, primum noptiarum diem, cum nova uxore extremum habuit; eā desertā spontaneo se damnans exilio.

Inde multis annis procul domo vagatus, de Parochi indocti consilio id unum opus esse credebat, ut juratā absentia sancte, religioseque observatā, alias præterea nuptias non moliretur. Quem errorrem ut tandem intelligeret, corrigeretque, scrupulos effecit, quo è re levissima nato diu turbatum circumferebat animum, nullis cum pacare precibus, vel consiliis potens. Subiit denique, nostrōs consulere. Perspecto, exemptoque inanissimo metu, Pater rūdis animi simplicitatem colligens, de vitæ conditione rogat: & cùm fusè omnia narrantem audiuisset, quid factu opus, edocuit. Nec multis apud optimæ mentis hominem opus fuit. Ubi primū nullam esse iuramenti sui religionem, certam cum legitima jam conjugē vivendi necessitatem intellexit; condonatis omnibus injuriis, ad fœminam reversus, deinceps ut conjugem habuit. Verū aliud matrimonium, ne rumperetur, amborum conjugum simplicitas tenuit. Cum alieno rem uxor habuerat: ex quo tam vehementibus agitari coepit est nimi motibus, ut nullam quietem, quocunque iret, conscientiae angores concederent. Ergo peccatum marito confessa, delicti veniam supplex, & lacrymis perfusa petuit, Ille tam insolita confessione ac dolore motus, veniam dedit, solatiūmque adhibuit. Mox ambo quatuordecim horarum itinere profecti Monachium, Sacramen-
tis una suscepit, lati & concordes domum sunt reversi.

649.
Senex alias
à despera-
tione ope-
rari aper-
tus.

Sublatis (quod suprà memini) noxiis amuletis, miruin, quām uti consilio cerei agnī, Ecclesiæ Catholicæ usitati, successerint; quo- rum reverenti psu multi gravissimis malis exempti. Vir grandis natu, octogenario major, sed vegeto corpore, sive suspecta uxoris fide, sive lucri decrescentis impatientiā dejecitus, vim sibi afferre decreverat. Egressus domo & urbe, jam è crepidine in præterfluentem se devolverat, corpore à capite ad umbilicum usque de inerso, pedibus tantum extans. Sed ab undenni puero & fœmina per pedes extractus, atque ægrè domum reductus, cùm nihil eum pro fano agere, sed antiqua agitate consilia familiares adverterent, Patrem è nostris accersunt; qui multo tandem labore ac ingenio obtinuit, ut de animo Confessione purgando cogitationem fusciperet, votūmque nuncuparet, quo in diem alterum Sacris ad D. Bennonem operaturo adesset. Paruit senex, & jam quasi alias homo sibi redditus, sacrisque amuletis donatus, pacatè deinceps & placide vivere & agere coepit.

650.
Bacrom
amul-
tus vita.

Idem serè alterius senis status, idem remedium fuit. Hunc eversa hæreditatis adeundæ spes, cuius gratiā Viennam usque descendens, in eam præcipitārat amentiam, ut, quocunque se vertisset, plenos ubique luporuin ac vulpium greges obvios habere sibi videretur. Sex hebdomades ea mentis everitæ turbatio tentuit. Vocatus dehinc noster, cerea agni effigie collo injecta, idem, quod priori, medium sodem successu adhibuit,

Do

De plebeius, ad nocturna servitorum conventicula itare solitus, cum inter alios inanes, ac noxios plerumque sermones audisset, quam laute cenare consuerent, qui in nocturno sagarum conventu noctes agerent; convivii tam opipari, & otiosæ simul vice illecebrâ captus, consilium cœpit, temeritatis ac periculi plenum. Fœminam noverat, quam communis opinio sagam ferebat. Ad hanc se conferens, scitatur: quibus artibus coniequi posset, ut in furcilla se per aërem, quo vellet, ageret. Magistrum ea in re ut agere velit, impensè rogat. Illa vel malam fidem supicata, vel aspernata discipulum, ejus rei se rudem dicere, nihil velle promittere. Instantem nihilo minus rogat; nihilne gestet è collo pensile? affirmat ille, ac ceram ostendit. Hanc illa, ne omnino inanem dimitteret, cannabi involutam apprimere pectori, ac, quod in animum dehinc venerit, agere jubet. Nondū prorsus abierat, & vim experturus pectori involucrum appreserat; cum ecce advertit, furiola jugulandi tui cupiditate se accendi, undas, laqueos, cultros, & atrocissimos sui jugulandi modos non cogitare tantum; sed amare, & vix tandem summa vi abstinere. His furuis vexatus ad nos festinat, Confessione, aliisque sacris lustratus, atque alia sacratae cerze imagine munitus dimittitur. Objecit se revertenti tortor stygios; quod nostris se & arcanum credidisset, objurgans; at saevius jam ab eo habitus, quam ut iterum experiundi cupido esset, facilius jussum rejicit.

Nihilo mitius habita mulier, servire tandem tyranno stygio crudellem servitutem desit. In omnem ad eum diem projecta libidinem, cum gravissima scelera inter jocos numeraret, imminentibus Nascentis Domini feriis, vitam aliam meditari coepit. Sub ipsam igitur noctem Christi Natalem, deceptis custodiis in urbem illapsa, templo nostrum properè petuit, interque ipsos officii Matudni cantus animum Sacerdoti cum egregia doloris contestatione aperuit. Inde solemnni Sacrificio præsens, post tertiam ferè noctis egressa, in flexu plateæ obvium habet venatorem, ore, ut videbatur, haud ignoto. Quorsum tenderet, familiariter sciscitanti, cum illa, quod vilum esset, respondisset; ille: actum agis, ô fœmina, quæ spem tibi aliquam superesse, aut salutem cogitas. Nec cœlum pro te; nec tu pro cœlo. Vitæ, quandiu aliqua est, ut licet, fruere. Si exigua charta te meam testeris; nihil unquam ad vitæ commoda & voluptates desiderabis. Attonita mulier abnuit, & fugâ se in proximam D. Virginis ædem coniçere parat. Cum personatus venator impacto pugno, iechu tam gravi fugientem sternit, ut fulminatæ similis plus horam jacuerit. Sublatam plurium hebdomadarum morbus exceptit; quo tandem levata, iterata Confessione, in alium se locum transfulit, ubi minori periculo, quietius vitam sanctiusque degret.

Alia lenocinium alicubi professa, recordatione flagitorum propè in rabiem versa, ac tandem ad publicos carceres ducta, dæmonem invocavit, corpus & animam paæta, si vinculis exemptam libertati restitueret. Emissa, foedissimis facinoribus edendis fidem liberare gnaviter cœpit; cum dedit le in conspectum veterator, utque ne-

farias sibi manus inferret, violentus institit. Jam laqueum suadere, jam jugulum ipse comprimere, jam è lecto in sublime raptam gravissimè in terram affligere, minari demum, nî mortem ipla occupet, vivam raptare ad inferos. Ad finem esse deactos dies: suo, quod ipsa dedislet, jure usurum. Tristissima misellæ facies, & conditio diu nostrum solicitorum habuit, dum animos mulieri, scelerum & pacti impietate attonitæ ficeret, ut hoc execrata, & illa confessa in spem se erigeret, quo facto respiravit, & cereo agno munita dæmonis, non ultra appropinquare ausi minas contempsit.

634.
Uti & viri
in idem in-
fortunium
lapi.

Tragici exempli rem designaverat abhinc triennium nonnemo; qui eâ causâ fortunarum parte multatus in extrema, quò tandem de-lapsus est, paupertate, à desperatione hoc triste consilium cepit. Chirographum suo sanguine signavit; quo plenam pessimo dæmoni in corpus atque animum potestatem solemnii & juratâ formulâ conces-sit. Cùm nullus ex inferno, qui auctoraret clientem, compareret; schedam illam voluntatis suæ testem in cubiculo exposuit, ac fenestram reclusit. Cùm repente circùm domum horribilis turbo fremere, impetu in conclave irrumpere, schedam inde è conspectu momento abripere. Postquam triduum totum tumultus duravit, ille facinoris magnitudinem, simul Numinis, terrere, quām ferire adhuc malen-tis, clementiam agnosceret, &, quæ veniam exoret, DEiparam fati-gare. Audiuit Misericordiae Mater dolentis suspitia, isque tertio post die chartam in ædium atrio gratulabundus invenit. At non simul per-fecta animo malacia rediit. Biennio toto sceleris recordatio ani-mum horrore concussit; donec frequens & accurata Confessio amis-sam quietem restituit. Cum foemina una, diabolici mancipatus convicta, in ipso, ad quem damnata est, rogo difficile negotium fuit. Tristis rerum imago, & horror supplicij adegerat, ut palam exclama-ret, nullo se jure damnari. Sacerdos in rogum insiliens, projectus in genua, alta voce precari DEum cœpit; ut, antequam lege ageretur in ream, saniorem illi mentem immitteret. Adfuit præsens auxi-lium, statimque rea, iterato confessa, dictorum veniam à circum-fusa multitudine petiit, ac supplicium porro pacato animo tulit.

635.
Magna e-
leemosynæ
erogata.

Cùm intellegarent nostri, plerosque ad desperata consilia pau-pertatis intolerantia trahi; in corrogandis egenæ plebi subsidiis multum, nec sterilem laborem posuere. Præter instructa sæpius utriusque sexus pauperibus à primoribus fœminis convivia, quibus ipsæ inferre cibos, lavare pedes, nummos superaddere consuevere; erogati, quos opulentiorum liberalitas contulerat, nostrorum manibus floreni plus mille quingenti. Accessere horum numero aliquot centeni, quos clanculum dispensandos nobis reliquerant viri Principes, cùm ad Collegium inviserent.

636.
Ancilla, de-
bitum con-
donando
Herā mor-
tuam libe-
rat.

Apud Oenipontanos liberalem esse in heram mortuam pauperi an-cilla licuit, & grandi beneficio acceptam remunerari injuriam. Hera scilicet, dum viveret, æquo tenacior ex ratione non magna eam pacæ mercedis parte fraudaverat, morte prius, quām satisfaceret, nuper extincta. Paucis ab excessu diebus sub nocturnam quietem singulis è famu-

samulitio se ostendit, mœsta voce testata, se flammis piacularibus haud emersuram; nisi ancillæ debitum vel solveret hæres, vel illa remitteret. Condonavit hæc promptissimè, læta insuper, quod & herili, & suæ animæ tantillo pretio tantum in altero mundo parare bonum posset: nec unquam deinceps umbra comparuit. Cùm concors omnium, nec ob privatam utilitatem suspecta narratio esset, fidem ubique promeruit. Vicini Oeniponto Halenses pro beatarum animarum dudum cum Christo regnantium honore solliciti, hoc tandem anno, quod dum optabant, effeatum dedere. Mos invaluerat, quo dies sancti 637.
Hæc dies
festi SS. Inno-
centium,
& S. Viti M.
restituu-
tur,

ctorum Innocentium Martyrum memoriae sacer ita negligebatur, ut, quasi negotiosus esset, opus eo passim à civibus, & palam fieret. Eodem loco habebatur sacra D. Vito Martyri dies, quam festam agi in Brixinensi, cui Hala subest, Diocesi, è Synodi præscripto oportebat. Utrumque morem, ceu parum Catholicum aggressus Ecclesiastès noster, expugnavit; & resumpta est utriusque diei vetusta religio.

Atque ut nunquam committere Cœlites solent, ut majora à nobis accipient ipsi, quàm largiantur; suam nobis in curandis hominibus junxerunt operam, altiore vi nostram sustentantes imbecillitatem. Cer- tè P. Christophorum Luzium Halæ gravi & occulto malo laborantem sola ad B. P. Ignatium fusa oratio perfectæ sanitati restituit. Ejus in apertis periculis clarior ac manifestior apparuit ad opem ferendam promptitudo atque potentia. Ita, quod puerperis de prole ac vita periclitantibus more suo afferre auxilium solet, Landspergæ duabus honestæ admodum fortunæ matronis indulxit, nemine non agnoscente vim humanâ majorem. Earum una nullo sine gravi periculo partu soluta, cùm rursus eandem sibi sortem timeret; suauo nostro implorare Beatum Parentem cœpit, jussa, cùm propior discrimini esset, ejusdem Reliquias poscere. Ipsa vovit insuper, se vel eâ, quâ Divus obiisset, luce, vel proximâ post eam Dominicâ Pœnitentiaz & Eucharistiaz Sacramenta suscipere. Nec voti pœnituit: si quidem sub ipsum partum Reliquiis e collo suspensis insueta facilitate foctum in columem sospes edidit. Læta novo beneficio, cùm paulò post aliam jam quartum diem luctari audiret, nihil prius habuit, quàm ut advolans in spem erectam, ad opem ab Ignatio petendam, adhibendásque Reliquias excitaret. Cùm verò illa, quod neminem è nostris familiaribus nōfset, mittere non ausa, negligeret monitum: alia laborantem miserata, obtentam è Collegio Lipsanothecam ad ægram attulit; quæ, postquàm Divo se commendavit, remittente mox dolore, in alteram horam quietit. Interea, dum de felici magis morte, quàm partu cogitat, ingredientem ad se nostro habitu Sacerdotem videt, superpelliceo indutum, qui animo esse erecto jubens, intra sesqui horam parituram prædixit. Narravit illa hilari fronte visum, & vaticinium, quod vanum non fuisse magno omnium solatio eventus probavit.

Duæ matronæ vitæ longius servatae gratiam cœlestibus medi- cis debuere. Civis una honestæ fortunæ puerperio haud sanè difficiili defuncta, in secundis abigendis graviter periclitabatur. Jam quintum decimum diem se omnis Medicorum solertia fregerat; quin illum facerent operæ pretium. Res propè desperationem ab. om- Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Aaaa nibus

nibus habita maternum funus spectabat. Suadente amitâ ad nos
ablegatur, qui opem, si quæ in sacris esset, rogaret. Mittitur
minuta ejus telæ particula, quam de tunica B. P. Ignatij defecitam si-
miles in usus domi servabamus. Eam mulier vix è collo suspendit;
cùm habere meliusculè, iñò convalescere cœpit; secundis interea
tam occultè, ipla ægra non advertente, sublatis, ut neque de mo-
do, aut tempore, aut loco ulli mortalium liqueret; quæ res mag-
nam non immerito apud Medicos, ac consciós omnes admirationem
excivit.

^{639.}
Aliud cele-
bre S. Ben-
nonis.

Altera, suadente nostro, D. Bennoni se devovens, occasio-
nem insigni & diu decantato miraculo dedit. Vidua erat, jam qua-
tuor abhinc annis magicis præstigiis miserrimè vexata; quod de præ-
stigiatoris cuiusdam dolis prima nobis indicium fecerat. Nam thecam
(quam is mercibus de furca & aliunde quæsitis fartam è collo ægræ cui-
dam sceminz suspenderat) inde ad nostrum Sacerdotem detulerat;
cui is sacram Agni ceram substituit. Re comperta impostor in furo-
rem actus: lues, inquit, tuo in corpore, tam importunè pro alieno
solicita. Ab eo digressa, dum per gradus ascendit, acutissimis do-
loribus primùm caput torqueri, pòst paulò in femora pedesque eâ
pertinaciâ malum grassari; ut sumptis in dies incrementis, brevi ex ve-
geta miseram, atque omnibus miserabilem fecerit. Biennium hic
status tenuit; cùm vix vivere permissa, nec somnum capere, nec opus
facere posset, miserabili otio contabescens,

Inde gemino, Principis, & urbis valetudinario usa, potiones,
herbas, balnea, nota & ignota; præter sanitatem denique experta
est omnia. Vigor & vires interea magis magisque defluebant; usque
adèò, ut, cùm primo biennio difficulter incederet, mox eadem
difficultate insisteret pedibus, demum alienâ duntaxat operâ moveri
posset. In eo rerum statu à testatis juratisque Medicis judicatum est,
malum humano ingenio ac arte superius, ægraque à potentiore manu
opem exoscere jussa. Hic illa non ultra morandum rata, inque
certum sibi exitum intenta, Patrem nostrum evocat, qui aures præbe-
ret supremum confitenti, quas eidem plerumque alias, & ante illud
biduum dederat. Confessione, velut extremâ ante mortem, de-
functa, rogat, ut altera die ad D. Michaëlis aram procumbere, ac
sumere Eucharistiam liceret, futuram Viatici loco; si mors illi sumen-
do tempus præriperet. Non posse se quidem pedem extra lectulum
efferre, vel subalari scipione nixam passum promovere: curaturam
tamen, ut vel rhedæ, vel sellæ imposita deportetur. Non negat,
quæ pro ultimo solatio postulabat, Pater; id solùm monet, se in crâ-
nium servire illum in finem haud posse. Nam eo die se ad D. Ben-
nonem condixisse; ad cuius aram ut vota faceret, monitam à se pri-
dem meminisset. Illa & Divi Præfulis, & factæ pridem admoni-
tionis mentionem audiens, divinitùs id factum credit; idque solatii lo-
co à Patre postulat, ut cras ad Divi aras Eucharistiam suscipere, ipso
porrigente, liceat; quo etiam promisso pacatam dimisit,

Quod

Quod noctis interfuit, vigiliis illa precibusque lata, ac veluti futuri præsaga transmisit. Sub diei crepusculum gestatoriā sellā ad D. Benonis defertur, & ante aram, cùm vel pedibus vel genibus niti frustra cuperet, considens, operaturum exspectat. Eo jam ad aram consistente, nervi omnes obrigescere, moles ipsa Templi, aut totius terrarum orbis cervicibus incumbere visa. Ita quasi à mente aut sensibus avocata hærere; donec sacram contingere Hostiam; quam quidem necdum integrum demiserat; cùm reclusis oculis, in pedes ultrò se erigit, sellam trusatilem retrò agit, itaque reliquæ sacrificij parti assilit. Accurrunt lecticariæ, sellam iteratò supponunt; quibus objurgatis illa: an ergo, inquit, liberam me subsistere non videntis? Mox in genua se demittit, & aliquantò post humo se rursus attollit; gressus tamen nutare adhuc, & vacillare visus. Denique ecquando, inquit, sacra Hostia porrigetur? datam vero illi, & acceptam pridem dicitantibus, tum deum prorsus ad se rediit, ac si que DEO, ac Divo, maximo suo & præsentium sensu, gratiis, Patrem adhuc eventus inscius ad Sacrarium lata sanaque insequitur; porrectaque illi manu ellinguis, ac flens ad aram revertitur; ubi moram inter precatio[n]es, & grati animi affectus trahit, ac remissis lecticariis, dum sola inter mirantium ac gratulantium turbam repetit.

Nec Monachij tantum prodigiosis curationibus D. Benno inclinavit; conciliante eidem clientes alios diffusâ extra Bojariam famâ. Hos inter Dilingæ in D. Hieronymi contubernio Religiosorum unum gravis morbus ad confinia mortis deduxerat. Destitutus à medicis, non itidem se ipse destituit, sed salute sua D. Benoni commendata, celebrari in ejus memoriam incruentum ad aram Sacrificium jussit; quo facto periculum primò, mox ipse etiam morbus evanuit, stupente medico hæretico, & medicinam cœlestem, ac ope humana potentiores prædicante. Eadem in Domo alius pedis vitium solâ aquâ Istrali emendavit, postquam fostrum vulnerario dandum in pauperes distributurum promiserat. Tertium acerbo dentium dolore D. Virgo & Martyr Apollonia liberavit, quam eo mensce Patronam opportune fuerat sortitus.

640.
Alia alio-
rum SS. in
convictio-
res Dilin-
ganos col-
lata.

Latissimè, ut alias, in omne hominum genus favores suos sparsisse D. Martyrem Sebاستianum Eberspergæ propitium è peregrinorum ad ejus cultum convolantium multitudine intelligi potuit, quorum plurimos, edito, plerumque persicili, vel Sacri curandi, vel Sacramenta percipiendi, vel offerendæ cereæ sagittæ, voto sanaverat. Erat hos inter, qui ex opulatione pectoris, octiduum integrum cibi omnis expers, & ellinguis decubuerat. Is concepto sacrificij ad Divi aram procurandi, Confessionis item, ac Communionis obeundæ voto, postridie loquelam, tertia die sanitatem reçepit. E præcipuis Divi Martyris cultoribus nostro usi sunt Suffraganei duo, Frisinensis, & Brixinensis, cum uno posterioris Ecclesiæ Cathedralis Canonicus. Serenissimus etiam Archidux Leopoldus, qui hac transiens ob singularis erga nos affectus argumenta, & eximiam in cultu SS. Reliquiarum pietatem, venerandam æquè ac jucundam reliquit sui memoria, ut & è Bavariz Ducibus Ferdinandus Coadjutor Coloniensis, Albertus, atque Parens Guilielmus, nobiscum more nostro cœnatus,

641.
S. Sebastia-
ni Ebersper-
ge propitij
favores &
cultus.

Constantienses sibi
devotos à
lue præser-
vat.

Ad Acronium usque lacum, nostrorum operâ, propagata est erga Thaumaturgum Eberspergensem religio. Constantiensis enim civitas ex pluribus retrò annis nullum meminerat, quem non periculosa quædam contagio funestum civibus reddidisset. Horantibus tandem nostris facta ad D. Sebastianum vota, duóque prægrandes cerei quotidie ad Sacelli nostri summa aram arsere. Votis respondit eventus, primùmque hunc annum omnis malignæ luis expertem Constantienses egere, nunquam vel accepti palmaris beneficij, vel debiti in posterum D. Martyri cultûs futuri immemores.

642.
Familia no-
bilis à spe-
ctris libera-
tur invoca-
to S. P. N.

Dum publico beneficio D. Sebastianus ad Acronium innotescit, privato alio B. P. N. nomen ibidem magis inclaruit. Fœminæ nobilis ædes spectra & lemures, etiam de die, perpetuo tumultu graves incolis faciebant, tentatis nec quicquam, quæ à diversis afferebantur, remediis. Ignara consilij, unum è nostris evocat; ad cuius ingressum majores etiam turbæ audiri cœptæ. Verùm Pater, iis minimè territus, conciliatis DEO per Confessionem omnibus, & Sacra Synaxi munitis, vocato in opem D. Ignatio, sacris operatur. Iis perfunditus lustrationem domûs ex Ecclesiæ præscripto aggreditur. Tantus inter hæc fragor audiri cœptus, ut majora bellica tormenta æquaret, non sine omnium, nec nullo etiam lustrantis terrore. Perrexit nihilominus ille, cœptumque absolvit. Nec dubium postea erat, fuisse eos ultimos dæmonis, loco cedere compulsi, conatus: ab eo enim tempore absque ullo terrore incolis vivere quietis licuit.

643.
Cœlum
ad duellum
servat B. V.
Oettinga-
na.

Hos inter favores, quibus nostra institutione ulos prosecuti sunt Cœlites, & illum jure suo nuineraveris, in quo præter salutem innocenti conservatam, simul odium patuit, quo cœlum abominatur duellantum inhumanum furorem. Miles non minùs DEO, quam Principi suo fidus evocabatur ad ejusmodi singulare certamen à socio, qui ab hujuscemodi pugnis ac cœdibus nomen sibi ac metum paraverat. At melius dudum ad Christianam pietatem institutus, non metu, cuius nemo se unquam insimulasset, sed gravissimis Ecclesiæ minis ac pœnis prohiberi cauſtatus, manum conserere detrectavit. Ille hæc omnia risu explodens, instare acrius, ac tergiversantem iis convitius laceſſere, quæ inultum ferre militem, nescio quæ adversus Divinas humanasque leges inducta consuetudo non finit. Accedebant hortamenta, ac penè probra sociorum, quibus tandem, ut condiceret, per pulere; quamvis vix non certum exitium antagonistæ robur, peritia, editarum cœdium exempla præſagirent.

Extra muros dein ambo progressi, ac spectantium coronâ cincti, cum thoracem exuissent; nos ter ante conflictum provolutus in genua, propalam testatur; se injuriis ad arma coactum, salutem committere Oettinganæ Virginis. Ad hanc, si viator arenâ excedat, exemplo profecturum, & sacra Mysteria objurum: atque ad id se nunc voto obstringere. Hæc præfatus surgit, & manus alacer cum adversario conserit; eumque post aliquot congressus, inter mutua, sed levia vulnera peractos, lerhali ferro transfixum sternit. Tam feliciter defunctus periculo, satis non habuit, liberatrici Oettinganæ se sistere;

e; sed impetrata missione sanctiori militia auctoratus DEO in reli-
giose ordine sacramentum dixit.

Et quamvis piaculum sit, quemquam quacunque virtutis famam de-
nuntium ante publicam Ecclesiae sententiam æquare Cœlitibus, vel Parturienti
pux ad eorum invocationem sunt facta, rebus adnumerare, quæ adest V. P.
naturæ potentiam superent: nihilominus res ipsas, procul habito de
Petrus Ca-
uis res iudicio, stylo simplici enarrare justum ac laudabile esse, tot libri de-
monstrant, quibus talium DEI servorum vitæ ac res gestæ omnibus se-
culis conscriptæ sunt, hodieque conscribuntur. Hoc anno Petri
Canisii memoria prid m Friburgensibus venerabilis, prodesse visa est
invocanti matronæ. Hæc jam alterum diem partus difficultate labo-
rans, & prolixi, quod moveri desisset, incolumente spem omnem a-
miserat. In eo discrimine cum Canisium invocasset, allata ad eam
est precatoria corona, quâ, dum viveret, uti consueverat, vir notissi-
mæ in DEiparam pietatis. Eam exosculata, cum è collo suspendisset.
præsentibus multis in hæc verba prorupit: Deo fit laus! quam extin-
ctam verebar, prolem, vivere ientio; post paulò filium feliciter est
enixa.

Verum nihil esse videtur, quod viri tanti merita quotidie com-
mendet illustrius, ac Catechismus ille toto orbe notissimus, ex quo tot
regnum ac Nationum juventus Catholica, sinceram haurire Fidei do-
ctrinam hodiecum solet, incomparabili fructu animorum. Juvat
hujus specimen intueri in duodenni adolescentulo, quem in hac scho-
la ad singularem pietatem eruditum mors hoc anno inter Cœlitæ tran-
stulit.

Octo anni fluxerant, ex quo proximum Augustæ Lechusium, ac 645.
vicinam plebem catechesi erudire noster rogatu Parochi coepit. Vi-
sus mox ante omnes & Magistri, & doctrinæ amore capi puer quadri-
mulus, æditui filius, longè supra ætatem discendi avidus. Majore, Andree
quam pro ætate silentio ac modestia è docentis ore pendebat, id u-
num domi per hebdomadem agere viles, ut audita repeteret, novas
precatiunculas edisceret. Dominica die in conventu percepta redde-
re voce ac ore ita ad pietatem composito solebat; ut plerumque cir-
cumstantibus exciderent lacrimæ, quorum multos ferè parvuli audiendi
cupido trahebat. Nunquam abesse solitus, si quæ debilitas ad
gressum vires negaret, rogare non destitit; dum quis in brachia sub-
latum ad Templum portaret.

duodenaria
Lechusiani
mors & e-
logium.

Mira in ca-
techesi au-
dienda &
discenda
aviditas

Miratus noster mores pueruli, tam à rure & annis diversos,
multa ex parentibus & vicinis intellexit, singularis erga eum Divini
favoris argumenta. Necdum bimulus in superiori domus parte è
fenestra in subeuntes prospectans, & incaute exultans, prælibante Post Iope
corpo in præcepis effusus, caput silicibus, crura ac corpus truncò sum ex alto
impegerat. Advertit casus matrem periculi atrocitate exanimem. illæsus sur-
Accurrit pallida; levat humo infantem; nec dubitat membris omni-
bus attritum, aut planè elisum. At ecce, dum oculis manib[us]que
singulas corpusculi partes obit, integrum planè, ac ne minimâ qui-
Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. Bbb b dem

dem litoris notâ signatum obstupecit. Huic coeli beneficio alte rum accessit, & què mirandum. Haud procul ab ædibus pars Lyci fluminis pagum præterlabitur, habetque alicubi ponticulos, qui ipsas jungunt, & foeminas serviunt, pannos lavantibus. In horum ium nullo ad ripam clavo firmatum jam quadrimus descendit, ac ei ieso repente assere in undam delapsus, nulla sui parte exstante, ad portum usque sub aqua defluxit. Cùm præteriens fortè puella, ex fluitantis vestimenti lacinia, quoderat, suspicata, repente se in aquam collo tenus præcipitat, & extra eum infantem in ripa deponit. Dum vocantur parentes, dum de tristi casu fama diffunditur, dum ad me ritum, ut rebeat, infantem omnes concurrunt; ille fanus ac vegetus se fert obviā, prædicantibus omnibus iterato cœli favore servati m.

*Miratio-
genia.*

Nuces & cetera illius ætatis crepundia ne tangebat quidem; seria potius, & quæ pietatem spectabant, agere & sciscitari solitus. Semel tantum, cùm Dedicationis festo tibicines in popina choream animarent, eâ musicâ captus, obtentis à parente nummulis fistulam emit, ac mirè latus domi inflare coepit. Cùm Pater subridens: heus, inquit, Andrea: nullus fistulator ad cœlum venit; qua voce exterritus puer abjectam momento fistulam nunquam resumpsit. Nunquam inobedientem sibi parentes meminerant; nullum unquam in ea ætate excidisse mendacium; aut inter æquales agenti turpe contum.

*Recreatio
celesti vi-
gone.*

Annum agebat duodecimum; Cùm ardens febris corpusculum accendere, ac paucatim consumere coepit. Sub ipsum morbi initium (& poterat narranti, extra dolis suspicionem posito, haberis fides) speculum se obtulit Christus, purpurâ corpus, & auro caput redimitus, cui Mater ad latus erat, Angelorum item, parvulorumque ingens numerus, splendore habituque non explicando; qui omnes cœlum coronantes musicis instrumentis suavissimum melos, quale nunquam auribus usurpâset, concinebant. Post hæc ostensa Paradisi amoenitas incredibile in puer reliquit illuc veniendi desiderium. Exin multa futuræ mortis argumenta dedit. Denique Parochum noctu assidentem rogavit, ut Patrem ex urbe, suum olim in catechesi Magistrum, acciret, cui exomologesin faceret. Lætus eo nuntio Pater Andream inviit. Rogatus inter alia, ubi cor suum haberet? in cœlo, respondit. Iterum: num volens a clubens cōdiscedat? lumenissimus, ait, atque ibi & cœlum & eorum, qui adstant, Oratorem agam. Dicere jussus, quidnam agant in cœlo innocentes parvuli? DEum, inquit, æternum complectuntur. Voluit dehinc animum expiare, quem fors numquam impiaverat. Tum Pater serio ex eo sciitari, jubereque, si quid singulare sibi beneficio Numinis in morbo evenisset, id cum fide ad DEI Gloriam narraret. Ad quæ puer: Dic Virginis in cœlum receptæ, hæc ipsa Cœlitum Regina, suprà, quam dicere possum, elegans, me suâ præsentia, cum Divis Petro, Andrea (cuius nomen gerebat) Joanne, plurimisque Angelis dignata, osculo impertita est suavissimo, ceteris me alloquentibus & amantissime salutantibus; locumque mihi designantes amoenissimum, inexplicabili voluptate ac gaudiis perfusum reliquerunt.

*DEI Ma.
cum vide.*

Sub

Sub hæc incredibili flagrare coepit SS. Eucharistiae desiderio; quâ ut se redderet dignorem, ipsos octo dies, quantumvis arderet febri, nihil unquam refocillationis admittere ante meridiem voluit, estimatio quoad illo Angelorum cibo suisset recreatus. Post pauculos dies matrem, fratresque leitulo circumfusos allocutus: Nunc ait, 'O mater, mors instat. Salve ultimum, & vale. Valete & vos, mei fratres, pietatem colite, & nihil unquam in matrem committite. Sit, precor, vobiscum omnibus semper Deus. Hæc suprema effatus verba conticuit, nec ullam deinceps vocem emisit. Patre tamen pia suggerente, oculis & vultu annuit, & frequenter se crucis signans, sacra Nomina inclinatione capitis veneratus est. Dextrum genu gravishumor, non sine doloris sensu contraxerat; sed lipsanothecā S. P. N. ad collum appensā, pes tumore simul ac dolore liber ad officium redit: saepius emicare visi è vultu radij, qui rosæ instar semper ardebat, sive febris ruborem induxerit, sive altior causa: certè vividus ille & ardens color ne mortuum quidem vultum deseruit. Reddidi^t creatori innocentem animam die 16. Septembri. Eximiam omnium de singulari adolescentuli pietate existimationem fuisse, declaravit populi magno concursu exequias honorantis frequentia, & dicta (qui extraordinarius honor est) à nostro Patre ad colliquescentem dulcibus lacrimis concionem panegyris.

Dum tenellum hunc flosculum ruri legimus, in pulcherrimos frumentos adolescebat litterata juventus in urbanis Sodalitatibus, quibus velut in totidem hortos divisa continebatur. Dilingæ nobilem Mariæ pietatis odorem latè fudit exemplum illustre, quo antecineralium licentiam hoc anno correxere. Nam publicum valetudinarium ingressi, pauperum pedibus aquam affundebant, libabant osculis, argenteo singulos nummo donabant; quæ cùm palam fierent, plurimos etiam de vulgo porrò infanire puduit. Illustrius reddebat exemplum eorum, qui hæc agebant, nobilitas. Dux enim præclari facinoris erat Princeps Radzivilius, cui socios se se Comites terni, ac tredecim Barones addiderant. Qui ex eadem Radziviliorum Domo Augustæ litteris operam dabant, centum florenorum liberali dono Marianum ærarium auxere, cui alias pariter centum intulit Martinus Huber ad D. Mauritij Canonicus. Nec minoris æstimabantur, quæ ab aliis venere, donaria. Eminuit tamen vexillum ducentis fermè florenis emptum, quod idem Radzivilius valedicentes in pietatis suæ & affectus monumentum reliquerunt.

Quàm porrò in erogandis ad DEI gloriam & bonum animarum suis opibus nusquam parcí fuerint nostri Sodales, argumento sit nata paucis abhinc annis civium Landsbergæ Sodalitas. Ipsa principiorum difficultas, uti ardorem auxerat, ita nunc studia incendebat, publicis identidem argumentis probandi novi cœtū utilitatem. Inde, cùm indulgentias, quas vocant Stationum, non pro merito æstimari ex luctantium paucitate intelligerent, ut excitarent languorem, per vernum jejunium quater in hebdomade nostro in Templo Psalmum quinquagesimum decantari à Musicis curarunt, & frequentiorem opinionem populum attraxerunt. Proximis ante Pascha diebus uterque sexus,

*Columnis
igneis in
campo Ly-
cio lateri-
tias substi-
tuunt.*

diviso agmine, ad Christi cenotaphium supplex venit. Huic sequentibus annis copiosi poenitentium ordines multo cum apparatu sunt additi, jussis abesse scemini. Durat in hanc diem pia consuetudo, in eo tantum diversa, quod loco noctis, multis sine dubio incommodis obnoxiaz, diem delegerint; cumque separatis agminibus litteratorum, ac civium Sodalitates eadem die prodire consuerint, nunc una officiat alteri, alternis annis una semper pompam instruat, ac sumptum faciat. Alteram supplicationem post Pascha in campum Lycium duxere, in quo dejectis, queis abhinc anno viam distinxerant, columnis ligneis, totidem alias ex cocto latere substituere. Et hunc morem hodieque retinent, mutato tamen tempore, ita, ut sub Pascha initio descendere ad salutandam DEiparam soliti, nunc festa DEiparæ Elisabetham visitantis luce ea in Virginem religione fungantur. Tertium agmen longius quotannis ad Montem usque Sanctum progreditur, delectâ eum in finem secundâ feriâ Pentecostes.

648. Oettingani Sodales pauperes peregrinos alunt.

Tam pius peregrinandi laborem ut caritate condirent Oettingani Sodales, nihil non egere, quo solari peregrinos possent DEiparæ causâ Oettingam convolantes. Ne sumptum tenuiores horrerent, gentioribus ipsi sàpè egeni hospitiam, cibum, viaticum præbebant. Hortabantur, ut Sacramentorum maxime causâ frequentes redirent, & quæ nostro magisterio didicerant, talium rudes docebant, deque rebus ad DEL cultum, animaque salutem spectantibus dextrè admôdum & cum sensu disserebant. Ante omnia curæ erat, propriam componere familiam, in qua neminem tolerabant de vitio graviore suspectum.

649. Dividuntur Sodalites Friburgi & Constan- tiae; ubi no men dat Jacobus Episcopus.

Ita ad Legum suarum præscriptum formati Sodales cum nullo in loco deesse patarentur publicæ pietatis exempla, optimum quemque ad se trahebant, ex quorum frequentia, cum veteres non sufficerent, novi identidem Coetus oriebantur. Quæ Friburgi Nuitonum coierat Majorum Sodalitas, hoc anno Præpositi Generalis auctoritate Romanæ adjuncta, & titulo assumptæ in cœlum Virginis insignita est. Constantiæ unius, quâ haec tenus omnes continebantur, Sodalitatis, in duas facta divisio, ipsaque præsentatae in Templo Virginis festa luce lectæ Romanæ litteræ, quæ utramque confirmant. Cum in omnibus egregiè implerent officium, castigatione carnis conferri cum primis poterant, quando unus haud magnum linguæ peccatum oclituano silentio expiavit. Atque hos animorum ignes seipsis claros illustravit, una & accendit vehementer exemplum religiosissimi Principis Jacobi Episcopi, qui & ipse nomen suum publicè inter Sodales professus, gaudebat adesse conventibus, ac Menstruum præcipue Patronum sorari cum ceteris; probègnarus, ad trahendos Cœlites hominésque nihil esse Principum pietate potentius.

650. Hale unus Hæc unus pericu lo ad Sodæ.

In perrahendis ad Mariana Sodalitia Sodalium pietati etiam Clementia Numinis collaboravit, quam Hale præsertim in Tiroli gra- tus ille agnovit, qui ut fatebatur, DEiparam ad hoc suum contuberni- litatem per um occultis vocibus invitantem, diu audire dissimulaverat. Hic die trahitur. quadam negotiorum causâ profectus, ac jumento noto ac mansueti- simo

simo usus iter ingressus fuerat tutum , nec ullis anteà latrociniis infame. Postridie ob vium in via saltum cùm ingredi vellet , equus repente subsistere , & redditum , quā venerat , omni conatu moliri , mirante illo rem insolitam , atque in viam revocare modis omnibus necquicquam conante. Urget restitatem calcaribus , cædit , nec gradum tamen ullum promovet. Conspicati rem accolæ accurrunt , trahunt , & ne visa horreret , oculos velant. Verū & cæcus regredi obstinat , negat progredi. Subiit tandem animum hominis , rei insolentiā territi , jumentum alias obsequens , & agno mitius altiore vi retardari. Ea cogitatione defixus versis habenis domum repetit , facili & effuso sponte in cursum equo. Ita relatus ad suos , mox intelligit , ea ipsa die achorā , quā ingredi silvam equus recusarat , cædem in ea à prædonibus factam. Agnovit inde clementiam Numinis , simul venit in mentem pietas , ac patientia Virginis , cuius ad Sodalitium trahentis vocem toties neglexisset. Nec distulit accedere Præsidem , cui & sortem suam multo , quām commeritus esset , felicorem exposuit , & ut inter Sodales adlegeretur , rogavit , votique damnatus talem se vitā ac moribus præstiterit , ut eam non ingrato lervatam fuisse egregiis exemplis ostenderet.

Opportunè hæc tertia accidebant ad incrementum novi cœtus , qui tunc oriebatur. Unus quippe ad id temporis cùm discipulos ac cives continuisset , visum est , ex re amborum fote , si dividerentur. Ipsis 651. Sodalitas civice ibi. igitur Januarij calendis auctoritate Superiorum , civium peculiaris esse Sodalitas coepit : cuius Præfectoram primus gessit Martinus Jezelius , assistere iussis Hippolyto Guarinonio celebris famæ Medico , & Simone Kolbano , regij Parthenonis Capellæ , ut vocant , Magistro. Pro inulgatæ in primo conventu erectionis , ac Confoederationis cum Romana Sodalitate litteræ , Indulgentiæ , ac Privilegia : ac , ne Patribus familiæ gravis frequentia esset , in decimum quartum diem decreti conventus ; quibus vel exhortantem audirent , vel de rebus ad animi curam pertinentibus inter se conferrent : qui cœtus exiguo tempore quinq[ue] quaginta capitum accessione crevit. Commendabant enim quotidianæ pietatis exempla famam Sodalitatum , obieratque nuper è litteratorum numero adolescens , qui fatali morbo prostratus , inter egredia animi cœlestibus immersi testimonia diem atque horam sui exitus prædictis adstantibus ; cui more sanctorum mortuo , in agno civitatis scripsi , parentatum est. Ea res unius quoque ancillæ animum impulit , ut aureos viginti quinque longi servitii pretium , Sodalitati donaverit , certum omni auro ampliorem æstimans , si in bonorum , quæ fieri ab Sodalibus cernebat , communionem venires. Hacten , ut solet pari passu cum studio pietatis profectus in litteris. Laudabantur , quæ publicè dabantur , Dramata , ac nobilem de Theodora Virginè ac Martyre Tragoediam , quo pluribus esset spectandi copia , in publico foro edì rei salinariæ præfeci petiere , sumptibus eum in finem liberaliter suppeditatis. Legum porro Marianarum libello comprehensarunt ut cuique promptior copia esset , ex Oenipontanis Sodalibus unus exempla mille ducenta edi suo ære curavit , organo musico alius oœcum instruxit : discipulis vero in domo S. Nicolai tunc collatio adhuc ære viventibus in paupertatis levamentum florenos omnino duceri. His. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. CCCC tos

652. Colitur ac hominum in Sodalita. & horum in aliob. deficia.

tos submisit; ut nulla serè esset de Superis hominib[us]que bene mercandi occasio, quam non indagaret Sodalium pietas, vel oblatam negigeret.

653.
Exercitiis
S. P. N. va-
cant Augu-
ste Marcus
Fuggerus.

Dum ita largè se in proximorum commoda effunderent, probè simul méminerant, neminem esse cuiquam semetipso proximorem. Inde, ut caritas ordinatè procederet, primâ curâ intra semetipso conversâ ad nostras domos se passim recipiebant, Ignatianæ ascensi dies octo decemve consecraturi. Apud Ingolstadienses quindeni secessere. Augustæ præter Lucam Felicianum Radziviliorum Principum Aulæ Præfectum, Marcus Fuggerus se nobis eadem ascensi instituendum præbuit pari fructu privatæ pietatis, & publici exempli laude. Quam etiam plane singularē promeruit insignis viri cum in finem ex ipsa Helvetia Landspergam prosequi memorabilis pietas. Erat is Parcens Joannis Baptistæ Cydati ante biennium inter tirones adlecti, vir gravis, & perpetuo in Patria Magistratu clarus. Hic cùm filium, exactio probationis biennio ad consueta Scholasticorum vota proximè admittendum intellexisset, Lucernâ Landspergam advolans, primum quidem octiduano secessu excoluit animam: dein, cùm filius consuetâ formulâ se ipsum DEO consecraret, ille pone flectens eundem cœu Isaacum suum Abrahamus in holocaustum obtulit, ac unâ Eucharistiam immissit, magno spectantiū motu. Præter hunc eadem in domo viri duo per celebres eandem virtutis scholam subiécit, quorum unus cœlobri nomine Curio, alter excellentis doctrinæ Jurisconsultus erat. Et hic quidem diu Ignatiana illa exercitia, veluti hamum per trahendæ in Societatem juventuti paratum aversatus, nunc plane à se diversus discessit, cùm firme rediendi proposito.

655.
Religiosi
item in
duobus Mo-
nasteriis,

656.
Et Episco-
pus Basili-
ensis.

657.
Eius judici-
um de his
exercitiis.

658.
Moritur
Bruntrutii
Paschafius
Tyrius.

Dilingæ præter septenos domi nostræ excultos, foris in geminis D. Benedicti asceteriis iisdem sacris exercitationibus vacatum est à novenis. Bruntruti Episcopus ipse met exemplo non minus, quam curâ & labore profuturus, ut se ipsum perfectam gregi formam præstaret, extrema Quadragesimâ per novem dies, depositâ omni alia curâ secessit, ut Ignatiana ascensi imbueret animum. In hac solitudine totus in sui ipsius ac gravissimi muneris cognitionem descendens, ita se animo affectum sensit, ut nihil jam esset, quod pro Numinis gloria, & gregis sui bono agere, aut pati abnueret. Toto secessus tempore ita se Patris animum regentis arbitrio subjecit, ut si minimum in Religione tironem ageret. Egressus his vocibus usus est: *Si Patres Societatis in me vobis aliud contulissent, quam hoc cœlestis beneficium: hoc uno equâffent omnia, que ego bujus Collegij auctor prestiti Societati.*

In ipso Bruntrutiano Collegio incolarum numerus uno capite immunitus est, abeunte è vivis Paschafio Tyrio adjutore laico, qui Luciferus Parisiorum natus, annum in Societate agebat nonum & quadragesimum, ob miram humilitatem, caritatem, obedientiam nostris exterrisque in prelio. Divinorum, ac laborum nunquam satut, quidquid à janua vel triclinio vacui temporis superabat, precibus dare, aut

leccio-

lectioni visus. Ipso jejunij verni initio apoplexia corpus & linguam graviter sideravit ; tantum tamen mentis atque motus reliquit , ut à peccatis absolvit , ceterisque muniri ad beatum finem Sacramentis potuerit . In Tiroli , patria sua , ab Oenipontanis clatus est ex eodem statu laicorum numero Christophorus Oeffner , annos natus quinquaginta quinque , quorum quarum & trintat nobiscum inter varia sui statu officia cum laude egit .

Dilingæ verò vitæ religiosissimè actæ cursum optato fine terminavit ^{Andreas Sartorius} Andreas Sartorius in Transilvania natus , annorū viginti quatuor iustis , ^{Sartorius} nostris meroe Theologiam discere aggressus . Eum ad nos Provincia Veneta exalem miserar . Societate , ob præstitam Bonificio editio obedientiam Reip. finibus excedere jussa . Phisi laborans huc venerat , mitterendus in Patriam , si vires recuperasset itineris pares . At superius omni remedio malum , ut ad iter æternitatis se pararet , admonuit . Ad ferendum de juvenis adulta virtute judicium mors una sufficerit .

In silentio socios , ut vitandi contagii causâ absenserent ex caritatis officio , ac Deum pro se precarentur , admonuit . Extra Mira in morte animi praesens . noctis medium , fratrem per tintinnabulum accitum rogat , Redorem ut evocet : qui statim adventans , cum sensibus planè integris , non a deo morti propinquum ratus , rogaret , quid factum velit è unu , respondet æger : ut preces fiant , quæ felicem migranti exitum impetrant . Ergo de sanctis omnibus confuetæ inchoantur Litanie , distinetè ad omnia ægro respondentे . Post horæ dimidium , cum deficere cernerent , cereum benedictum porrigunt ; quem reverenter accipiens : nunc , inquit , tempus meum adeat ; & quia memini , meum in Tirocinio Magistrum me ac socios monuisse , ut , instante olim morte , gratias agamus DEO pro vita , id ipsum nunc præstabo , verbisque è sacra Scriptura sumptis , grati animi affectum , magnitudinem sensu explicuit . Cumque paulatim sensus fugerent ; iam ajebat . Nihil amplius video ; jam nihil amplius audio ; ac demum verba haec ultima proferens : In manus tuas commendabo Spiritum meum , sanguine obdormivit .

Æquè felici exitu vivere desit Landsperge Tironum , ut vocamus , Manudictor Jacobus Biruya , vir consummatæ virtutis . Werner in Brabantia natus anno 1523 . Sutrinam didicit . Ad Societatem Romæ à Generali Jacobo Lainio receptus 1563 . ultima adjutorum temporalium vota , Paulo Heffzo recipiente , emisit 1570 . 25. Julij , vivere desit 27. Decembris ; dum annum vitæ quartum & octogesimum , ab ingressu religionis quartum & quadragesimum ageret . Famularem primùm operam Batavo , viro nobili , locarat ; sed cum infusa in Belgium hæresis , concitatis ad rebellionem Provinciis , humana omnia divinaque misceret ; reliqua Patria Romam profectus , in vicendis Martyrum monumentis , ac reliquo Catholicæ pietatis cultu docerum posuit . Dehinc Deo se in religioso Ordine devovendi desiderio accensus , in Societatem admitti petuit , & impetravit . Indias

Ccce' 2

versabat animo; sed Majorum imperio profecturis in Germaniam Patribus additus, Dilingæ Oeconomum sub ipsa Collegij initia egit; Superiorum arbitrio ita suum subiiciens, ut illi nunquam dubitarent, efficiuntiri, quod Jacobo imperasset.

661. Lustralis aquæ usus, & vis in vi-
no multi-
plicando.

Mira in eo devotionis gratia, quæ omnes, quæcunque forent, actiones animabat. Inter res sacras, aquæ lustralis summa estimatio, & perpetuus usus; quippe quam cibo, pharmacis, vino admiscere consueverat. Profuisse id maxime Dilingæ creditum; ubi, eo cellam curante, vasa ultra confuetum numerum, ac tempus, potione præbuisse notatum est. Annis viginti in rei familiaris cura exatis, Virum, qui spiritum inter medias Oeconomiae citras æquè, ac in summa solitudine conservare noverat, Landspergiam transferte vsum; demandata eidem Tironum, in externis per diem actionibus dirigendis, observandisque cura. Huc delatus, per annos tres ac viginti ea moderatione, ac religiosa prudentia Noviorum curam egit, ut in amore simul ac veneratione apud omnes esset; quippe qui etiam errantes ita corrigeret; ut & errorem intelligerent, & reprehensos se non dolerent. In communis consuetudine mira erat verborum & actionum omnium cura ac circumspectio; ut viri graves, per annos triginta & amplius ei familiares, testarentur sapientius, nihil ab se animadversum, quod speciem peccati præferret. Linguan sic in potestate habuit, ut leviores etiam jocos, aliaque hoc genus sermonis vitia, nec præferret unquam, nec suæ displicentiae nota audiret.

662. Insignis dexteritas in dirigendis pro-
bus.

Facilis ac perpetua illi animi in Deum erecti collectio, & rara sine dulcibus lacrimis in Eucharistia conjunctio. Domi forsique, quocunque in opere, cum Deo ac Coelitibus versabatur animus, mirè excitari sacrarum Imaginum aspectu solitus. Semper aliquas secum in sinu gestabat, quas Sacerdotem fortè ad ægrum comitari iussus promebat in sinu, dum suum negotium Pater abolveret, suaviter cum iis colloqui in silentio solitus. Domi insalutatam vix ullam præteribat, osculis, ubi à nemine se observari credebat, venerari solitus: quodsi cohtingere non posset, elatum manu pileolum admovebat, retractumque exosculabatur. Hernia cruciatus sentire peracerbos solitus, eos fide ac voto ad D. Bennonem ita mitigavit, ut raro admodum persenticeret. Cùm aliquando de ramicun ruptorum acerrimis dolibus sermo illi cum socio esset; isque verbis, quæ de mali acerbitate dicebantur, elevaret; tacuit quidem Jacobus: at nocte inseguente tam graves ex calculo dolores alterum invaseré, ut ferendis impar, ac sumit ptidianæ temeritatis memor, ad Jacobum se continuo conferret, veniamque rogaret imprudentiae; quo facto simul dolorem absersit. Nihil unquam ægris deesse patiebatur; sive quod leniendi dolori, vel revocandis viribus faceret. Tandem virtutem, annis ac meritis cœlo maturum, vehemens, viribusque & pharmacijs valentijs febris invasit, quæ, cum postride S. Thomæ cœpisset, vigesimali septimâ Decembri vita finem religiosissimo seni attulit, suscepitis mortuentum præsidio optimè comparato.

663. Erga Sacras Imagines prius affec-
tus.

Patienti compati di-
scit aliis
suo malo.

Facilis ac perpetua illi animi in Deum erecti collectio, & rara sine dulcibus lacrimis in Eucharistia conjunctio. Domi forsique, quocunque in opere, cum Deo ac Coelitibus versabatur animus, mirè excitari sacrarum Imaginum aspectu solitus. Semper aliquas secum in sinu gestabat, quas Sacerdotem fortè ad ægrum comitari iussus promebat in sinu, dum suum negotium Pater abloveret, suaviter cum iis colloqui in silentio solitus. Domi insalutatam vix ullam præteribat, osculis, ubi à nemine se observari credebat, venerari solitus: quodsi cohtingere non posset, elatum manu pileolum admovebat, retractumque exosculabatur. Hernia cruciatus sentire peracerbos solitus, eos fide ac voto ad D. Bennonem ita mitigavit, ut raro admodum persenticeret. Cùm aliquando de ramicun ruptorum acerrimis dolibus sermo illi cum socio esset; isque verbis, quæ de mali acerbitate dicebantur, elevaret; tacuit quidem Jacobus: at nocte inseguente tam graves ex calculo dolores alterum invaseré, ut ferendis impar, ac sumit ptidianæ temeritatis memor, ad Jacobum se continuo conferret, veniamque rogaret imprudentiae; quo facto simul dolorem absersit. Nihil unquam ægris deesse patiebatur; sive quod leniendi dolori, vel revocandis viribus faceret. Tandem virtutem, annis ac meritis cœlo maturum, vehemens, viribusque & pharmacijs valentijs febris invasit, quæ, cum postride S. Thomæ cœpisset, vigesimali septimâ Decembri vita finem religiosissimo seni attulit, suscepitis mortuentum præsidio optimè comparato.

664. Nobis hanc oportet admodum breviter. I. Alio modis.

Facilis ac perpetua illi animi in Deum erecti collectio, & rara sine dulcibus lacrimis in Eucharistia conjunctio. Domi forsique, quocunque in opere, cum Deo ac Coelitibus versabatur animus, mirè excitari sacrarum Imaginum aspectu solitus. Semper aliquas secum in sinu gestabat, quas Sacerdotem fortè ad ægrum comitari iussus promebat in sinu, dum suum negotium Pater abloveret, suaviter cum iis colloqui in silentio solitus. Domi insalutatam vix ullam præteribat, osculis, ubi à nemine se observari credebat, venerari solitus: quodsi cohtingere non posset, elatum manu pileolum admovebat, retractumque exosculabatur. Hernia cruciatus sentire peracerbos solitus, eos fide ac voto ad D. Bennonem ita mitigavit, ut raro admodum persenticeret. Cùm aliquando de ramicun ruptorum acerrimis dolibus sermo illi cum socio esset; isque verbis, quæ de mali acerbitate dicebantur, elevaret; tacuit quidem Jacobus: at nocte inseguente tam graves ex calculo dolores alterum invaseré, ut ferendis impar, ac sumit ptidianæ temeritatis memor, ad Jacobum se continuo conferret, veniamque rogaret imprudentiae; quo facto simul dolorem absersit. Nihil unquam ægris deesse patiebatur; sive quod leniendi dolori, vel revocandis viribus faceret. Tandem virtutem, annis ac meritis cœlo maturum, vehemens, viribusque & pharmacijs valentijs febris invasit, quæ, cum postride S. Thomæ cœpisset, vigesimali septimâ Decembri vita finem religiosissimo seni attulit, suscepitis mortuentum præsidio optimè comparato.

Funus

Funus velut optimi patentis multo luctu prosecuti sunt nostri ^{667.} Ti-
rones, servanturque hodiecum apud eos, inter alia piorum virorum ^{Insignis de-}
monumenta, nonnullæ carum imaginum, quas fovendæ pietati olim illius virtutis.
Jacobus adhibuit. Funus Cryptæ illatum propè Jacobi Luzij viri te exstima-
tio. Apostolici tumbam est conditum, inditâque sandapilæ pixis ferrea,
quæ in charta pergamenâ viri nomen, Patriam, ætatem, diem mor-
tis descripta seruat; magnum prosector & singulare virtutis testimo-
nium; quippe quod fieri in Societate haud soleat, nisi viris cum exi-
mia virtutis, atque, ut dicere solemus, sanctitatis fama demortuis.

Demum Ingolstadij is ipse, qui Templum & Collegium Ingolstadi- ^{668.}
ense architectus construxerat, primus è nostris inquilinus, diem hoc ^{Mortuus}
anno supremum obiit, Bertholdus Leo, Brackhemii in Wirtenbergia ^{Bertholdus}
Catholicis parentibus natus, Societatem ingressus anno 1564. Homo ^{Leo, pri-}
status sui memor, laborum eo adhuc tempore avidus, quo satiscen-
tem à laborandi necessitate superiorum caritas exemerat. Mortem ^{mus Colle-}
naetus est multis nominibus felicem. Nam octiduo antè, extre- ^{gii Ingolsta-}
mam imminere horam præfigiens, sacris omnibus præsidii ad ean- ^{dientis in-}
dem est præmunitus. Fugientibus inde viribus coactus decumbe-
re, biduum non integrum in lecto supervixit. Demum eo ipso
tempore vivere desit, quo manè Sacerdotum nostrorum sacra duce-
bant initum; quæ omnia statim piacularia & atrata fuere. Quem in
educendo ædificio Inspectorem habuerat, P. Theodoricum Canisium
sextiduo antevertit, quo elapsò etiam ille placidissimo fine quievit.

Quis Theodoricus Canisius fuerit magni illius Petri Canisi, ex ^{667.}
eiusdem Patris secundo conjugio frater, quæ viri doctrina, virtus, ^{Uti & Patre}
munia, qui demique post morbum à Fratre prænuntiatum status, supe- ^{Theodori-}
riorum annorum Historia meminit: ultima nobis, postquam memo- ^{Canis-}
riam, loquaciam, ac se ipsum vir tantus amisisit, memoranda supersunt;
è quibus non pauca videntur notatu dignissima. Lingua igitur ab apo- ^{P. i. D. 27}
plexia malo vehementer affecta, poterat quidem verba formare, sed. ^{n. 146. &c.}
non ea, quæ maximè vellit, aliis pro aliis linguam subeuntibus; præ- ^{sqq. P. 2.}
sertim si certa locoruñ aut personarum nomina edere conaretur. Lit- ^{D. 6. num.}
terarum, atque adeò proprii nominis memoriam malum sustulerat; ^{904.}
nisi quòd duo salutis nomina JESU & MARIAE expedite semper pro-
nuntiaret, & legeret. Id quoque singulare ac memorabile fuit, ^{668.}
quòd, cùm linguae ac memorie uero carceret, si quid ex se proferen- ^{Apoplexia.}
dum esset; legentes tamen alios intelligeret, & ab aliis pronuntiata ^{talus so-}
affirinaret, si vera nō posset; si falla, negaret. Septennium ipsum mor- ^{la Jesu & Ma-}
bus tenuit, ac nonnunquam illum ultimæ vitæ lineæ admovit; Augustæ ^{rim nomina}
prælertim, quo ex Helvetia translatus, ita destitui viribus cœpit, ut ^{integre}
nemo supervicturum crederet. Oleo tamen sacro inunctus, & ^{pronosticis}
sensem & vocem ita recuperavit, ut abire circumstantes juberet, non- ^{re potest.}
dum adesse mortis tempus affirmans. Imaginem solū Virginis ^{Extrema}
DEI Genitricis obverti lecticæ petuit, ut commode intueri posset, dul- ^{unctionis}
ce cum illa exorsus colloquium. Saluti tunc etiam fuisse ^{vis etiam}
creditur S. P. N. pileolus, ægrotanti impositus. Cùm in ea solitu- ^{corpori}
dine cum nullo communicare suā sensa posset, æterno damnatus si- ^{galucaria.}
lentio; conscientiam tamen suam ita semper aperiebat, ut, qui eum
Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. Dddd ag.

audiebat; nihil ultra desideraret. Imò labecularum etiam minimorum impatiens, si quid à se offendum putaret, animi sui arbitrum vel ipsem quæsitum ibat; vel, si morbo vetaretur, jubebat accersiri. Parì modo, ubi cum Superiore rem alicujus momenti tractaret, verbis, quantum opus esset, apparebat instructus. At verò, si ab exteris, iisque Principibus viris, conveniret, suam causatus infantiam, silentio duntaxat, & religiosa corporis compositione venerabatur. Sola JESU MARIAE nomina in corde ac ore, valens & ægrotus absque ullo errore versabat.

670. *Vult de novo alphabetum discere pre candi derio.* Divinis officiis unicè oblectari solito, molesta in primis accidebat illa à Missæ Sacrificio horis que Canonicis cessatio. Inde serio cum socio suo egit: cogitaret de quoque mali remedio. Paratum se, de integro litteras, & earum elementa discere. Cum frustra id futurum admoneretur; libello suo precatorio grandiusculo caractere inscribi voluit Sanctissima JESU, & Mariae nomina, quæ sola legendi ac proferendi facultas supererat. Ex aliorum tantum legione ac colloquii, quos haud difficulter assequebatur, hauriebat solarium; quo tamen ultimo, quo Augusta Ingolstadium translatus est, biennio fermè caruit; cum proprius identidem illum morti admoveret moribus ac senium. Circa res Divinas, quas nunquam non reverenter habuit, tantum fuit illius studium, ut sacram Eucharistiam suscepturnus, noctem præviam majore, quam fractæ vires ferrent, solicitudine traduceret, non sine mali gravioris periculo. Id unum dolere se ostendebat, quod cum nulla in te esse usui posset, nihilominus tam benignè haberetur.

672. *Eius benedictio salutis aliis.* Gestui haud equidem omnis erexit fuerat ad pietatem usus. Nam ea manus, quæ in aliis officiis ac corporis ministerio scè decretabat, in formanda tamen cruce docta erat, quin & salutaris. Fuit siquidem, qui cum alias sèpè & amanter ad Patrem viseret, ubi gravioris valetudinis sentiebat initia, non dubitabat, se sanatum iri, si P. Canilius dextram admovisset, quam pia quadam consuetudine forma to crucis signo abeuntes prosequebatur. Hæc viro tanto per septuaginta & amplius vita fuit; quam cum omnes, veluti duram cum primis sortem, miserarentur, ille admirabili, & eadem semper patientia pertulit, amans eam, sive poenas pro culpis exsolvens, sive gloria in cœlis augendæ materiam. Et tamen incredibile dictu est, quantum eo mentis ac corporis habitu sustinendum fuerit dolorum, atque molestiarum. Sæpè alij, non raro ipse minister, non assecuti, quid vellet, agebant contrarium. Semel, cum sauces gravis dolor occupasset, sedemque mali dígo ori admoto demonstraret æger, dentes eidem dolere interpretatus minister, vocato mox chirurgo eximi cum jussit, quo torqueri Patrem male opinabatur. Hunc tamen cruciatum, priori superadditum, multosque alios, constanter is pertulit; donec deprehensa allunde doloris origine, errorem ipsi sciam, post illatos pro remedio cruciatus, agnoscerent.

673. *Insigne patientie exoplum.*

Judi.

Judicij bonam partem retinuit fermè usque ad finem ; quem cùm ipse cum aliis præsentiorē intelligeret ; extremūm intencius , ^{674.} Desideri. cūm admiratione circumstantium , ad cælum , ad cælum , quanta um celestis Patric potuit voce proclamavit. Dehinc ad consueta sua salutis symbola JESUM & Mariam revolutus , dum potuit , voce recoluit ; cūnque , ad utrumque simul , non amplius sufficeret , alterutrum pronuntiavit. Cūm ne tñi quidem par lingua esset , inchoata voce verbum tertiarbat ; dum omnino elinguis conticesceret . Dextra interim efformabat crucis : huic obrigescenti sinistra successit ; sed brevi & hæc in ipso conatu clanguit. Tandem , ut decenter occumberet , religiosè composito corpore , sine voce & motu dormienti similis horis amplius viginti jactuit , spiritumque adhuc in pectori subsilientem , ac leni tra- Etu ductum occidente sole emisit , 27. Septembris. Ea extincti fa- cies erat , quæ fuerat viventis : spirabat religiosam maturitatem , ap- parebatque in fronte figura in modum crucis , antè non visa. Fu- Crucis fi- gura appa- neratus est in nostro S. Crucis Templo ad aram omnium Sanctorum. rec in fron- te mortui.
De eo , atque ultimæ ætatis statu nobilis Poëta hoc Distichon cecinit ,

Ingenium tristis delevit nobile casus ,
Et rapuit , quidquid legerat antè labor.
Nomina bina tamen , morbusque salva reliquit ,
Plus potuere , omnes quam docuere scholæ.

Quam felix jucundaque his accidit in militia religiosa ad mortem ^{675.}
usque duratio ; tam alteri fuit infaustum , petuisse arctioris disciplinæ cœtate olim
tædio missionem. Erat is olim in nostram Societatem adlectus inter dimissi infe-
rei familiaris adjutores ; sed ab ea , quod accommodare se nostris insti- lix condic-
tutis nolle , ac solvi cuperet , dimissus. Is Oettingam hoc anno ad
adelphotrophium venit , ita bona mentis inops ; ut ad se inediâ interi-
mendum animum obfirmaverit , identidem , desperatum de sua salute ,
jaetam æterni sui exitij aleam esse , clamitans. Qui vociferationibus
exciti è vicinis accurrerant , nostrum accersivere. Is in spem eri-
gere , ad instaurandas cibo vires inducere blandè diu conatus ; cùm 677.
operam suam ludi cerneret , minas etiam adhibuit ; nec hilum profe- Nostrorum erga misericordiam caritas.
tit. Vi tandem actum , & juseulum ori aperto infusum ; quo facto ,
& reliquis de homine custodiendo mandatis , domum Pater discessit.
Sequenti lace redditus sibi miser , ipse Patrem convenit , ac peccata
confessus , sacrâque Eucharistiâ refectus , alio se contulit ; quin ultrà ,
quid actum de illo , compertum sit.

Huic gravem animi mœrorem attulit infaustus è Societate exodus : ^{678.}
alteri mortem accelerasse credebatur negatus in eandem ingressus. Adolescen-
tis ab inge-
su Societa-
tis prohibi-
ti immatri-
camere.
Juvenis is fuit doctrinâ , genere , virtute nobilis ; qui , cùm Societa-
tem ingressurus esset , parentes intercessere. Inde conjectus in mor-
bum , antequam decederet , matrem ac sorores lecto circumfu-
sus hac voce compellavit : en huc recidere stulta vota & spes inanes ,
quas in me collocasti ; & me quidem ingenti præmio , Christum , se-
quentibus promisso , spoliasti : vos vero non levi culpa obstrinxisti.
Sit DEus , oro , vobis propitius , ut pro merito doleatis. Vulnera-
vit hæc oratio præsentem maximè matrem , quæ lacrymis perfusa
Dddd 2 sanctis.

sancissimè recepit; per se nunquam fore, ut ulla proles à Religiose vitæ instituto abstrahatur.

Dōnum ipsam Landsperensem parūm absuit, quin tristī casu
 Tiro funestaret. Bartholomaeus Thurnerus Salisburgensis Patriā,
 vir annorum triginta, & Jurium Licentiatus, hoc ipso anno admis-
 sionem impetraverat. Cū brevi tempore tristis indeoles, atque
 animi turbati intemperies patuit. Dum opinionum suarum tena-
 cem fruſtrā explicare Superiores laborant; eo processit amentiæ, ut
 per fenestrā ſe in atrium præcipitaret. Singularis Numinis infe-
 licem miferantis benignitas fuit, ut nullam corporis partem gravius ca-
 ſu laceret. A levioribus plagis brevisanatus, rēſque ſibi suas habere
 jussus, ad ſeculum rediit. In reliquos tirones non vicinorum tan-
 tū ruricolarum, quorum juventutem catechesi imbuebant; ſed ma-
 gnorum quoque virorum singularis affectus eniit. Cū enim ex
 legum præscripto, quaquaversūm emiſſi, mendicationem obirent, in
 uno quidein Monasterio Reverendissimus Abbas cum ſolenni eos be-
 nedictione recepit; in altero, quod PP. Capucinorum erat, ipſe P. Guar-
 dianus fruſtrā renuentibus pedes abluit; quos alij Patres oſculati ca-
 lidis pannis tersere, insigni utique religioſe humilitatis & caritatis
 exemplo.

681.
 SS. Mac-
 chabeorum
 Reliquias à
 Comite
 Hohenzol-
 lerana ac-
 ceperat, quo-
 modo in
 Germani-
 am vene-
 rint.

Centum florenos Magistratus Landsperensis donavit, quibus
 auctus est Templi ornatus. Illustrissima Comes Hohenzollerana
 Reliquias insignes SS. Martyrum Macchabeorum obtulit, cum au-
 thenticis de illarum veritate testimonius, è quibus & de SS. Corporum
 Coloniam adventu, & ſacris oſſibus inde per Majorum manus cum
 hæreditate ad Illustrissimam Comitem translatis conſtat. Horum diu
 ante Christum in SS. litteris laudata constantia, illuſtrem ſanè ex An-
 tiochi Epiphanis crudelitate palmam promeruit. Corpora Antio-
 chiæ primum, & clarum ex virtutis memoria ſepulchrum naclæ; inde
 poſte à Constantinoplum Christiani Imperii in Oriente Sedem asportata,
 venerationi ſuēre; dum Eustorgius Mediolanensis Archiepiscopus illa,
 ingentis inſtar theſauri in ſuam Metropolim intulit. Cū verò ſub
 annum millesimum centesimum ſexagesimum prium Fridericus Bar-
 baroſſa Imperator Mediolanum arctiflīmè cinctum, ac anno proximo
 fame domitum, everteret; Reginaldus Coloniensis Archiepiscopus,
 Caſarem cum ſuis copiis ad bellum ſecutus, ſublata Martyrum Mac-
 chabeorum oſſa Coloniam tranſtulit, collocata in Monasterio ſacra-
 rum Virginum, tum quidem à S. Magdalena dicto; ab eo autem tem-
 pore, omiſſo priore, à SS. Macchabeis appellari coepit: quod nomen
 poſt annos plūs quam quingentos hodie adhæret, duratque nunquā
 interruptedus, apud populum ſemper Catholicum, SS. Martyrum cul-
 tus. Ea porro, quæ de ſacris eorum Reliquiis Illustrissima Hohen-
 zollerana Landsperensi noſtræ Ecclesiæ donavit, Coloniæ primūm
 maximi muneris loco acceperat Illustrissimus Christophorus Comes à
 Degen, Metropolitanæ Coloniensis, Decanus, & Cathedralis Argen-
 toratensis Præpositus. Is Familia ſuæ poſtemus, cum hæreditate re-
 liqua transmisit ad Carolum Comitem Hohenzolleranum, Illustrissimæ
 noſtræ Fratrem Germanum; atque hoc ē vivis ſublato, filius natu-
 major

682.
 Antiochiæ
 Constanti-
 noplum:
 inde Medi-
 olanum
 transferunt
 sacra
 corpora.

683.
 Coloniam
 Agrippinæ
 tranſpor-
 tantur ab
 Reginaldo
 Archiepi-
 scopo.

684.
 Quaratio-
 ne pars SS.
 Reliquia-
 rum deve-
 nerit ad
 Familiam
 Hohenzol-
 leranam.

major Joannes Amitæ ceslit; quibus mox illa nostrum Templum locupletavit. Scyphum argenteum inauratum addidit; unde populo post Eucharistiam vinum propinaretur. Quæ de SS. Macchabeis hic inserta leguntur, ea, inspectis documentis, comperta sibi Landspergam perscripsit P. Bernardus Myron, ut id faceret, à nostris rogatus.

HISTORIÆ PROVINCIAE GERMANIÆ SUPERIORIS, SOCIETATIS JESU,

PARTIS TERTIÆ,

Decadis Septimæ Annus Septimus,

Sec
Christi M. DC. VII.

SYNOPSIS.

Novus Monacij Patrum Conventus ob Congregationem sextam Generalem n. 685. infamis columnia contra PP. Monacenses ab hereticis sparsa, aut hereticis Serenissimi Maximiliani, & Magistratus Monacensis instrumentis confutata. n. 686. Serenissimus Graecius S. P. N. Ignatio primus Templum condit Schleissheimij. n. 692. Bruno vienibus in tue pestiferâ per trimestre servit. n. 703. moritur P. Simon Graulock, Oettingenus Superior. Töringij, & Baumburgensem erga eum beneficentia. n. 705. edita in lucem à Gretzco & Tannero Ingolstadij. n. 710. singulares DEipara favores erga Sodales. n. 719. Missionum, Sodalitorum, Exercitorum fructus. n. 720. Convictoides ad fidem Ratisbonæ notabiles. n. 724. ut itarioris Episcopus ad introducendum usum Breviarij Romani, recens in ordinem melius. Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Ecce rem

rem redacti. n. 726. Vötteri, Raderi, & Salleri libelli. n. 727. Lyzelburgensis pagi conversio ad fidem absolvitur. n. 730. contagiosa lues Augusta graffatur. n. 739. P. Julius Priscianensis Dilinga moritur, de Religiosis quam optimè meritus. n. 740. Dedicatio solennis Sacelli S. Crucis in Collegio S. Hieronymi. n. 742. Florent exercitia S. Ignatij: Principis Radzivilij post eam peralta exemplum. n. 743. Maria Christierna, & Eleonora Archiduces Regium Parthenonem Hale ingrediuntur. n. 750. eà occasione usus Guilielmus Dux Bavaria stabilit Halense Collegium. n. 751. Serenissimorum Archiducum Maximiliani ac Ferdinandi munifica pietas. n. 752. Starnbensem monasterium nostra operâ utitur in componendis rebellibus subditis. n. 761. Dedicatur Templum Constantiense. 762. ejus descriptio. n. 766. Fontem perennem in hortum Collegij inducit Magistratus: ejus, cum gratia ageretur, responsum. n. 767. Mytenfis Pistor ad fidem conversus liberum in suo pago pro Catholicis obtinet Religionis exercitium. n. 772. Lausanensis Episcopi mors. prædicta Religiosis obsequia, n. 782. apertus aditus in Vallesiam n. 787.

¶ Annus M. DC. VII.

685.
Monachii
Congrega-
ti iterum
Pates ob-
Congrega-
tionem Ge-
neralem-
Electi PP.
Rupertus
Reindelius,
& Antonius
Welserus
substituti
PP. Mel-
chior Her-
telius, Mat-
thias Mair-
hofer, An-
dreas Syl-
vius.

686.
Infamis
contra nos
calumnia
publica
Principis &
Magistratus
auctoritate
consultata.

Indicta in Septembrem Congregatio Generalis, sexta numero, cogendi rusus Conventuum Provinciarum, necessitatem impulit.igitur ad diem Sextam Maij Quadraginta Patrum convehere Monachium, quorum suffragii, qui cum Josephio Provinciali Romam irent, electi Patres, Rupertus Reindelius, nuper ad Urbem Procurator missus, & Antonius Welserus, substitutus, si quis casus hos abire vetaret, Patribus Melchiore Hertelio, Mathia Mairhofero, & Andrea Silvio. Eosdem, quos ante annum, Principum nostrorum favores experti, vel ipsi eorundem mensis assederunt convixisse, vel Principes una in triclinio affidentes venerati sunt.

Serenissimus porro Ducibus Bojariae de Religione Catholica, & minima Societate nostra semper præclarè meritis; uti & Monacensi Civitati, propensum erga nos animum declarandi occasionem insignem præbuere haeretici; quorum cum ipsa Societate natum erga nos insanabile odium, partum hoc anno in lucem edidit, sanè pudendum auctoribus, si pudere alterius rei posset, quam veritatis. Ne infamem calumniandi libidinem unius tantum est suis contribulibus temeritate velare possent, tribus simul locis, iisque minime obscuris, calumnia prodiit. Norinbergæ Joannes Lanzenberger, Augustæ Valentinus Schönigk Typographi sua nomina subscripterant: Lavinganus tantum, homo astutus (quia unus tantum in urbe erat) omisit. Fabulæ, quam, nisi quis conscientiam profligaverit, nemo singat, hoc fuit argumentum. Postquam Jesuitæ Monacensis Collegii pluribus honestæ conditionis Virginibus pudorem eripuerint, id etiam ausos

ausos in Virgine Hospitis filia. Parentem appellabant Philippum Stahel, (quo quidem nomine nemo civium Monachij tunc censebatur) Puellæ unus nomen Elisabethæ, alias Christinæ imposuit. Hanc, ne facinoris autores vulgaret, de nocte jugulatam, ipso in Templo post summum altare in terram à nostris defossam. Ejus cædis, ac funeris spectatorem fuisse Tabularium, quem in scanno obdormiscentem, ac inobservatum Templo incluserint. Ab eo delatam ad Magistratum urbis sacrilegam cædem: qui inspecto tumulo sceleris compertos, quinque Jesuitas abstractos invicula, forcipibus cudentibus laceratos, loris dein è viva cute sectis, fractisque ossibus in rotam actos, crudeli, sed merito suppicio sustulisset. Utq[ue] latissima infamia foret; fabulam triviali versu in cantilenas digestam, veluti certum ac notorium factum, in nundinis, qui facere ex his quæstum solent, viri scœminæque per fora cantabant. Admoniti nos ab amicis, rem apud hæreticos fidem, plausum apud malevolos ferre, missa passim scleris latè sparsi exempla ad Principem atque urbis Magistratum detulimus, justissimè flagitantes, ut & nostro, & suæ, qui damnasse dicerentur, famæ consulerent. Utrisque admirationem simul & stomachum impudentia movit talia libidine tam inflana fingenitum, quorum è vicino peti confutatio poterat, cum certo suo dedecore; nec sine Magistratum nota, qui suos in famam Ordinis, tot publicis inter Catholicos muneribus clari, adversùs naturæ, & patriæ leges, tam fœdè tam publicè, & impunè grassari paterentur. Delatum prolixè æquissimis nostrorum precibus, datumque à Serenissimo Maximiliano, rerum potente; tum & civitatis Magistratu geminum de innocentia nostra, & calumniantium improbitate testimonium, ac publico typo vulgatum. Est quidem per Dei gratiam, Societatis nostræ, quam ipsa munera ratio in omnium oculis versari cogit, tam nota integritas, ut superfluum videri possit, adversùs mendacia, se ipsis incredibilia, testimonia transmittere posteris. Tamen quia, quæ scribimus, etiam illi legent, qui Societatis famæ semper imminent, iind & hæretici, qui vel editas unquam fuisse à suis calumnias; aut confutatas, quas edidissent, negant: aliorum insuper Scriptorum exempla nos provocant; unum faltem Instrumentum, ut integrum ac sigillis munitum in Tabulario supereft, inserendum putavi, altero propter similitudinem præter misso.

Son Gottes Genaden, Wir Maximilian, Pfalz-Graue ben Rheyn, Herzog in Obern und Nidern Bayrn ic. Embieten allen und jeden, wessen Standts, Bürden und Wesens die seyen, denen diser unser offner Brieff zu handen kommt, oder für gewisen würdet, unser freundschaft, geneigten willen, gnad und grueß, und füegen denselben hie mit zuverniemmen: Nachdem unlängst verwichener tägen, ain schändliches famos gesang, und ehrenrühriges gedicht, wider die würdigen Patres der Societet JESU allhie zu München, in offnem Druck zu unterschiedlichen malen, und mit benennung etlicher Städte, als Nürnberg, Augspurg, Lawingen, samb wann es alldorten wäre getruckt, so gar auch under dem Na-

men eines Buchdruckers zu Augspurg, der sich doch dessen hochlich beklaget, und umb hulff und rettung seiner Unschuld bey seiner Obrigkeit angehalten, spargiert und aufgesprengt worden, in welchem famos und schand-gedicht bemelten Patribus Societatis wider Gott, ehr/ und die warheit, nit weniger dem hochverpeenten Religions friden zugegen, in gemeinen geschribenen Rechten, auch den Reichs Constitutionen und Satzungen, verbottner hochsträfflicher weiz, grobe unerhörte, auch nimmermehr erfindliche schand-und Mordthaten auffgedichtet, zugemessen, und von ihnen öffentlich gesagt und gesungen worden. Solches schändliche unwarhaffte und ungereimbte Eugen-gedicht aber, welches ohne zweifel von den Widersachern unsers Catholischen Glaubens, und der Societet hessigen missgönnern, nach ihrem lang gewohntem gebrauch, auf anreizung des bosen Geists, als des Vatters der Eugen, und abgesagtem feinds Gottes, der heiligen warheit, und aller deren die derselben anhangen und nachzuolgen, wie vor disem auch mit erdichten unwarhafften fürgeben, eines durch uns bey ihnen den Patribus in ihrem Collegio allhie gefunden, und von ihnen haimblich zusammen getragnen mercklichen Schatz von Gold und Gelt, bestehen, sein ursprung hat, zu verschimpfung der heiligen Catholischen Religion, auch diffamation und verunglimpfung der ganzen würdigen Societet, mit grossem aergernuß des gemeinen unverständigen Pöfels, angesehen und gemainet ist. Als haben wir nit sollen noch wölfen underlassen, mit disem offnen Brieff vor Gott, und der ganzen Welt zubezeugen und bekundtschaffsten, daß mehrbefagten Patribus Societatis allhie mit diser spargierten schandschrifft und Lastergesang wider Gott, alle Ehr, Recht, billichkeit und warheit geschehe, und sie der bezichtigten aufflagen, schand-und Mordthaten allerdtags unschuldig, und alles was in dem erdichten Lastergesang von ihnen aufgegeben worden, der lauter ungrundt, in ewigkeit nimmermehr erfindlich falsche inzichten und unwarheit sein, und daß ihnen ein solches einig und allein auf unverdientem neyd, hasß und widerwillen ihrer feind und missgönnner begegnet, die sich anderwehrt an diser rühmwürdigen Societet nit rechen, noch den loblichen Gott wolgesälligen fleiß, eyffer und mercklichen nuß, welchen dise Patres in der heiligen Catholischen Kirchen mit widerlegung der Ketzereyen und falschen verführischen Irthumben, fortyslantzung der allein seligmachenden warheit, bekehrung viler Irrenden verführten Menschen, und

und sonst in ander mehr weg täglich und von einer zeit zur andern wircken, wie in gleichem der Patrum untadellichen, erbarn, eingezognen wandel leben/ thun und lassen, und ihr geschickligkeit und lehr nit leyden noch übertragen könnten, darüber doch vergleichend Lastermäuler, diffamanten und Schanddichter noch zu schandt und spott werden, und zu Grund gehen müssen, werden sich auch alle und jede fromme, ehrlieche, auffrechte Leut, vor ihnen wissen zu huten, und in dem wenigisten nicht glauben zugeben. Zu Urkund haben wir disen schein und bekundtschaffung mit eigner Hand unterschriben, und unser Fürstl: Secret hieran zu hangen besolchen. Geschehen in unser Statt München, den aylfften Monats tag Junij, Anno 1607.

Maximilian.

Interea, dum sentire se laboris nostris fructum, ipsâ odij acerbitate inimici fatentur; desertis eorum castris, unus & quinquaginta hoc iterum anno Monachij, ad signa Catholica vocantes fecuti sunt. Quod verò suum de nostris in Bonum publicum studiis judicium esset, omnes Boicæ Principes, quos ab æquitate, prudentia, virtute, publica per Europam fama celebrabat, creberrimis, iisque extraordinariis dicam, an ordinariis favoribus testatum volueré. Alii ab omnibus simul, à singulis alii in nos profecti. Celebrata hoc anno Dominicæ, quæ cineralia præcedit, omnium, quæis Templum nostrum Serenissimorum Fundatorum pietas ornavit, SS. Reliquiarum memoria. Id novum Boicæ pietatis inventum, eo tempore, quo licet sibi omnia omnes putant, totum serè excivit Monachium. Erectæ tertiæ extemporalí studio aræ, quas ordine pulcherrimo sacrorum cinerum thecæ ornabant, auro argento, margaritis conspicuæ. Accedebat jam inducta in morem à nobis horarum quadraginta per illud triduum comprecatio, affluente maximo numero ad plenam poenarum remissionem obtinendam populo. Eminebat exemplum Principum, cum religiosissima gravitate ac modestia sacra Religionis nostræ mysteria obeuntium, qui è Templo ad Collegij triclinium digressi, Patres administrandis populo Sacramentis à primo manè ad meridiem fessos alloquio, recreatos, unaque accumbere jussos lautè habuere. Eadem benignitate erga nos usi sunt, cùm Julio mense rediret Sacelli, in honorem S. Crucis dedicati, memoria. Septembribus verò die decimâ septimâ, cùm nuper Græcio Maria Caroli Archiducis vidua, Guilielmi soror, cum liberis advenisset, quindecim omnino è Domo utraque Principes simul triclinium hospites vident, quos eò volentes lubentes Serenissimus Maximilianus deduxit, atque pro Hospitis & convivarum conditione splendide habuit. Quintâ post die Austriacis cum Serenissimo Guilielmo Halam profectis, ipse festa D. Michaëli Archangelo luce ad Collegium ac Templum rediens, post acceptum testem fundationis cererum singulari magnificantia epulum solenne instruxit, cui inter Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Fiss Ephe,

*Conversus
ad fidem*

*687.
Festum SS.
Reliquiarum cele-
bratur pre-
sentibus
Principibus
Boicis.*

*688.
Eorum si-
mul ad nos
diversis
temporibus
venientium
clementia.*

*689.
Quindecim
simul Prin-
cipes Au-
striaci &
Boici in
triclinio
Hospites.*

Epheborum, ac Nobilium ministeria ipse cum Conjugé, Alberto item, ac Ferdinando Fratribus assedit.

690. P. Ferdinandi Kolo-
wrat Prin-
mitius inter-
funt.

Novam clementissimæ beneficentiaz occasionem sumpfere, cùm perduclis jam fermè ad finem Theologiæ studijs, Sacerdos initia-
retur Ferdinandus Kolowrat, nobilissimâ inter Bohemos Familiâ ori-
undus. Is Matrem cùm haberet Monachij, ejus precibus ac Prosa-
piæ honori datum, ut Ingolstadio advectus princi sacrificii solemnia
in nostro Templo celebraret. Velut ad se pertineret ea celebritas,
ita omnes omnino Principes cum pompa Sacrificio adstitere. Pran-
dium iis, vocata etiam Neo-Mystæ Matre, Serenissimus Guilielmus
instruxit: ad coenam ipsum quoque novum Sacerdotem achibuit.
Christophorum dein Scheinerum, iecundum Sacerdotem, evocavit
Ingolstadio; atque jam tum Matheseos peritiâ celebrem, arcaniora
quædam docentem audivit. Ut suam gloriæ Numinis augendæ dig-
nitatem impenderet, maximè ubi nullus ab aliis cultoribus splendor ac-
cederet; hoc etiam anno P. Torrentino in comitatum accepto, Eber-
spergam sub festum Teophoriæ descendit, nostrisque hospitio & men-
sâ contentus, quotidiana in rebus Divinis præsentia, mirè plebis in

Ebersperge Theopha-
riam cele-
brat. Cum Sere-
nissima so-
nore Archi-
duce nobis-
scum co-
nat.

Principem intentæ pietatem accedit. Eundem Patrem & Græ-
ciuinire sibi comitem voluit, indéque redux solus aliquando nobilcum
cum Serenissima Maria sorore, vera Societatis, quocunque devenis-
set, matre coenavit. Id, cùm solus inter nos accumberet,
ante omnia cavebamus, ne ciborum delectus, aut copia disliceret,
carpere, ut superflua solito, quæ nos neutquam ultra religiosam
Principis, & Fundatoris reverentiam esse credebamus.

692. Schleis-
heimi S. P.
N. primus
Templum
condit, &
ejus memo-
riam
celebrat.

Id singulare memoriam dignum; quod haud procul Schleisshemio,
ubi fermè mitiorem anni partem amoenitate loci & solitudine captus
agebat, primus publicum D.P.N. Ignatio Templum exstruxerit; ubi hoc
anno trigeminâ primâ Julij, quo eiusdem beatæ mortis recurrit memoria,
nostris, quotquot possent, adesse, & festam agere diem voluit Qua-
tuor & viginti Monachio ad eam celebritatem profecti. Eos inter duo-
deni qui Sacerdotes non erant, sacra in Divi æde synaxi refereti, facien-
tibus dein ad aram Patribus ministri adstitere. Collegii Rectore pri-
vato ritu faciente, P. Buslidius, Serenissimi Maximiliani Confessarius,
solerne de SS. Trinitate cantavit officium. Sacris in Templo de-
functos suæ mensæ convivas esse omnes Guilielmus iussit; quæ subla-
tâ ad omnia circùm facella ipse duxit, quæque visu ac memoratu dig-
na essent, monstravit.

693. Serenissi-
mo Maxi-
miliani &
Elisabethæ
pedestri
itinere Oer-
tingam pe-
rigrinan-
tium infig-
nis pietas.

In Serenissimis Maximiliano & Elisabetha innata Domui Boicæ
in Deiparam pietas memorabili hoc maximè exemplo eluxit. Oet-
tingam, vetus Boicæ gentis Palladium, religionis ergo profecti, pub-
licæ pietati pedestris itineris molestias adjunxere. In comitatum
adlecti PP. Buslidius & Holonius prædicare satis non poterant edita per
viam humilitatis, patientiaz, religionis exempla. Vigesimâ secun-
dâ Martij civitate egressi, vix extra urbis conspectum venerant; cùm
horrida tempestas oinnia ventis, pulvere, nivibus, grandine miscere,
fœdâque procellam in capita Principum velut ex conjurato effunde-

recepit. Medicus, qui unà ibat, aut currum suadebat, aut redditum. Utroque recusato Princeps, peregrinantum est; inquit, omnia viarum, ac tempestatum incommoda experiri: experiamur & nos. Ita progressi preces, Clericis iter acturis præscriptas, cum nostris inchoarunt, cùmque morem quotidie tenuerunt. Certas per viam horas, rerum divinarum contemplatione taciti consecrabant; alias precibus cum comitatu dicendis, aut familiari de rebus ad pietatis cultum spectantibus colloquio fallebant. Egentium turbis, quas fama congregaverat, effusa liberalitate datum. Nam quatuor ex famulitio id negotii dederat, ut nullum, qui stipem rogasset, indonatum præterirent. Ipsa Serenissima Elisabetha oblatum cum butyro placentæ crustulum ab obvia foemina jucundò admodum vultu & animo acceptavit, munificè donantis affectum remunerata. Ubi primùm sacra Virginis ædicula eminùs conspecta est; mira animi voluptate, ac coelesti quadam voluptate perfusi, in laudes DEI DEique Matris erupere, musicis Mariana encomia decantare jussis. Sequens dies salutatæ ab Angelo Virgini sacer totus in rebus Divinis abiit. Nam primitum ambo Principes publico loco ad Sacerdotis genua confessuri accidere; dein summa cum religione Numen in sacra Eucharistia suscepserunt. Dum Sacerdos ritu privato faceret, & alterum dein Sacrum solenni cum cæremonia cantatum succederet, Principes à genibus nunquam surgere, aut oculos ab objecta Virginis Effigie deflectere visi. Serenissimæ Elisabethæ præter alia munus erant quinque millia florenorum, unde Sacerdos aletetur, qui quotidie in illo Sacra-rio salutarem DEO Hostiam litaret. Vigesimâ octavâ mensis, post integrum hebdomadem inter ea pietatis exercitia consumptam, redière Monachitum.

694.
Offert Se-
renissima
Elisabetha
pro Sacro
perpetuo
sæco. flo-
renorum.

Serenissimorum Alberti, & Ferdinandi, Coadjutoris iam tum ^{695.} Serenissi-
Coloniensis, haud minor erga nos erat clementia, saepius vel suâ nos morū Alber-
mensâ dignantium, vel ad nostram se demittentium. Posterior se-
mel cum Marchione Spinula, Coloniensi Canonico, alias cum Mar-
chione Malaspina nobiscum pransus; ne tempus quidem mensæ in sui
gratiā protrahi passus, cum nostris surrexit. Famulorum nemine Cum Mar-
in triclinium admisso, unius è nostris in cibo inferendo obsequio usus, chionibus
vinum ipse sibi ex apposito vase infudit. Nec aquam à mensa ma- Spinula, &
nibus affusuros admittens, ad commune gutturnum cum aliis lavit, in Collegio
horamque communi colloquio destinatam cum Patribus inter clarissi- Malaspina
ma animi erga Societatem propensissimi argumenta transagit. accumbunt.

Illusterrimus Apostolicæ sedis Nuntius Comes de Portia octidu-
um, Celsissimus Princeps & Episcopus Ratisbonensis dies quinque, Ut & Vien-
nostro ita usi hospitio sunt, ut mensam utriusque semper aula instrueret. nensis Epi-
Episcopum Viennensem Melchiorem Clefeliū ad nos visentem bis, scopus Mel-
semel Transylvaniæ Episcopum è Franciscanorum familia frugali pran- chior Cle-
dio nos exceperimus. felius; &
Episcopus. Transylva-
niae Franci-
seanus.

696.
Civium in-
gens in
pauperes li-
beralitas.

697.
Et Serenis-
simæ Elisa-
bethæ orna-
tum Tem-
plo donar-
eis plus
quam 5000.
floreno-
rum.

Rustica, sed
accurata
confidenti
ratio.

Ancillæ in
fide con-
stantia.

In thermis
ad S. Pe-
trum vale-
tudinem si-
mul noster,
& amitas
curat.

699.
Elsenheli-
nius Que-
stor & Pa-
rochus
Landishu-
tanus exer-
ciua obe-
unt.

Civium tam eximia in pauperes liberalitas extitit, ut unus nostrorum florentios corrogârit bis mille sexcentos & quadraginta, subsidium in multorum necessitatis suffectorum. Soli Gregorianæ Domui donata hoc anno à civibus duo florenorum millia. Eos omnes supergressa est unius Serenissimæ Elisabethæ in Templum nostrum regia munificentia. Obtulit illa Propetasma ad aram, pallium Sacerdotale cum cultu sacrificantis ac ministrorum, involucrum libri, pulvinum, omnia auro & argento radiantia, atque arte insuper singulari elaborata. In eo opere faciendo insumptum triennium, factæque impensæ amplius quinque millium florenorum. Aucta rei Divinæ splendor, civium & accolarum ad rem Divinam confluentium numerum, & reverentiam indies auxit. A ducentis & quinquaginta passuum millibus non nulli venerunt animum expiatum. Numerum inde colligas; quod unus Patrum decies milenos audiërit. Ex agro fœmina omnes vitæ retrò actæ noxas una confessione delere certa, cum litterarum rudis esset; modum tamen, ne quid memoriam effugeret, reperit. Nam peccata sua certis signis in mensario orbe notavit; ex quo illa Sacerdoti cum magno pietatis sensu, velut ex charita recitavit. Ancillæ Monachium cum fortunarum jactura reveræ supra conditionem animus & constantia sicut. Ut familiam, cui serviebat, alio commigrantem sequeretur, fraude induxerant. Cumque illa Heidelbergæ, quæ Palatinatus ad Rhenum caput est, & Calvinam tum tota sequebatur, consedisset; non defuit Sectæ Praeco, qui ad defectionem sapientiam importunissimè urgeret. Cum omne deesset præsidium, fugâ decrevit exire periculo; ac domo, veste, mercede reliqua Monachium evasit, cujus egregiæ virtuti non dubiæ fidem egestatis patientia, & morum probitas fecit.

698.
Dachaviam
& Tölzium
excurritur.

Ad Dachavienses Quadragesimæ tempore per intervalla excusum; qui nihil ab eo, quem aliis annis conceperant, ardore ac studio erga nos remisere. Tölzium invitati à Præfecto Crivellio per majoris jejunij dies, bis diebus Dominicis, ter per hebdomadem magnam hominum multitudinem erudiere. Unus valetudinis causâ ad vicinas thermas, à D. Petro dictas, missus, quidquid ab earum usu temporis erat reliquum, curandis aliorum animis dedit. Duodecimes ad populum dixit; rudis plebeculæ confessiones audivit; Cathechesin explicuit; pias quasdam consuetudines introduxit; & fœminam jam triduum laborantem, submisso cereo agno Del, confessim partus difficultate levavit; quo eventu magna sacræ ejusmodi amuletis conciliata veneratio est.

In urbo pluribus jam ferè ad ultimam vitæ lineam pariendi labore deductis, saluti sicut Reliquiarum S. P. N. Ignatij usus. Ingentia verò animi bona sacris ejusdem exercitationibus se debere professi duo magni nominis viri; Elsenhemius Quæstor Principis, & alter urbis Landishutanæ Parochus; qui earum causâ se in Collegium receperè. Ejus regimen die vigesimâ secundâ Augusti P. Mathias Mairhoferus Magistratu decedens P. Jacobo Kellero tradidit. [Sub autumnum proximum Belisarium suum Bidermannus in scenam dedit, plaudente orchestra, quam septendecim omnino Principes partim Boij, partim Austriaci ornavere.]

Ex

Ex his qui D. Sebastianum veneraturi Eberspergam invisiere,
erant Austrini duo, Maximilianus, & Ferdinandus; Boici tres, Ferdi-
nandus Guilielmi Ducis Germanus, cum Maximiliana sorore, & Al-
berto Maximiliani Fratre. Guilielnum ipsum proximum à Theopho-
ria octiduum hic egisse nuper memoratum. Wolffgangus etiam Ra-
tisbonensis Antistes hic rem Divinam, ex itinere divertens, peregit;
cuius omnis comitatus, peracta apud nos tro confessione, Divinæ
mensæ accubuit, & sagittas sacri Cranij attacku sacratas è Principis sui e Boicis,
manu accepit. Septem alij, huc voti causa profecti, asseruere, se
votis ad Divum Martyrem factis à pestifera, quā laborassent, lue con-
valuisse. Parochorum quidam, serpente per pagum lethifera lue,
jam viginti suorum desiderabat. Is, graviora veritus, voto pro se
fuisque nuncupato, solemnam huc supplicationem instituit; à quo
tempore ne unus quidem vel leviter eo malo se tentari sensit. Fœ-
mina bis abortierat, iussa, dum uterum ferret, iterata quinques quo-
tidie Dominica preicatione ac salutatione angelica Virgini supplicare,
partum incolorem edidit. Altera jam horas duodecim parturiens,
nostro, ut pro se faceret, supplex, sub ipso Sacrificio incoloris vivum
infantem enixa est.

Cum omnis circum vicinia nostrorum catechesibus vel concioni-
bus personaret; Pfeffenhusium quoque paulò longius tertiaz Proba-
tionis Patres sub Majus jejunium prædicatum missi. In ipso aditu obvium habuere hominem, à recenti rixa & vulnere saucium, adver-
sario ultima minitantem. Eum delinire aggressi, ita tandem mi-
tigatum dimisere, ut & inimico ignosceret, & magnas etiam gratias
admonitoribus ob Christianæ caritatis officium ageret. Oppidum
ingressi, salutato primùm Parocho, statim ad pauperum curam con-
versi, leprosorum, ac ægrorum contubernia adiérunt; quorum sapientius
ob egregium fructum iterata visitatio. Funera quoque pauperum
prosequebantur; mendicos ad Confessionem invitabant; puerorum
scholas ingressi, eos ad pietatem ac mortum innocentiam informabant.
Hac agendi ratione magnam apud Deum hominesque gratiam iniérunt,
quod in iis, quæ ad salutem pertinerent, nemo esset, cui copiam sui
non facerent.

Paria & majora promeriti à Brunoviensibus Oettingani Patres;
quippe quibus, in ultimo discrimine constitutis, pari suo periculo in
auxilium accurrere. Pestis hoc anno Brunovium invaserat; erat-
que prima Parochi ac Magistratus cura, ut è nostris duos Oettingen pe-
terent; unde binos jam nuper sub Quadragesimam impetraverant.
Missi sunt Octobri exeunte Patres Joannes Molitor, & Michaël Ka-
ger, læti oblata provinciâ, & suas pro salute Brunoviensium animas
ponere certi. Hoccebantur è pulpito; privatis excitabant collo-
quii; jejunia, supplications indicebant volentibus, & quā ducerent
sequi paratis. Ingens morum, obversante semper ob oculos mor-
te, mutatio. Patres præsto erant lue correptis; cūmque collapsam
intelligerent vetustam, ut vocant, Confraternitatem sub Divi quon-
dam Sebastiani nomine celebrem; opportunissima occasione usi,
magna civium voluntate instaurarunt. Visumque consilium id in
Histor. Prov. Germ. Sup. S. f. Tom. III. Dec. VII. Gggg tem-
703. 704. Instauratur
Brunoviensibus in lue
pestilente per trime-
stre servitur.
Confrater-
nitas D. Se-
bastiani,
præsentis
cum fructu.

tempore captum : remisit contagio , & post trimestre , quod in Bruno- viensium obsequio ambo Patres exegerant , salvī & incolumes Oettin- gam sunt reverfi .

^{705.}
Moritur P.
Simon
Graulock
Oettinge
Superior.

Ipsa porrò Oettingana sedes , dum sanum recipere sperat , pro- cul Domo superiorem suum amisit , P. Simonem Graulock , Brigantij natum , annorum octo & quadraginta , quorum octo & viginti nobis- scum egerat . Jam diu vacillabat valetudo , quæ cùm artes Medi- corum exhaustisset , thermas Bernsteinenses experiri iusserunt ; in qui- bus , dum sanitatem querit , vitam amisit . Illustris viri Törringij , nostri Ordinis amantissimi , hospitio haud procul Salisburgo usus est , Paumburgensi etiam Præfule multum pro viri salute solicito , & , quæ opportuna morbo videbantur , mittente subsidia . Verum calendis

^{706.}
egram in
suam ar-
cem recipit
Törringius.

Augusti , cùm viribus collapsis mortem præsentisceret ; Oettinga Pa- trem evocat , cui postridie per confessionem , summa cum religione peractam , totius vitæ rationem reddidit . Petita deinde ab eo , & Ordine universo , ac præsentibus erratorum yenâ , vota pridem nun- cupata è scripto instaurat ; tum per quartam ferè horæ partem sermo- ne ad circumstantes habito , gratias pro beneficiis agit , & memorem perpetuò animum spondet . Urgente posthac vi morbi , iterata Confessione noxarum abstesit reliquias , sumptaque in manu Christi morientis effigie , tricies ferè , qua potuit voce , JESU nomen ingemi- nans animam exhalat . Erat mitis ingenii ac placidissimis moribus , quibus omnium sibi animos facile conciliabat . DEparæ singularem in modum addictus , in juventute quoque ad morum innocentiam in- stituenda mirificè valuit . Corpus à Paumburgensi Antistite (qui de- cumbentem sèpè solatus , morientis quoque animam exceptit) cura- tum , currúqne in Cœnobij Templum , quod quinque passuum milli- bus à castro Törringij aberat , deductum est . Adventanti tota Re- ligiosissimorum Patrum Familia ritu lugubri occurrit , & solenni ce- remonia exceptum , exequiis vespere ac postridie celebratis , terre commendant . Quin & pro cœnobij more , trigintadiale Sacrum , velut uni ex suis , fieri Reverendissimus Præfus curavit ; singulari pror- sus , & non tacenda in nostris annalibus , celeberrimi Collegii carita- te in mortuum , & affectu in Societatem .

^{707.}
Paumbur-
gensis Pre-
fus & Con-
venus
mortuum
honorificè
epeliunt.

Eius etiam singularia argumenta edidere magni Principes ; quo- rum nullus in vetustissimo hoc suo Sacrario Virginem cultum venerat , qui nos præteriisset insalutatos . Eos inter , quos supra meminimus , Maximilianus cum conjugé Elisabetha , Albertus & Ferdinandus Ger- mani , Guilielmus omnium parens ; Leopoldus & Carolus Archidu- ces . Denique uno eodemque tempore duodenitum Boicæ , tum Au- striae Principes domi nostræ pernoctantes , inter angustæ habitationis in- commoda , grande profecto edidere propensissimi in Societatem no- stram animi testimonium . Ratisbonensis deinde ac Gurcensis Epi- copi nostra tecta subière . Neque ullus sine beneficio discessit ; aliis ornatum Templi , aliis Divorum cineres auro argentoque locu- pletantibus . Catharina tandem Törringia centum aureos testa- mento legavit .

^{708.}
Oettingæ in
angusta no-
stra domo
duodecim
simol Prin-
cipes per-
noctant.

Uti & Epi-
copi Ra-
tisbonensis
& Gurcen-
scopi.

Eius etiam singularia argumenta edidere magni Principes ; quo- rum nullus in vetustissimo hoc suo Sacrario Virginem cultum venerat , qui nos præteriisset insalutatos . Eos inter , quos supra meminimus , Maximilianus cum conjugé Elisabetha , Albertus & Ferdinandus Ger- mani , Guilielmus omnium parens ; Leopoldus & Carolus Archidu- ces . Denique uno eodemque tempore duodenitum Boicæ , tum Au- striae Principes domi nostræ pernoctantes , inter angustæ habitationis in- commoda , grande profecto edidere propensissimi in Societatem no- stram animi testimonium . Ratisbonensis deinde ac Gurcensis Epi- copi nostra tecta subière . Neque ullus sine beneficio discessit ; aliis ornatum Templi , aliis Divorum cineres auro argentoque locu- pletantibus . Catharina tandem Törringia centum aureos testa- mento legavit .

Nos non tam accipere beneficia, quam mereri contendimus.
 Ab hæresum erroribus liberavimus denos, quos inter publicus alicubi
 in ponte mendicus, qui, sacrilegè nequam, triginta ipsos annos pro
 Catholico se gesserat; & ne sportulâ fraudaretur, sàpè ad D. W olf-
 gangi ad tremenda Mysteria inter alios inexpiatus accesserat. Is no-
 stro se tandem aperuit, hæresimque ac cætera crima confessione de-
 posuit. Sacerdoti, ad mortem properanti, noster tempestivus
 monitor salutis fuit. Lenta tibi depastus, quo propius à morte a-
 berat, eò longius se abesse ratus, salutares amicorum admonitiones
 cum stomacho repellebat. Evocatus ab eisdem Pater, primo con-
 gressu nihil profecit. Regressus à prandio flexit hominem; volen-
 tem expiavit, & triduo post funeravit. Mortem colonus evasit,
 sarciendo damnum, quod fraude intulerat. Graviter decumbens,
 avernas à se decimas fassus, ubi primum, Patre persuadente, pretium
 pro damnno persolvit, morbo simul levatus convaluit. Grandia &
 penè quotidiana Divinæ Matris in suos clientes beneficia Marianæ
 Historiæ materia sunt: nostrum esse duximus, publico privatoque
 studio pro viribus accendere pietatem in Virginem, quæ Christi Eccle-
 siam, ab hæresum synagogis, tam luculenter distinguit.

Pre ejusdem Ecclesiæ honore invictus Heros Jacobus Gretserus,
 etiam hoc anno in aciem prodit. Adversus Roberti Cardinalis
 Bellarmini Tomum primum Controversiarum Ministri quidam aca-
 tholici quædam in chartas effuderant, quæ confutare Cardinali pub-
 licis Ecclesiæ curis dignius & utilius occupato nec lubebat, nec vaca-
 bat. Eo quād maximè approbauit stylum in eos Gretserus strin-
 xit, ediditque primum Tomum *Defensionis Bellarminiana*, adjectis
Treatibus tribus de Bibliorum certitudine. Data etiam viro
 quem ubique celebrem sua eruditio fecerat, ex Urbe provincia re-
 fellendi, quæ occasione gravissimi dissidii, Pontificem inter ac Vene-
 tos orti, adversis Ecclesiasticam immunitatem scripserant nonnulli,
 qui tueri debuerant. Librum ergo oposuit, cui nomen indidit
Confederationum ad Venetos Theologos. Quia etiam contra libros, de
 Disciplinis seu flagellationibus ante annum excusos, Augustani qui-
 dam Praecones, varia, ut solent, criminando insurrexerant; sibi
 néutquam auctor defuit, ac illa *Predicantem vapularem* (ita li-
 brum nominarat) oposuit. In causa Veneta duobus etiam libris
 Ecclesiæ causam Adamus Tannerus propugnavit. Duos arenâ ex-
 cedere, mors iussit; præmatuè ambos. Prior Carolus Scheittenber-
 ger, Glotrensis Suevus, super Philosophia curriculum ingressus, con-
 ceptas ex placida indole ac moribus pessimulo intulit; occulta tabe
 consumptus. Alter P. Casparus Neuhausen scriptum ac trigesimum
 etatis annum agebat, ab ingressu in Societatem decimum septimum.
 Nobili & equestri Suevorum familia in Wiesenbergia oriundus, coepit
 iam Ingolstadii Legum studio animatum ad Societatem adiecit. Pa-
 ter juvenilem affectionem ratus, ex nostra, quibus a puero educanduim
 tradiderat, consuetudine iudicium; multis nec leibus experimentis
 exploravit constantiam. Nihil planè in temptationibus motum, ipse
 ad nos perduxit, & seruum suis rerum humanarum contemptum,

egregiae virtutes probavere, quibus generosum animum imbuerat, mediocria longè supergressum. Cumque virtutis existimatio apud nos eum multo magis, quam clarum genus nobilitaret, gubernationi admoveendum Superiores censuere. Verum Ministri munere Ingolstadij cum laude functum, & jam alicubi Rectorem designatum, mors occupavit die sexta Maij.

713.
Sodales
miram co-
litus opem
experiun-
tur.

Partheniam contrà juventutem variis tentatam malis coelestis, quam infirmorum salutem vocamus, Mater defendit. Unus è Grammaticæ Tirocinio jam tertium mensem domi mutus residebat, mutuantur, quæ vellet, exprimere valens. Cum ecce! ipsis Pentecostes feriis, quibus olim diserti facti erant Apostoli, mirantibus cunctis recepit loquendi facultatem, supplex cum parentibus voti reis ad Salvatoris ædem profectus. Alterius è minori Sodalito corpus intumuerat, cum tanto periculo, ut conclamarent medici. Commendatus ex more Sodali precibus est; qui dum in odeo suo Virginis auxilium communibus votis sollicitant, tumor illico subsidere coepit, atque æger intra paucos dies salvus & valens surrexit. Alius aquâ intercute suffusus, propè exitum erat. Oleo sacro delibutus, &c., quod unicè præterea in mortis solatium rogaverat, in Sodali censem relatus est. Convaluit inde, ac postridie sanus ac salvus incessit. E latronum manibus alias, invocata Virginis, jam captus evasit. Toti omnes erant in colendo ornandoque Sodalito, quod hoc anno etiam Scipio Gonzaga Princeps Imperij, dato nomine nobilitavit. Diffidentium unus centum florenos Sodalito, totidem miseris distribuendos reliquit. Fuit, qui pauperculo laboranti alimenta corrogavit, dum revaleret, ac nomen cœtui Parthenio daret. Majorum Sodalitas, cum foeda lues suburbanos circum pagos vastaret, publica comprecatione avertere à miseris pestem contendit.

714.
Reducti ab
hæresi 15.
una post
obtentam
sanitatem
voto ad
Virginem
Einsidens-
sem edito.

715.
Punitus
carnium
die verito-
sus.

Quindenos inter, quos ab hæresi ad fidei communionem admissimus, fuere nonnulli qui Sodibus Partheniis debere se salutis initia ultrò fatebantur. Puellam in hæresi natam corpore simul atque animo ipsa DEI Mater sanavit. Brachij usum amiserat, necessarium ad vitam servitio sustentandam instrumentum. Delata ad eum locum Catholica mulier auctor fit voti ad Divam Virginem in Helyvetiæ Eremo edendi. Illa, ne quid intentatum relinquoret, vovet; ad Eremum Mariam abit, & morbo soluta Ingolstadium ex via divertit, ubi hæresim detestata, sospitricem colere Virginem ex animo coepit. Regressæ ex simili peregrinatione religiosæ ceteroquin foeminæ, negabant, se appositæ à caupone hæretico carnes interdicto die gustaturas. Aderat audacior quispiam, qui diceret: sumerent modo innoxios cibos: se culpam & noxam suo corpore præstaturum. Itum à mensa ad ædem quandam lacram, è qua dum malus ille consultor egreditur, in ipso limine repente in sublime elatus tanta vi hymni affligitur, ut ægræ animam traheret. Aderant, qui ad rem insolitam obstupecebant, plurimi, interque illos ex ipsæ foeminæ, quæ eo auctore præceptum violaverant, & alieno malo admonite sanctius habere Ecclesiasticas sanctiones didicere. A Biburgensisibus nostris duo Catholice sentire docti; & multis apud eos hoc etiam anno

quo donis culta Allerstorffensis DEipara, in cuius thesaurum calicem cliens argenteum intulit.

Ex eodem metallo eleganti opere elaboratum Templo Landspergensi donavit vir nobilis Carolus Eisenreichius, Brunoviensis Praefectus, duorum eo nomine in Provincia Patrum germanus frater. Joannes verò Koppelius, Granario Principis Landspergæ Praefectus, eleganti Imagine, qua Diva Virgo irati Numinis tela avertens exprimitur, cavam muri partem ad aræ Marianæ latus non explevit tantum, sed præclarè exornavit. Quæ dudum Patronos alios liberalitate vicit Illustrissima Comes Helfensteinia vidua, ea hoc etiam anno in Templi ornatum florenos trecentos impedit. Difficilem verò ascensu montem, cui Domus nostra cum Templo incumbit, cùm à senio debilis jam ægrè superaret; in ædes quasdam nostro Templo vici nas migravit, quas nonnihil ampliores & habitabiles fecit; unde planiore via patebat ad Templum accessus. Pratum insuper trans Lyci pontem, cæmiterio proximum, ære suo nostræ villæ adjecit, magno Collegij commodo; cui centum florenos consueta liberalitate Senatus donavit. Crescebat piorum munificètia tenuis adhucdum Collegij res, emptaque sunt quatuor jugera agri, & horreum domestico horto contiguum pretio mille florenorum.

Crevére haud minoribus augmentis nostrorum labores, jámque locis in urbe duobus, extra illam omnino quatuordecim explicabatur catechesis. Domi Sancti Parentis nostri saluberrimis exercitiis informabantur ad virtutem viri; quorum probitas conjuncta erat cum salute plurimorum. Erant hos inter optimæ famæ curiones bini; tertius Sacrarum in cœnobio Virginum confessarius; quartus libellum disciplinarum Magisterio insignis. Ingentes Spiritus utilitas feci; omnes reportarunt, ut posthac Parochi illi vulgo tantum nominarentur Jesuitæ; quæ quidem appellatio nec de illorum honore detraxit, & populi fiduciam auxit. A civibus impetratum, ut ægris ac miseris in valetudinario publico eleemosyna decerneretur, nunc quain desitura.

Cœptam ardore pulcherrimo nuper civium Sodalitatem Paulus V. primum Pontifex maximus; tum & Henricus Episcopus approbârunt, confirmâruntque; quorum Diplomata cùm lecta publicè apta paraphasi explicâsse noster, multos ineundi Sodalitii desideriumcepit. Statim aliarum Sodalitatum more in die Parasceves flagellatum se fu, ac cruces humeris trahentium agmen eductum; quæ res anteà Landspergæ non visa cùm multum cives exterisque moveret, unus inter spectantes hereticus dicere ad Catholicum civem auditus: vos quidem recte videmini intelligere, ac serio perpendere illam Christi Servatoris sententiam: *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Nos profectò nihil agimus, unde ullus Religio- nis ardor eluceat.

Non

721.
Laboratur
Schongavij , Ober-
dorffij .
Nesselwan-
ge , & in
acidulis
Tirolensi-
bus .

722.
Rarum in-
ter eas al-
pe singu-
laris casti-
tatis exem-
plum .

723.
Pruetus ex
silva Boica
collegi .

724.
Ratisbonæ
adjuncti
Catholicis
34. unus
præsertim
notandus .

Non ex vicino tantum , sed remotiore etiam agro collecta mes-
sis ; nostris ad curionum populique preces Schongavium , Oberdorf-
fium , Nesselwangam missis ; ubi vigebat adhuc ex nuperis obsequiis
incolarum erga nos affectus . Unus Tirolensis acidulas potare à
medico jussus , dum corporis valetudinem curat , animarum saluti
quam maximè profuit . Totam ferè expiavit viciniam ; dissiden-
tes , duos præsertim diu restitentes , composuit . Mirum in ea solitu-
dine , quæ veluti inter spinas lilia repererit . Par conjugum inter alios
animi expiandi causâ accessit , quod procreatis aliquot liberis , conser-
su mutuo , jam ante octennium continentiam voverat , sancteque ser-
vabat . Tracti parentum exemplo filius cum sorore , interposita
voti Religione illibatum florem & ipsi tuebantur . Paterfamilias af-
fere pro lecto usus , statas preces quotidie præbat domesticis ; quo-
rum omnium ianocentiam admiratus Pater , opportunis monitis , ju-
venum præsertim animos , in Angelicæ virtutis amore firmavit .

In Boica silva post iteratam toties culturam , animos minimè
silvestres invenere PP. Emeramus Welserus , & Sigismundus Dacha-
merus , eò Ratisbonâ missi . Rerum gestarum famâ permotus è Pas-
saviensi Dioecesi Decanus ad suam quoque Parœciam invitavit . Ob-
secuti Pastoris optimi votis , quantum licebat , temporis impendere ,
tantumque catechesis una & concio valuit , ut de peccatis audiri unus
& sexaginta rogarent . E silvicolis auditи plures bjs mille septen-
tis , & novendecim ex hæresum labyrintho educti .

In ipsa Ratisbonensi civitate quatuor & triginta Ecclesiæ reddit ;
in quibus duo præ ceteris clari . Unus ex Patria apud Ratisbonenses
familia ; alter in suburbano agro Dynasta , qui uxorem duxurus , in
nobili Procerum corona catholicam doctrinam professus est ; post-
quam dubia , queis tenebatur , accuratè noster antè sustulisset . Ter-
tius , nec ipse ignobilis , viro consulari Lipsiæ natus , Religionis causâ
parentibus deinceps exosus , ad servilem conditionem salutis amore se
demittere minimè horruit . Quartus , haud spernendus pictor ,
Basileæ ab ipso sectæ Magistro Grynaeo in Zwinglii hæresim præcipi-
tatus fuerat . Veriora de Catholicis doctus animoque anxius , &
sapè cum nostro congressus , ex eo certamine victus , palmarum , &
animi pacem retulit . Quintus , Lutherani cùjusdam Præconis , in
hac ipsa urbe minimè postremi , filius mira ratione pietatis fementem
ab ipsius parentibus haustus . Admodum puer sapè domi sermo-
nem miseri de rebus Catholicorum audierat ; quod à pueri præsentia
nemo sibi ob ætatem caveret . Ita non raro advertebat , laudari do-
mi à Patre , quæ idem in populi concionem progressus acriter fermone
damnabat . Alias deinde , sed acatholicas ferè , regiones inspic-
re à Patre jussus , Germaniam , Poloniam , Sueciam , Pannonię
peragravit , atque ubi Catholicorum ubique doctrinam , ritus , cære-
monias curiosè explorâset , idem solum omnes , idem dicere depre-
hendit . Contrà , suæ sectæ homines Saxones , Danos , Suecos , immo ipsos
Germanos Germanis comparans , adeò sibi in fide contrarios reperit ;
ut sapè vix tres super eandem mensam convivæ conspirarent . Vehe-
menter ea res commovit juvenis animum , nondum eversum vitius , &
de

de salute anxium. Reversum ad suos Pater, visurus, an talis, quem dimiserat, rediisset, ad coenam Lutheranam invitatum; cumque tergiversari intelligeret, hæsitare, de sua fide incertum, non dubitat. Ergo sponsam offert, ordinarium, quo adstringere nutantes solent, vinculum. Accedebat ad formam luculenta dos, ambo valida ad inclinandum etiam firmiorem ætatem incitamenta. Multa arte opus fuit juveni, ut cauta simulatione delusos induceret ad concedendas annuas nuptiarum inducias. Inter eas constanter nostrum in æde summa Ecclesiasten audit; dubiis animum liberare decernit; adit Collegium, & disputationem de fide exorsus, iterat saepius. Interea difficili morbo implicitum nihil ita cruciabat, quam quod in eo discriminatione animi morbos nondum sanasset. Discusso periculo, quam primum prodire domo per medicos licuit, ad Patrem reversus, infimis precibus obtestatus est; ut salutis suæ consultum iret extra patriam, in qua utique securitatem frustra speraret. Monachium eo super negotio scriptum; ubi hominem à litteris ac moribus ex merito laudatum inter Notarios Curiaz Serenissimus retulit.

Senior Dux Guilielmus ipsa D. Laurentii festa luce honorem nobis ac Societati singularem habuit, dum quaterni è nostris postrema Nostrorum Ordinis vota, atque hos inter ipse Collegii Rector Jacobus Kellerus, ac in pri. cum P. Sebastiano Dieterico solemnia quatuor profiteretur. Huic Kelleri Re- enim celebritati præsens ipse in nostro D. Pauli Templo interfuit, sacrissime que peractis religiosæ nobiscum mensæ assedit, Proximus ab eo ac ferest Sere studiosissimus rerum Societatis Patronus Episcopus fuit in gravi negotio nosris maximè consiliis usus. Proprio ad eam die, ac veteri pre. cum Canonicarum libro, seu Breviario perpetuistæ Diceccesis Clerus iute- tebatur; quem abrogatum justis de causis volebat Episcopus, novum- que, quem Roma probârat, substitui. Id, quod promptius omnes tu Romanus reciperen, præter urbis Prælatos, doctiores è Clero sententiant ro- gavit. Duo è nostris intererant; quorum, (ut præfentes narrabant.) aliis alia sentientibus, excepta pronis auribus, & probata sententia est, pro ritu Romano graviter juxta & modeste differentiunt. Ita magno Præfulis, nostram operam commendantis, folatio remoto ve- teri Romanus in Sacerdotali Psalmodia ritus successit. Magni jo- junij tempore ad initiandos sacris ordinibus Candidatos nostram rursum delegit Ecclesiam; in qua & Nascentis Domini cunas, & deinortu se- pulchrum Dialogo celebravimus, animorum fructu, alias inde secuto, persuasi. Culta, quibus poterat, officiis cum Religiosorum, quo- rum complura Ratisbonam colunt, asceteris amicitia. Transpon- tanum D. Magni Regularium Canonicorum Collegium, unum è suis, a ris proximè admoyendum, submisit, Ignatiana imbuendum asceti, & praxin recepti nuper Romani ritus edocendum. Aliorum in nos studia variis beneficiis patuere, quies aurci ferè centum in nostra comoda sunt impensi.

Vötteri pro Religione labores præterire piaculata sit, quæs' mul- ta profecto suo partim studio perfecta, partim è latino redita in Cat- tholicorum utilitatem vulgavit. Horum notissima: *Dialogi de ve- nerabili Eucaristia*, à P. Sebastiano Heissio latine editi, Jacobi queitores editi.

Gretseri demonstrationes. Gespräch von der Augspurgischen Confession, sive Colloquium de Augustana Confessione. Declaration Abraham Bruckers. Academicus Luther. Lutherisches Disciplin Buchlein. Encomia Doctoris Müller. Pradicans vapulans. Philippica Jacobi Montani. Cornucopia. Omnes haud grāndi mole libelli; eā tamen gratiā, & lepore scripti, ut temporis superstites hodiedum legantur.

728.
Augustæ Jacobus Pontanus
D. Cyrilli Commentarios lati-
nè redditos
Henrico IV.
Galliae Regi
dedicat.
Qui gratum id sibi litt-
ris signifi-
cat.
Matthæus Raderus
recudit Viridarium.
Joannes Sallerus e-
dit episto-
lam pro fla-
gellationi-
bus, Lu-
therum e-
xulam.
Quæstio-
nes de Sa-
cramento Euchari-
stie.

729.
Centum
Semi-Ca-
tholici &
so. hæretici
reducti-

Augustæ opus magnificum & illustre Jacobus Pontanus eluci-
bravit, D. Cyrilli Commentarios in Duodecim Prophetas è græco
traductos. Dignum æquis æstimatoribus visum, quod communi-
nostræ Provinciæ nomine Henrico IV. Galliarum Regi inscriberet,
qui æterno beneficio Societatem nuper auctoritate sua Galliæ restitu-
tam obstrinxerat. Rex non gratum duntaxat litterarum munus
habuit; sed litteras etiam ad Rolephium Provinciale dedit, actis-
que gratis memorem se gratumque in Societatem fore promisit.
Matthæus Raderus Viridarium à se auctum recudit. Joannes Sallerus,
summi Templi Ecclesiastes, tres libellos, lingua patria scriptos, in lu-
cem dedit. Primum Epistolam Encyclicam inscripsit, quæ Ca-
tholicorum in corporum diverberatione pietatem collaudat; quod ea
tunc maximè oculos animosque hæreticorum ureret. Alter est
Lutherus exul: in quo ostensum ibat, quæm procul à prima suæ Fi-
deli formula, Carolo V. Imperatori anno M. D. XXX. in comitiis Au-
gustæ porrecta, damnataque, Lutherani recesserint, quantaque sit in
Concordia ipsa Religionis discordia. Tertium tractat contro-
versas de *Eucharistia Questiones*. Omnes magno eruditorum
plausu excepti, commendarunt auctorem; cuius in retun-
denda præsertim hæresi vim Augustani longo experimento per-
spectam habebant.

Centum fermè hoc anno resipiscere docti; qui, sub falso Ca-
tholicorum nomine clancularii Luthericolæ, alii jam quinque, denos
alii, alii viginti annos errorum magistros pro concione audiérant, ab-
jectis Catholicæ pietatis studiis, nec sacris, nec Sacramentis amplius
usi. Quædam materfamilias cum filia, honesto loco inter Luthe-
ranos nata, maritum dein Catholicum nacta, erroris eidem magistra
& instigatrix fuerat. Verum ipsa postmodum, inscio conjugé, ad
nostras se partes adjunxit, furentibus adversariis, & faces adversum
uxorem marito subdentibus; quæ omnia invicto animo perpesta, con-
stanter cum veritatis hostibus, atque ipsis adeo Praconibus conflixit.
Quinquaginta præterea, à cunis hæretici, ad Catholicum nomen tra-
ducti. Singularis fuit, idcōque altius repetenda integræ pagi ad Ca-
tholica sacra reductio.

730.
Lyzelbur-
gensis pagi
conversio.

Lyzelburgum pagus est, Reipub. Augustanæ subjectus, qui ad
alterum ab Urbe lapidem recedens in Burgoviensem agrum (Maximi-
lianum Archiducis Oeniponte regnantis ditionem) incurrit. Is-
lam septagesimum abhinc annum cum ipsa Republica Lutherum se-
cutus, ex eius grege Pastorem attendebat, Evangelium, & sacra
novo

novo more tractantem. Itum s̄apē à variis in consilium, quā viā reduci ad avitam Religionem posset errabunda illa figulorum plebs: nam figlinam plerique omnes exercebant. Visum est, rem ad Maximilianum Provinciæ Dominum deferendam esse, docendūmque Principem, quis hominum, loci, juris sui in eos conditio, quæque ratio serendæ opis. Arripuit Religiosissimus Princeps consilium, & Catholicum Praeconem ex Austriaco fundo edicto proscriptis. Ille nihil planè moratus, simul de proscriptionis edicto fama increbuit, non sine gravi Lutheranorum offensione, deserto grege, Augustam profugit. Augustani causam ardentibus planè studiis complexi, nihil non egerunt, ut Senatus auctoritate juberetur restitui. Ipse Magistratus rem seriò tractare, civitatis libertatem acer- rimè tueri; à Maximiliano edictum tuente ad curiam Imperij; à curia ad Imperatorem ipsum adversariorum periculo sumptuque provocare. Agitata res majoribus, quām pro pago uno aut curione studiis; itaque jam post multa, ultro citrōque disputata, videbatur implexa lis, ut nullum appareret explicandi consilium. Intra hoc tempus nostri, rogatu Majorum, suscepit Parochiæ curā s̄apē egressi, erudire popu- lum cœpere, fructu permodico; quippe, ut à Jesuita audiendo, atque h̄iblo Templo abstinenterent, Augustani Praecones, Dominique ju- bebant, certa spe animatos recipiendi Pastoris.

Viginti tamen animas, primitias fructuum, labor improbus ab hæresi abstractas in parvum grēgem composuit. Ampliores inde conceptæ spes, & nova D. Georgio, cui sacrum est Templum, cele- brata encænia, majore longè, quām incorruptis olim temporibus sit saclum, frequentiā. Nam ex Augustanis Catholicis quingenti ex- plicatis vexillis; aliunde tredecim Parochi cum suis cohortibus profe- ñi, festum ornarunt, annis retrò sexaginta neglectum. Eam fre-quentiam cùm ædis angustiæ minimè caperent, expansus latè papilio sacrificanti, & symphoniaz lætis concentibus personanti spatum fecit, nostro ad numerosissimam concionem verba faciente, pari Ca- tholicorum, novelli præsertim & parvuli gregis, gaudio, & execra- tione hæreticorum.

Huic celebrati mox altera festo Theophoriæ successit; & quo poterat, cultu, accitâ aliunde frequentiâ Sanctissimum Christi Cor- pus in triumpho circumlatum; dictumque rursus à nostro oratore, fru- strâ interea moventibus omnia Lutheranis, nec quidquam promo- ventibus.

Adhuc spes alebat impeditam plebem, redditum Lutherani verbi ministrum, quod n̄cedunt totus migrasset, Xantippe adhuc sua in Parochi ædibus relieta; quæ viro haud patrum loquacior, pertina- ciâ etiam superabat. Frustratur profugus adhuc annua pensione, Parocco debita; & novo, qui interea adventaverat, sacerdoti extra- ordinarium debebat numerari stipendum. Re tandem Oenipon- tum delata, Maximilianus absque mora Burgoviensibus Præfectis negotium dedit, inutilē anūm è Parœcia eliminandi. Factum id non absque multis adversariorum turbis; confessum tamen; tota- que pensione Catholico Curioni transcripta, Pseudo-parochus cum sua appendice sine spe redeundi è ditione proscriptus. Mox Templum,

Histor. Prov. Germ. Sup. S. 7. Tom. III. Dec. VII. l. iiii eversa

everfa hæretorum mensa repurgatum, agique omnia more ac ritu Catholicico copta. Statim incolæ indies mitescere; adire sacra; natos ad Baptismum deferre; erudiendos se sponte præbere; Ecclesiastico Magistratui ad nutum parere. Ita multo, & adversus omnes adversariorum machinas invicto labore, contra spem plurimorum, humanis omnia rationibus metientium, perductum ad finem salutare consilium, pagisque totus hoc anno (uno tantum altero ve homine dempto) ad verum Christi ovile reductus.

^{733.} *Religionis custodes ad famulorum inter Lutheranos securitatem constituti.*

Alia quoque optata pridem, & hoc anno in opus deducta ratio est, rei Catholicæ conservandæ: cui ansam dedit prava Lutheranorum solertia, nostræ maximè juventuti insidianum, quam vel paupertas, vel opificij ratio in eorum famulitia cogit. Eos illi sarcasnis pungere, figmentis circumvenire; in Sacerdotum primò, dein sacrorum contemptum adducere; minis, blanditiis, donis, conjugiis à fide majorum avertere, ad suam novitatem traducere. Puellarum præsertim simplicitati ea fraude illuserant, quas (rure præsertim venientium) ruditas eorum artibus magis obnoxias fecerat. Nec contemnendus harum numerus, quot annis temporaliū aviditate æterna vendebant. Cùm in libera civitate, ubi parecum Catholicis potestatem Lutherani habebant, nullum esset huic malo remedium; ad Bojariæ Principes respectârunt nostri, quorum ad tutelâ Religionis & parata semper, & profutura exemplo auctoritas esset; Catholicorum quoque Lutheranis famulantium majorem numerum vicinissima cis & trans Lycum Bojaria submitteret. Primus ergo Fidei custodem ære suo & auctoritate Maximilianus constituit. Ejus erat omnium ex omnibus Bavariæ Toparchiis Augustæ dægentium nomina in codicillos referre, & à singulis sub Paschatis ferias schedam Confessarij manu munitam peractæ Confessionis testem exigere. Si quis neglegit officij reus deprehenderetur, cum Præfectus, à custode admonitus, citatum punire jussus, ipsosque insuper parentes poenæ subiucere; quos conjectos temere in periculum liberos neglexisse deprehenderent. Patuit confessum consilij suscepti utilitas; nam ex centum illis, quos ex hæresum cœno jam penè demersos caput extulisse meminimus, plerique fuerant, quos, cùm nemo invigilaret, consuetis artibus in casum Lutherani impulerant. Secuti exemplum Maximilianus Archidux, Augustanus, & Frisingensis Episcopi, Fuggeri, Magistratus Ecclesiasticus, Parochis omnibus eorum, qui ad urbes hæretorum abirent, nomina sedulò adnotare jussis; de quorum fide exige deinceps ratio statis temporibus posset. Natalium, & accepti Baptismi testimonia nupturis negare jussi; nisi exhibito Paschalis Confessionis testimonio probassent in fide constantiam. Tota negotii rectè gerendi ratio Typis impressa, lateque cum fructu diffusa. Omnia ea erat sententia; si hæc cautio ante annos complures fuisse adhibita, rem Catholicam Augustæ nunquam tantum detrimenti passuram fuisse. Atque utinam, qualis primò fuit, hodie dum esset ardor ac diligentia: verum cùm homines, alendæ maximè familiae intentos, animarum lucra non satient: harum velut ad se nil attinentium periculis nihil moti, intermissa mercede etiam operam intermittunt.

*Primam à
Duce Boja-
rie: mox
ab Episco-
pis Augus-
tano, Frisia-
genesis, Fug-
gerio.*

Joan.

Joannis Salleri nostri, in æde summa dicentis, egregia extitère in Christianam Remp. merita. Magni Chrysostomi exemplo, in exēcrabilem jurandi juxta & pejerandi consuetudinem pro concione invectus, cum criminis penè in usum versi horrorem impressit, ut non paucæ familie sibi legem posuerint; quâ certam multam penderet, quisquis ex usu malo, vel ira in cum linguae errorem prolapsus esset. Imò & Magistratus publico editio sanxit, ne quis vocem impiam in Deum vel Sanctos mitteret, gravibus poenis in delinquentes propositis. Constabat, multos concionatoris oratione ad ineondas exactæ vitæ rationes, & gravia vitia emendanda permotos. Illum die lustratæ Virginis sacro audiérunt dicentem hospites duo Pontifices, Jacobus Constantiensis, & Wolfgangus Ratisbonensis; cùm alter valetudinis, alter negotiorum causâ adesset. Secundum concionem ambo in nostro Templo publicè sacris operati sunt; & Jacobus quidem Fuggerus Constantiensis Præfus, frequentissimo populo sacram ipse Eucharistiam porrexit. Frugali dein prandio accumbere dignatos ex tempore oratione & carmine salutavimus.

Quos in partem meliorem Verbi Divini vis non poterat flectere, eos aliquoties injecto salutari terrore Numen fregit. Potus quispiam, & à crapula furens, dum ab uxore domum trahitur, omnes in eam diras evomens, nihil omisit, quo mulierem agere in rabiem posset. Tacet mulier, & agro peccatore, ac pressâ linguâ convicia concoquit: cùm subito terrificum, ac immane visu monstrum se lateri ferocientis adjungit, quod tanto pavore conjugem utrumque confusit, ut ambo aliquamdiu à mente aberrarint; nec nisi placato per confessionem DEO ad sanitatem redierint; cœlo in castigandos lingue furores cum Ecclesiaste conspirante. Gravior in impium saltatorem vindicta incubuit. Vetus alicubi Germaniae consuetudo obtinuit, ut die S. Viti à choreis temperetur; morbi metu, quem à S. Vito appellant, quo laborantes, bacchantium more, perpetuo saltu in necem aguntur. Is, ea in Divum religione contempta, cùm nullum saltandi ac tripudiandi finem saceret; demum & diras vomere, ore impio Divos invadere, se vel invitis iis ad satietatem saltaturum jactare. Sic, arreptâ rurum puellâ sacrilegum orbem orditur; quem intra semihoram repente corruens cum vita finiit, chorūmque terrifico casu attonitum solvit. Haud multò mitius sacrarum Imaginum contemptor acceptus. Unam inter jactas in Divos contumelias cùm in frusta lacerasset; altera die funus fuit.

Contrà verò usitata inter Catholicos in DEiparam Divorum omnium Reginam pietas parvulum in gravissimo vitæ discrimine servavit incolunem. Infimæ Grammatices tiro, dum incautiis a percuso, quod hauriret, in altissimam putei voragine præceps abiérat, post casum sua sponte relapso. Ità vox audiri haud poterat cum aquis ac tenebris in fundo luctantis, & tribus in capite locis graviter saucijs. Occurrit tamen DEiparentis memoria; cuius dum opem inclamat, accedens forte ad fontem puella, voce in ex fundo lamentantis audiens, alios in auxilium vocat; à quibus demissum cum haustro funem attriciens

^{734.}
Edictum
adversus
blaspho-
moo

^{735.}
Jacobi Cou-
stantiensis &
Wolfgangi
Ratisbo-
nensis Epis-
coporum
benivolentia.

^{736.}
Pœna divi-
na in ebria-
sum.

^{737.}
Et saltu
profana-
tem festum
S. Viti.

^{738.}
Puer in pu-
teum lapitus
a ope B. V.
servatur.

puer cum omnium stupore extrahitur; & ad primum lucis conspectum exanimatus in ædes infertur, vitæ dubius. Curatus à vulnerario vitam utique magis servatrici Virgini debuit; quippe tantum è triplici vulnera sanguinis fluxerat, ut necesse fuerit, sanguinem totum repurgari.

Sodalium
Zelus in
converten-
dis hæreti-
cis.

Frequentissima, ac nobilissima juventute scholæ omnes florebant, dederintque post Christi Natalitia Dramation de Christo parvulo genus humanum quærente, & in mutuum amorem provocante, dulcissimi plenum affectus, & tertio iteratum. Etiam extra scenam eorum pro Religione ardor & industria valuit, quibus per ætatem vel classem ad Sodalitium adspirare nondum licebat. Opificem quidam cum quatuor liberis, ancillam alias ad Catholica sacra pertraxit: unus nuptias hæretico pactas infectas reddidit. Sodalium quispiam diu cum unius hæretici pertinacia luctatus, sæpèque cum eo cōgressus, semper ferebat repulsam. Tandem pro illius salute noctu se ipsum verberibus haud legniter exceperit; atque altera die obfirmatum hominis animum expugnavit, quem protinus ad nos ablövendum adduxit.

739.
Contagio-
salues ur-
bem depa-
scitur.

Verùm maturius hoc anno, quam aliis, scholas solveré funestalues coëgit. Ea sub Augustum mensem per externum hominem illata, primum paucos carpere; servientes dein, ac visentes corripiens latius serpere; tandem aperte grassari coepit. Fecit corporum morbus, ut de animi salute fibromnes prospicerent; detestis maximo numero, quos diu multi occultaverant, animorum morbis; adeò, ut ægræ nostri in labore sufficerent. Indicta Parthenia Sodalitatis nomine in diem nascentis Virginis horarum quadraginta solennis comprecatio, maximâ sanè hominum frequentia, ipsis Lutheranis passim se torbae miscentibus. Ex his nobilis ac florentissimus juvenis ad Templi fores ceremonias nostras & conciones ridere visus & auditus, tertia post die foeda lue corruptus obiit, non Catholicis tantum eam intempestivæ petulantiae poenam esse dictitantibus. Nostrum porro nemo illo malo sublatus; et si sæpè infecti integris immixti accederent, Templumque & aures accedentibus, nullo discrimine, semper paterent.

740.
Dilingæ
mortuus P.
Julius Pri-
scianensis.

Dilingæ mors virum sustulit; egregie de litteris, Religione, ac religiosis præsertim familiis meritum, Julium Priscianensem, Florentia in Italia natum, anno elapsi seculi quadragesimo secundo. Sedecim annorum adolescens 1559. ad Societatem; in Germaniam absolutis studiis jam Sacerdos venit anno seculi septuagesimo secundo. Dilingam delatus, ac Doctoris laurea insignitus, Ingolstadii in Theologiaz Professionem Theodoro Peltano successit, quatuor deinceps vota professus. Quadriennio post Dilingam remissus, reliquam ætatem omnem ibidem exegit, Scripturæ, Theologiaz, & Casuum Professor annis viginti; uno primùm anno, ac deinde quadriennio Rector. Cancellarij munus anno seculi octogesimo secundo coemptum ad finem usque retinuit. Hæc tamen munia haud impediabant maximi spiritus virum; quin Religiosorum, in convictu studiorum causâ degentium, perpetuus Confessarius, Exhortator, ac Spiritus Director esset;

Eius in ju-
vandis Mo-
nasteriis fe-
lices cona-
tus.

offset; ad regendos eorum animos donum à Deo singulare natus. In ea temporum calamitate, & juventutis, unde supplementa legere Monasteria debebant, diuturno neglegtu, à multis Abbatibus in consilium adhibitus, suæ sit, ut juvenes religiosos Dilingam mitterent, suamque in iis, ad Instituti sui sanctitatem efformandis, curam atque studium adpromisit, & summa fide implevit. Inde Præsum, de suæ Familiae utilitatibus identidem alios edocentium, in virum amor, & estimatio crevit; ut annus fermè nullus abiret, quo non cum vel Exercitiorum, vel disciplinæ promovendæ, vel suos expiandi causâ evocarent; quod posterioribus annis tanto omnibus erat optatus, quod illo Dilingæ plerique compluribus annis usi fuissent conscientiæ Directore. Celebre erat per Sueviæ, ac Helvetiæ quoque Monasteria Julij Priscianensis nomen; quique illo usi Dilingæ fuerant, non secùs ac filij de Patre loquebantur. Edidit in lucem regulas D. Augustini, cum commentariis doctissimis Umberti Generalis Magistri Ordinis Prædicatorum, & Hugonis de S. Victore. Extant etiam adhuc in Monasteriis Meditationes in Evangelia Dominicarum per annum, & quotidiane per Quadragesimam, ab eodem in usum Religiosorum scriptæ. Merebatur vir Religiolarum Familiarum commodo & obsequiis vi-^{1. 1. c. 1. 5.}
vens, quem scriptor Religiosus è D. Norberti Familia Martinus Mer-^{6. 1. 3. c. 1. 5.}
zius in vita Wilhelmi Rothensis appellaret: *præclarum Religiosorum*
& Monasteriorum fautorum, & promotorum; virum cumprimis
pium, & doctum; integra vita, præclara doctrina, laudabilis &
sacra conversationis; diuturnum Dilingana Academia ornamen-
tum; Coryphaum & principem fautorum Monasteriorum; & Re-
ligiosorum omnium parentem. Obiit ex apoplexia sextâ Aprilis.

Religiosorum, in D. Hieronymi Collegio litteris operam navan-^{743.}
tium, major hoc anno, quam unquam, numerus ad decem supra ^{Religiosorum}
centenos ascendit. Hos inter Majo mens ex ordine Prædica-^{convictu}
torum, bonarum artium studiis erudiendos, Viennâ Austriæ ipse Vien-
nensis P. Prior adduxit. Theologiam docere à Superioribus iusti
P. P. Sebastianus Heissius, & Georgius Kernius cum P. Adamo Hy-
ginio privato ritu inter Liontiatos relati; quorum primus altero post
mense Theologiaz Doctor renuntiatus, quatuor dein vota professus
est 29. Septembris, relato inter Coadjutores spirituales P. Joanne
Zauponio, Academiaz Præfecto. P. Joannes Mocquetius, qui trienna-
lem Philosophiaz cursum finierat, in Italiam abiit, obtentâ à Præpo-
sito Generali facultate, tertium probationis annum in Romana sube-
undi Provincia. P. Hugoni Wolfsburg Convictum gubernandum tradi-
dit P. Burkardus Gatt, à Regentis munere Ingolstadium ad haben-
das in Gymnasio conciones missus.

In nova, quæ convictum nuper auxerat, fabrica, structum in
S. Crucis honorem Sacellum magna celebitate dedicatum ipsa D. ^{743.}
Hieronymo festa luce. Consecratoris munere functus ipse Henricus ^{Dedicatio}
Episcopus, altare simul princeps venerationi S. Crucis, Divorum item ^{Sacellum}
Hieronymi, Henrici, Wenceslai Regis & Martyris, ac SS. Afræ & ^{Convictus}
Cunegundis dicavit, Suffraganeo Breuningo minora duo ad Sacelli la-
Histor. Prog. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Kkkk tera

Intersunt
magni no-
minis Ho-
spites.

tera consecrante ; quorum uni nomen à Deipara , alteri à D. Michaële & SS. Angelis inditum. Interfuere Solennitati Joannes Christophorus à Westerstetten , Elvacensis Princeps , Hieronymus Stor ab Ostrach Augustanæ , Christophorus à Geminingen , Elvacensis , Ecclesiastarum Decani ; & cum aliis quinque Augustanis Canonicis , Christophorus ab Aw Scholasticus. Accessere ad hos , Abbates terni Elchinganus , Neresheimensis , & Degginganus , multaque & illustris Nobilitas ; quibus epulum in convictu datum , convivas sexaginta numeravit , quorum capita uterque Princeps , cum tertio Radzivilio suere. Poltridie datus in Scenam D. Wenceslaus , apparatu prorsus visendo , applausum ab omnibus , etiam hæreticis , meruit. Auctor operis P. Casparus Rey , cuius jam pluribus in theatris eruditio ac fama inclarerat. Probabat multum has juventutis exercitationes , & suâ animabat præsentia Henricus Episcopus , qui & Canonicis Augustanis tum forte præsentibus comitatus , Radzivilium audiuit in schola , ac dein Paschatis festis in aula Academica perorantem .

743.
Alberti
Radzivilij
post exer-
cita nobile
exemplum.

Verùm alio pulcherrimo factò cœlo terræque sui spectaculum fecit Albertus Radzivilius. Nam primùm cum suo cubiculario Exercitorum causâ in Collegium secedens , sacram illam solitudinem summo cum ardore ingressus , octiduum totum inter quotidiana feroris incrementa translegit : egressus verò , altera mox die duodecim elephantiacis domum suam vocatis , lautum epulum præbuit ; qui bus ille mira submissione , horrido accinctus cilicio ministravit. Imbuendo autem Ignatiana asepsi animo , non unius tantum Radzivilij ardor enituit. Pari ardore eidem se impendere Joannes Adamus Truchseß ab öpfingen , cum suo Moderatore ; Joannes Georgius Baro ab Herberstein ; Joannes Ludovicus Speth à Zwifalten , Heribolensis Canonicus ; duo Religiosissimi Patres ex Ochsenhusano D. Benedicti Monasterio ; atque ipse Reverendissimus Abbas Wiblingensis , multis suum in Societatem affectum testatus. Amoris etiam in nos singularis argumenta edidit Cosmas Mediceus , Hettruriæ Princeps , cum P. Hieronymo Imhoff , itineris comite , nostro per diem hospitio usus .

745.
Benefacto-
res Princi-
pes Elva-
censis , S.
Galli , Ab-
bas Neres-
heimensis.

Gebhardus
à Rechberg:
Nobilis de
Remers-
thal.

Nihil verò eorum , ad quos semel nostri excurrerant , de nobis existimationem magis declaravit ; quām ardentia vota , quibus reditum efflagitabant. Nos , quantum per quotidianos domi labores licebat , obsecuti , Illerbergam , Wallersteinum , Wembdingam , Wettenhusium , Dünckelspihlam , operarios misimus. Excursus ad Elvacenses iam in labore ordinarium verterat : duos in Algojam Episcopus evocavit , nostram vicissim egestatem frequentibus solari beneficiis solitus . Annuum ducentorum florenorum subsidium ab Elvacensi Princeps pro more continuatum. Nec S. Galli Princeps , & Neresheimensis Abbas propensi erga Dilinganos animi testimonia omiseré. Ad Templi novi , quod unum iam deesse videbatur , fabricam primus omnium Gebhardus de Rechberg florenos ducentos : alter aulicus nobilis de Remersthal calicem argenteum obtulere .

Bibliotheca insigni prorsus incremento aucta, ex testamento Friderici Lindemairij Wessingensis in Wallersteinensi comitatu Parochi; qui mense Septembri decebens Bibliothecam nobis legavit, libros minimum septingentos complexam; nec paucioribus florenis estimatam, quam mille & quadringentis. Alios adjecit quinquaginta florenos, in Bibliothecæ augmentum expendendos; utque vir erat, qui præ privato publicum Ecclesiæ emolummentum semper cordi habuerat; florenos etiam bis mille ducentos seposuit, quorum census pro stipendio esset, unde duo se in studio litterarum adolescentes alerent. Literarum, quas eum in finem unâ tradidit, hæc ferè sunt capita. Commemorat in primis Ecclesiæ erga se beneficia, quæ in Collegio Germanico Romæ, è suis proventibus dotato, complures annos aluerit, virumque formaverit iis, quæ gessisset, officiis parem: æquum igitur esse, proventuum partem, quos ex Ecclesiæ pariter bonis collegisset, in hujus utilitatem converti. Eum in finem duo à se fundari stipendia ex censu annuo centum ac decem florenorum (quos ad Collegij Dilingani Rectorem vivus transmiserat) unde perpetuo alerentur adolescentes duo, litterarum studiosi. Eos quidem velle se ex suis consanguineis, vel affinibus esse, ceterisque, si adsint, præferri: iis deficientibus, alios deligi adolescentes honestos, cujuscunque nominis ac familiæ, posse; ex comitatu ramen Octingensi oriundos: quod si verò & hi desint, aut minus idonei censeantur, alios posse è quacunque natione substitui; qui tamen, Grammaticâ superiores, ad scholam saltem Humanitatis ascenderint. Primos tamen ipse nominat duos ex duobus fratribus suis, Wilhelmo, & Georgio, nepotes; quibus etiam statim vult unum concedi stipendium, cum ad prima latinitatis rudimenta discenda idonei fuerint. Neque uti alios, adstricatos vult ad statum Clericalem; nisi, absolutâ Philosophiâ, longius frui stipendio vellent. Executorem hujus suæ voluntatis Collegii Dilingani Rectorem constituit, facta eidem alumnos admittendi, ac dimittendi libera potestate. Duo florenorum millia statim ad censum elocata viro Nobili Publio de Stain in Niderstozingen: ducentos Collegium recepit; dum opportunior esset elocandi occasio. Duo. decimo post anno auctus primùm his stipendiis alumnorum Diœceseos S. Udalrici numerus: ab eo verò tempore, quo adductus ab hereticis Suecus vastavit Germaniam, dimidia censuum pars pro uno tantum alumno solvi ab Episcopi Augustani Sigillifero solet; parte alterâ bel. lorum ac temporum injuriis interversa.

At Halensis Collegii res augeri hoc demum anno, & stabiliri coepta. Evidem jam anno prioris seculi septuagesimo primo conscriptæ, signataeque fuerant fundationis litteræ, Collegiique, Templi, ac Gymnasii promissa erectione: sed Archiducum opibus viribusque in bella, & complures, quæ tunc erant, Familias distractis, ærre se ambo ad Oenum Collegia sustentabant, ut de Halensi dissolvendo sepius inter nos, & ipsos Principes actum sit. Anno nonagesimo nono decretum jam erat, unius solutione fulcire alterum, & Halensem redditus Oenipontanis in augmentum adiucere: quod quidem consilium, ut narravimus, Guilielmi Ducis auctoritate discussum est. Interēta vetus premebat necessitas, & defectu proventuum alienis vi-

746.
Fridericus
Lindemair
Parochus
Wessingen-
sis insignis
Bibliothe-
ce Benefa-
ctor.

747.
Idem fun-
dat duplex
stipendium.

748.
Post bellis
calamitates
reditus tan-
tum pro u-
no suffici-
unt.

749.
Stabilitur
Halense
Collegium.

vebatur beneficiis, spe nulla perpetuitatis. Præsens superiore anno Dux idem Guilielmus rebus tam arctis indoluit, atque ad implenda Majorum promissa Maximilianum Oeniponti verbis, ceteros Archiduces litteris excitavit; atque hoc demum anno, occasione opportunissima usus, optata perfecit.

750. Maria Christierna, & Eleonora, Caroli Archiducis Græcensis ex Occasione Mariae Christierna & Eleonora Archiducum, Halense contubernium Virginum, jam trium Archiducum nominibus illustre. Consensum Maria Mater, Fratres Archiduces, & Guilielmus avunculus rogati jam dederant: ac vitam ad Parthenonis leges instituere paratas Halam invitârat, quæ tunc Virginibus præterat, Catharina Brandisia. Ergo iter ingressæ contendunt Monachium, comitantibus eò nobilissimas Christi Sponsas Maria Matre, & cum conjugie sua Maria Anna Guilielmi filia Ferdinando, Leopoldo, Maximiano Ernesto, & Carolo Fratribus, & Magdalena sorore, Magna postmodùm Hetruriæ Duce. Monachij se Guilielmus, cum filia Magdalena, Duci postea Neoburgico nupta, adjunxit; quos omnes Halæ Maximilianus, Tiroli tum imperans, descendantibus una Anna Catharina Archiduce vidua, cum filiabus Anna, postmodùm Imperatrice, & Catharina, pari affectu, & splendore exceptit. Quarta octobris die introduxerat tam augusto comitatu in Parthenonem Archiduces: quorum honoribus instruta scena Magdalena Reginam, Parthenonis auctricem induxit, gratulantem sibi cognati sanguinis aseclas, & ostensâ, quæ in cœlo exceptura constantiam esset, coronâ, in grandibus cœptis firmantem.

751. Post hæc Guilielmus, suo in carissimas Neptes defunctus officio, Guilielmus magno animo nostrum complexus negotiū, Austriacis Fratribus Col- Dux Bava- legij statum ante oculos posuit; cui & habitatio, & Templum, & sus- ria spud Archiduces effecturi in alimenta proventus decesserent, Ferdinandum, olim Imperato- causam agit cauam, rem, ut quales optarent, animarum Rectores haberent, filiæ, code- Collegij decreto & Parthenonis simul, & Collegij Societatis fundationem san- xisse: cùmque Patres aliquando illarum curæ se subducere tentarent, datis etiam litteris graviter questum, ne facerent, vetuisse. Quanta fide & curâ obsecuta Societas conceptas de se spes domi forsique im- plæset, ita omnibus notum, ut tot penè testes, quot incolæ, sint. Iniquum videri, certos quotidie labores subeuntibus incerta esse alimen- ta; & viros, omnium obsequiis fatigatos, domi cum egestate luctari. Darent liberandæ Majorum fidei, Societatis reverenter dissimilantis modestiæ, suis æqua simul, & Domui honorifica rogantis precibus; darent novissimæ in duas sorores caritati, ut consiliis opibusque conjunctis eum Ordinem stabiliant, à quo sanctissimæ vitæ præcepta Parthenonis auctores Archiduces hauserint; & quæ nunc eas secutæ sint, Neptes exspectent. Erat autem is Guilielmus, quem ob sanguinis è mutuis conjugiis propinquitatem, ætatem, sapientiam, & consummatæ virtutis reverentiam, Archiduces loco Patris habebant. Cœpta igitur statim de Collegio stabili redditu, & ædificiis firmando consilia. Et Maximilianus quidem anterioris Austræ Provincias regens, triginta florenorum millia daturum spopondit: datis in fidem litteris sua manu signatis. Floreni mille proximo statim No- vem-

752. Serenissimus Maximilianus Archidux dat 30000. floren- rum.

vembri mense numerati, eoque ære copta mox comparari ædificio futuro materia. Ferdinandus vero Archidux, si in cœpto vitæ Instituto sorores ambæ perdurarent, ad redditus designatos quingentos florenos annuos additum promisit. Quam verò procul ab inconstantia periculo abessent Archiduces ambæ, ipsis facile initiis patuit. Nam paucis ab ingressu diebus simplicem, laneum, que, uti ceteræ, vestitum indueræ, immixtae Virginum agmini prodieræ in publicum, nostro inter socias Sacerdoti confessæ. Domi vero adeo nulla in re immunes haberi se patiebantur, ut in domesticis ministeriis viliora ceteris ambæ præriperent.

Ferdinandus
dux annuos
500 flor.
nos,

Maximiliani favore confirmata quoque villarum nostrarum, alias ⁷⁵⁸ villas nos:
haud valde fertiliam, à tributis pendendis exemptio; quam olim qui- stras ob a-
dem Principum favore concessam, exactorum, ad eos favores haud peribus eximiit Max-
respicientium, molestia inutilem fecerat. Nam & tabulis firmari ximilicata,
privilegium, & quæ contra Principum voluntatem extorta fuerant.
restitui jussit. In eas quoque expensas, quæ in transituos Romanos
ad generalem Conventum è diversis Provinciis Patres necessarii fo-
rent, Principum cura respexit; nam Ferdinandi Archiducis vidua An-
na Catharina, & Carolus Burgovii Marchio centum eo nomine flo-
renos donarunt, sufficieturum in hospites, frugali mensæ assuetos, sub-
sidium. Sigismundus Zott à Berneck Bibliothecam locupletandam
suscepit, submisso plaustro, quod libris oneraverat optimis, ex Gode-
fridi fratris Jurisperiti celeberrimi hæreditate acceptis; queis Joannes
Christophorus, tertius Fratrum, è sua Bibliotheca non paucos aucta-
rij loco adiecit. Vir nobilis, Serenissimi Guilielmi aule Præfe-
ctus, Cyriacus Heidenreichius, nuper in Domum nostram beneficus
persuasus à nostris, ut in ipsis coelites esse munificus vellet. Nam ⁷⁵⁹
plurimas nobilissimæque Divorum Reliquias, à Waltauffio quon-
dam, illustri Equite, multo studio conquisitas, nunc inter pulveres chius dat
perire admonitus, iis in luce ac veneratione cum splendore collocandis
florenos septingentos reliquit. Legatorum ex Italia ad varias Princi-
pum Regumque aulas pergentium, nullus transiit, qui non sacrjs apud nos vel operari, vel assistere, aut refici vellet; quos inter &
Reip. Venetæ ad Cælarem Legatus erat, evidenti arguento, Socie-
tatem Senatus Decreto ob præstitam Pontifici obedientiam è Ditione
quidem Veneta; non item ex animis Nobilium quoque Venetorum
proscriptam esse.

Cyriacus
Heidenrei-
chius dat
100. flore-
nos ad or-
nandas SS.
Reliquias &
Waltauffio
Hære depositas.

A nobis, ne proscripta pridem è Tiroli hæresis rursùm irrepe- ⁷⁶⁰ Punitur
ret, ac per familias serperet, attentâ iterum nec minus necessariâ cu- gravi lapsu
rà vigilatum. Nam quidam, doctrinam profiteri non ausi, mores creophaga.
tamen sequabantur; quod casu nequaquam fortuito cognitum. E Ca-
rechesi domum ancilla redierat verno jejunio; cum eam Hera suillam,
è camino duraram, deponere, ac apparare in cibum jubet. Dis-
simulato primo imperio; cum secundo compellaretur, disertè factu-
ram negat; doctam sc̄ à nostro sacerdote dicens, non esse sublervien-
dum peccato alterius; ne, quod alienum est, suum quis faciat. Hera,
cum nec verberibus extundere obsequium posset; ceu furiis agitata,
applicatis scalis molitur ipsa ascensum, sed fallente vestigio devoluta.
Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II, Dec. VII. 111 casu

casu tam gravi affigitur, ut nec parare vetitas epulas, nec coquere posset. Didicit inde, atque alios damno suo edocuit; quam non impunè temnuntur, quæ Ecclesia suis, ab Apostolis edocita, præcepit. Ab iis maximè ea morum corruptela veniebat, qui per haereticorum vagati provincias, parumque adversus corum fraudes & commenta muniti, retulerant sentiendi, quæ vellent, libertatem, & effrænem adversus leges audaciam.

756. Discipulo-
rum in re-
pudiando
carnium esu
constantia.
Ab iis maximè ea morum corruptela veniebat, qui per haereticorum vagati provincias, parumque adversus corum fraudes & commenta muniti, retulerant sentiendi, quæ vellent, libertatem, & effrænem adversus leges audaciam. Horum nonnulli receptis in victum juvenibus carnes diebus yetitis in os ingerere ausi, cùm reijcent, rogare solebant: an vomere ipsos Jesuitæ docerent? sanè reponebant illi, & quam salubri vomitu & tu egeres ad egerendum, quæ ab haeresi ingesta hausisti. Gaudebamus nos merito, tam feliciter collatum in informandaad pietatem Catholicam juventute laborem: quem Suazensibus etiam scholis, eo fine vocati, ut licebat, impendimus. Datæ enim pro scholis oppidi, rogatu Magistratū, docendi, discendi, vivendique leges; & magno fructu custodiri cœptæ.

Nostræ scholæ auditoribus, legum omnium loco, illæ sufficerent visæ, quibus suorum disciplinam Sodalites tuerentur; in quibus quisque alteri virtutis amorem exemplo commendat. Unus horum graví malo oppressus, & saluti providere à contubernalibus jussus, confessim obsequens, magnâ se curâ ad iter æternitatis accinxerat.

757. Memorabi-
lis mors pii
Sodalis.
Cùm in tertiam hebdomadæ supervixisset; quo melius habere videbatur, die, coëgit familiam, & hortati me fuistis, inquit, ante dies ferme viginti, ut tanquam confessum moritus, me pararem adabitum: sed ut videtis, in hanc diem supersui. At verò hâc ipsâ horâ, sciatis velim, ad meliorem me vitam abiturum. Proinde quamprimum animi mei medicum advocate, atque unâ mecum optimo Numini, ejusque Matri gratias immortales persolvite, qui me Sodalem tam clementi ratione ad se vocare constituit. Constitit dictis fides, omnibus morientium præsidii summa pietate suscep-
tis, eâdem horâ placidissimè obiit.

758. Alium Oeniponti adolescentulum, non nisi annos duodecim natum, exitio proximè admovit incautum cum veteratore stygio personato commercium. Nummi illum defecerant, in puerilis gulæ irritamenta expendendi. Cùm à prandio extra urbem prodeunti se offert veterator, personam familiaris, quem inter æquales charissimum habebat, indutus. Quærenti, quæ solitario causa tristandi respondet puer: æra sibi deesse, quibus mitia poma in foro venalia emat. Ille tres continuo nummos offert; additque è culino calamum, quo seras omnes atque arcas, quantumcumque munitas, momento recludere possit; quæque lubeat, inde in usum depromere. Nihil puero mali suboluit; sed munere suo latus, experimentum capit; nummos legere, peculium parare, cultum corporis nitidorem amare consuescit. Infidigator majoribus jam flagitiis opportunitum ratus, tempisque & locum noctis, eâdem rursus, quæ prius, specie socij adebat; sed multo, quam antè, comptiore, serico & auro spectabilis. Capta eo splendoris simplicitas pueri, elegantia vestis, & torque præsertim aureo in ultimum scelus præcipitatur. Spondet personatus hostis, si DEum Deique Matrem ejuret, dono se torquem daturum; & annuenti statim è collo detracatum porrigit. Gaudet fatali

fatali dono infelix puer, & conditum domi identidem clām expromptus oculosque auri nitore pascit. At simul omnia pietatis signa exiit; Marianam coronam abiicit; sacram Agni coelestis iconem e collo detrahit; precandi consuetudinem non solum remittit, sed aversatus omnem DEI memoriam animo excludit.

Advertit ea pueri mutatio germanum fratrem natū majorem, quin unquam vera mali origo veniret in mente. Puer vero frequenti quæstione, & magis conscientia pressus, ea subinde extrema tristitia ac desperationis indicia dabat, ut nulla verborum lenitas erigendo ad spem aut lætitiam animo prodeisset. Frater de miseri sa- lute sollicitus, cūm nihil omnia proficerent, ad castrensem paternum cūm eo profectus est. Ursit eo toto itinere importunissimus dæmon, ut in undas præcipitem se daret: nec enim ullam superesse, desperata salute, medicinam. Solā Numinis clementia servatus, in arce in paternam salvus pervenit. Ibi paucos intra dies, cūm impar esset tanto malo pusillus animus, redundante in corpus tristitia, ad extrema deductus est. Advocatur e pago fæcinos, qui cum morte, ut videtur, iudebatur, luctantis confessionem excipiat. Advolat ille confessum, appellat blandè; rogat; frustà omnia experitur. Signa præsentibus adesse videbantur alieni animi, & à malo spiritu agitati. Ergo fæcinos Oenipontum deportare ægrum, ac in re desperata ad nostrā confugere consilia suadet. Non poterat statim cum adolescenti iter suscipi, ob ingravescens in momenta yaletudinis periculum. Cūm Exemplum Marianæ Misericordiæ diaz. nocte intempesta ægro & vigilanti adfuit Misericordiæ Mater; & graviter increpitum docet; ab admisso scelere venire illam morbi vexationem; simul vitam, si resipisceret, spondet. Subsidere visus ani- mi furor, nostrique in auxilium vocati. Adhuc torvior vultus ani- mum alienum cūm proderet; sacris usi Reliquiis eò tandem inflexere, ut syncera confessione scelera detestaretur; post quam pacato animo quies & malacia; puer ad litterarum studia rediit.

Ad nostrarum Classium auditores Societatis more dici cœptum in aula novi Gymnasij; ad Sodales verò utriusque Cœtus, cūm pri- 759. Floretna- mum in Oratorio Mariano conventum simul ambo celebrarent, ipse vum Gymnasij. Collegii Rector primum honoris causâ sermonem habuit. Primum um. prima etiam doctrinæ publicum specimen Theologia moralis datura, impref- disputatio admodum sis Thesibus pugiles in arena stitit. Rem hic loci novam magna ce- celebravit primiorum etiam virorum frequentia; quorum nonnulli pars esse gaudebant, suscepta impugnandi provinciæ. Extra scholas nos, dum ex morbo revalesceret, in partem laborum vocavit Curio ad S. Spiriti; ubi nostri per bimestre, cum approbatione civium, in cathedra, & Divinis officiis ejus munere sunt defuncti. Stubacensis, Fellsensis, Flaur- ingensis agri cultura jam anniversarius labor erat. Labores in Stambensi vicinia suscepti extra ordinem fuere. Insurrexerant in Abbatem Melchiorem Jägerum, & Monasterium (quod vetustissimum ac cele- berrium habet Cisterciensis Familia) rebelles subditi; & crescente in dies motu, haud levius mali periculum erat. Cūm ex Abbatis, & Feursteinij, Brixinensis Vicarij consilio evocati sunt nostri, quorum propter consuetos in vicinia Missionum labores gratum erat illi po-

pulo nomen. Hi pronas omnium aures nači, publicis privatisque sermonibus sibi primū, mox etiam Dominis optato exitu turbulentos conciliārunt; pluribus dein diebus in populi ac juventutis, necessaria plura ignorantis, instruōtione consumptis.

762.
Maximili-
nus Arch.
pro Biblio-
theca affig-
nat 1000.
Florenos.

Nec deerant æqui laborum æstimatorē, qui suum de nobis iudicium beneficiis declarārunt. Quotquot ad duarum Archiducum in Halensem Parthenonem ingressum adfuerant Principes, ij omnes Oenipontanum subière Collegium; & Ferdinandus quidem Archidux iteratō se nobis indulxit. Aulam ingressos Gymnasij Dramate adolescentes, fermè è patria Nobilitate lecti, excepere, magna Principum commendatione spectati. Maximilianus, quod ad veteres labores duplex accessisset, Casuum conscientiæ, ac Dialecticæ schola; duo vini plausta superaddi de Principis cella præcepit, dum stabiles alii succederent redditus. Mille florenos (ita, ut per decennium, annis singulis centeni numerentur) ad instruēndam domesticam Bibliothecam donavit; quam & aliis Patronus, vir nobilis & litteratus, Godefridus Rottius magno selectissimorum librorum numero auxit, quos minoris, quam florenis quadringentis nemo æstimaverit. Domui S. Nicolai quingenti & sexaginta floreni obvenēre, quos pauperibus scholasticis Potentiana quædam virgo legavit. Templum argentea Christi duodennis statuā, calice item ac velo nobili ditatum, Hospitali Illustrissimum Hieronymum Comitem de Portia vidit, triduo Collegii hospitio usum, nostraque paupertate contentum,

763.
Templi
Constanti-
ensis solen-
nis dedica-
tio.

At Constantiæ nostrum D. Conradi Templum ita hoc anno perfectum, ut pridie Idus Octobris facta solennis dedicatio sit. Ipse Princeps eā defungi cæremoniâ constituit. Verūm uti, cùm primum lapidem in fundamenta demitteret, repentinus eum imber fugarat: ita & nunc pridiana dies effusis imbris horrida, & cœlum altera luce gravidis obductum nubibus, haud mitiore promittere videbatur tempestatem. At ubi primū cœpti sunt Consecrationis ritus; divisæ repente nubes viam præbuerent solaribus radiis, magna omnium admiratione, ac lætitia. Non civitas tantum spectatrix adfuit; sed multi primarii ex omni ordine viri; à Principe invitati, celebritatem maximè illustrarunt. Secundūm rem Divinam epulum in suo Palatio Antistes præbuit, Principe, lucéquam festâ dignum. Centum & quadraginta accubuerunt convivæ. Hos inter Marcus Fuggerus, Jacobi Episcopi Germanus frater, & Familia caput; Prælati quinque; summæ Ædis Canonici; numerosa Nobilitas; multorum absentium Legati; Senatus Constantiensis universi.

764.
Gratiæ aetæ
summis in-
fimisque,
relatis in
librum eo-
rum nomi-
nibus, qui
ad fabri-
cam de suo
contul-
erunt.

Gratiæ convivatori & convivis à nostrate, oratione latina sub prandij finem actæ. Mensam secuta concio, gratiæque omnibus actæ, qui opem aliquam, seu operam ad rem præsentem contulerant. Septingenti generatim numerati, in separato omnes libro descripti: quæ gratiæ animi memoria miram ab omnibus laudem tulit; existimantibus anteà multis, nos viliorum donorum ac hominum nullam rationem ducere. A Concione triginta sex supra trecentos sacro Chrismatis Sacramento confirmavit Episcopus. Vespertinis demum precibus à symphoniacorum choro cantatis, clausa est festa dies.

Postri-

Postridiè in scena spectatus D. Conradus Episcopus; cui ab omnibus hesternæ solemnitati præsentibus applausum; sumptus vero omnes ab Episcopo facti. Ludorum magnificentiam auxit Constantiæ Senatus, qui educta in aggeres, lacui Acroniano obiectos, tormenta curulia sub ipsam actionem festis fragoribus explodi mandavit. Scenam latissimo fine clausit præmiorum in optimæ meritos facta distributio, quæ solito splendidiora victoribus dari in diei memoriam Episcopus Mæcenas jussit.

764.
S. Corradus splendido Dray mate exhibitus.

Templum ipsum in longitudinem pedes centum & quinquaginta porrigitur; latitudine in trientem. Portis geminis aditum; quorum primaria ipsa in fronte, altera in latere sinistro patet. Lacunaria opere ligneo partim varium diversi marinoris, partim niveum tectorii colorem referunt. Latera ambo in arcus & absides excurrunt, quibus utrinque ambitus innititur. Portæ principi geminus superstat chorus: duplex item alas Templi superioris ornat; quorum unus Sacrario, alter conclavi, ad varios usus parato, imminet. Aræ tunc quidem ternæ sunt positæ. Turris supra chorom anteriorem ultra Templi fastigium elata, quatuor campanas sustinet. Primum dedicato à se Templo munus Episcopus intulit, vestem Sacerdotalem florensis ducentis æstimatam. Novam, quâ nostri deinceps conderentur, sepulturam solenni ceremonia suffraganeus novus, Joannes Jacobus Mirgelius initiauit,

765:
Templi brevis descriptio.

Collegium, cuius fabricam superior annus absolutam viderat, incoli hoc anno cœptum, decimâ septima Octobris immigrantibus nostris. Hortus domesticus perenni fonte sumptu publico irrigatus, spontaneo Senatus beneficio; quod antè Canonicis, atque ipsi Episcopo adhucdum Præposito, oblato quantumvis auro, negaverant. Mirantibus, & gratias pro beneficio singulari agentibus responsum: „tam multa à nobis in Rempublicam profecta beneficia, hodieque proficiuntur; ut nisi pro sua facultate nostris comodis studeant, gravissimas in ultimo Christi tribunali poenas daturi sibi videantur. Non parem esse aliorum conditionem, quibus alia non dedit promtior ac „facilior familie necessitates levandi ratio. Fonti excipiendo craterem Senatus idem è lapide apposuit, centum florenorum impendio; pontem, quo Collegium, Templum, scholæ commodiūs adirentur, construxit; remque Christianam, quacunque potuit, ratione strenue juvit. Et yisum est cœlum compensare voluisse fontis egregium munus; dum novam ius, nec antè cognitam scaturiginem detexit. Primum quoque Gymnasii lapidem, præsentibus classiū omnium auditoribus, à Reverendissimo Suffraganeo sacratum, Præfectus urbis cum consueta ceremonia posuit. Senatui singularem honorem laudatus sacerdissime Societas Patronus Ratisbonensis Episcopus Constantiæ transiens habuit; qui eundem cum summæ ædis Canonicis domi nostræ lautissimâ mensâ exceptit. Foris eximium Collegii Patronum Joannem Conradum à Bodmann in Meckingen beneficio S. P. N. devinxit; nam ejus uxor difficillime eniti solita, felicem & facilem masculæ prolis partum ejus liplani Constantiæ missis adscripsit.

766.
Fons perennis à Magistratu in hortum inductus.

Eius, cum gratiae agetur, respondens.

Tot Patronorum beneficiis obsequia reddere perpetua nostorum, nec inanis contentio fuit. Quaterdeni adjuncti Catholicis, atque hos inter ex vicina Turgovia Praeco. Domestica, aut vaga prostitulâ ad continentiam revocata; ægrorum mendicorumque cura cum singulari civium approbatione suscepta; ad elephaniacos quot septimanis invisit noster, & sacra ministravit. Puella sœdō & noxi fluens tabo, graveolentiâ fugabat omnes; à nostris tamen non deserta; donec purum cœlo spiritum transmisit. Odiu in sanguine proximos tam pertinax unum accenderat, ut hæredes è tellametrii tabulis deleverit; quin revocari ab ullo ad sanam mentem posset. Morbo portentoso correptum, depositumque à Medicis, noster adiut; suavique juxta & efficaci oratione sic delinivit; ut oblitterata odiorum memoriâ hæredes testamento restituerit, mortemque pacatus exceperit.

768.
Hæretici liberos ad nostram causam teches in adducunt. Parentis stolidi responso.

Tirocinium Cathecheseos extra mœnia ipsi frequentabant hæretici, suoisque liberos informandos, imò & expiando adducebant. Rogatus, qui filium attulerat, pater; cur, quam filio salutem procuraret, eandem ipse negligenter? Stolidâ ruditate respondit; se, si eadem, quâ liberi tunc essent, ætate foret, nihil cunctaturum: nunc, cum sua secum secta adolevisset, pudere; in ultima eam ætate mutare. Et habebant nostri pro Religione labores tam claros successus, ut eos urbani quidem hæretici tecù; sàuburbani etiam aperte haud ultrà ferendos existimarent.

769.
Accusant Praconem ob socordiam.

Praconum incusabant socordiam; venitque in ingens apud illos odium acatholicus in vicinia Praeco; quod, nostris omni conatu in rem Catholicam auggendam in incumbentibus, piger ipse etiam post iteratas admonitiones cessaret; qui tamen unicum esset Constantiensium eorum, qui adhuc à Romanis sacrâ abhorserent, asylum. Cùm nihil magis se homo moveret; ad Tigurina subsellia provocatum est.

770.
Accusatio-
nis capita
ad Tiguri-
nos missa.

Erant autem præcipua accusationis eò missæ capita. „ 1. Jesuitis Constantiæ Gymnasium instituentibus, illum adduci nunquam potuisse, ut ludum quoque litterarium aperiret; quamvis à cive Constantiensi cœempta esset in eam rem non parva Bibliotheca. 2. Ipso die Paschæ, evocata concione, & viris ex urbe Constantiensi primariis clâm illuc cœnatum egressis, solum illum, quem primum oportuisset adesse, desideratum; nec ullo loco ante meridiem potuisse deprehendi: tandem è nescio quo latibulo emersum tam breviter ac frigidè dixisse, ut proprius nihil fuerit; quam ut è suggestu deturbatum ejcerent. 3. Ex ultima Prædicantium vecordia, & summa Jesuitarum industria, religionem suam in ultimum discrimin adducere, tantum non animam agere: proinde, nisi quam primum rebus desperatis succurreretur, Turgovienses mox fidei versuram facturos. 4. Illum ad Constantienses, alio Pastore destitutos, nunquam nisi tumultum revulere. Hæc ad Tigurinos delata; à quibus tamen quid mandati acceperint, hoc quidem anno intelligi non potuit.

Egregium facinus aggressus Pistor, homo natalibus rusticus, sed ingenio minimè agresti, contra omnium opinionem miro pro suscepta nuper

nuper fide ardore perfecit. Myla pagus est, in Turgovia, annis abhinc sexaginta à veritatis tramite aversus, in quo sementis duntaxat Catholice Religionis in paucis incolis hæserat; sed quam nec serere porrò, nec colere quisquam publicè, hæresi dominantे, audebat. Ac.

edit, ut Pistori sectā Zwingliano, & ingenij minimè timidi cum suo ^{771.} Pistoris Pastore dissidium esset; quod dum ambos in mutuum ac diuturnum odi, Myleosis gregium proReligio; um accendisset, ille sui Præconis odio nostrum audire Ecclesiasten ne facinus, coepit. Cūmque aures afferret culturæ patientes, facile errorem, quo implicaretur, agnovit, & certum explicandi se decretum concepit. Imbutus iam nostris sacris, & probè firmatus, generoso fa- cinore prudentiam, constantiam animi, & pro fide ardorem probavit.

Ut eloquentiā inter suos valebat; populares suos Catholicos aggressus suadet; animos pro Religione sumerent, & imploratā Con- animat stantiensis Episcopi, & Catholicorum Cantonum ope, pro jure pacis ad petendū exer- inter Helvetos initz, liberum peterent suorum sacrorum usum, utriusque citium Religioni ex æquo communem. Placet hominis consilium ceteris, in spem successus Patronorum auctoritate erectis. At Tigurini, quibus summa in magnam Turgoviae partem auctoritas est, ut hoc agi senserunt; mox omnem contrā movere lapidem minas intentare; & nihil prætermittere, quo animos Catholicorum à coeptis averterent. Auctor facti Pistor vix domini forisque satis vitam ab infidiis tueri: ita municipes in hominem, ejuratā nuper sectā, Catholicorum nunc du- ceim, exarserant; perturbatorem municipii, seditiosum civem, ho- stem vocantes. Ipse Toparchiæ Proprætor hominem nactus, ita pugnis deformavit, ut vix hominem referret; adeò Catholicī nomi- nis odium officij, quod gerebat, memoriam exemerat.

Tam male habitus causam ad nostros desert, ac vindictæ ratio- nem exposcit. Vix agnovere nostri infelicem; ita plagæ vultum absconderant; ut à carnifice illum, non à Prætore venisse crederes. Remisere delinitum verbis, ac meliorem inde statum sperare, data fide, jusserunt. Judices ergo ex Antistitis ac Tigurinorum consensu idonei è confœderatis leguntur, ac more gentis Templum ipsum Mylae pro tribunali est. Ingens illuc omnium ordinum concursus, summa exspectatio. Primo, Catholici jubentur ab sectariis in diversa sc. cedere. Cùm pauci secessissent (nec enim plures, quam novem erant) Tigurinus arbiter; vósne, inquit, illi omnes estis, qui secessione à communis facta, tantas turbas datis, & Evangelium labefactare no- strum audetis? Paucos, inquit alter, nunc censes; sed brevi agente DEO, plures numerabis. Agitatā demum diu inter Legatos ac Ju- dices causā, in Catholicorum favorem decretum: uti ex æquo dein- ceps Templo, suggetu, Turri uterentur. Quare, nondum di- misso concilio, spe & antibus & frementibus hæreticis, ara ad præ- sentem usum subito excitata, sacrūmque ritu solenni à Proepi- scopo eadem die musico concentu peractum. Crevēre hinc mirificè Catholicis animi, & spes conceptæ magni proventus.

^{772.} Agitare-
sa coram
delegatis.

^{772.} Primum
rursus My-
la celebrad-
tum facili-
ficium.

773.
Bernenses
Præcones
repudiata
conjuge
Catholicos,
ducere ali-
am jubent.

Sectarios porro suorum etiam conjunctissimorum ad Catholicos transitum extremis odiis vindicare, ex Bernensium quoque, conjugum eā causā solventiū, judicio patuit. Viro hæretico castra se- cuto, uxor interea Bruntruti apud nostros profiteri se Catholicam cœpit. Reversus è bello maritus, ea Religionis mutatione offensus, apud suos Bernæ Præcones de uxore conque ritur. Illi absque mora divortiū facere, & novas, si lubeat, inire nuptias jubent. Paret ille confessim, & Catholicā conjugē res suas sibi habere jussā, aliam ducit. Spreta hunc in mo dum uxor suam ad Basileensem Episcopum causam detulit; qui quidem nullum esse adulteri hominis matrimonium declarans, confor mem Evangelio & Apostolo sententiam tulit; sed cui nulla se hæresis, judex ipsa Scripturæ, subiiciet.

Inter Catholicos deprehensum multis rursus exemplis, quām sit noxia prolixior in hæreticorum terris commoratio; ubi quotidianis cavillationibus, blanditiis, exemplis, juvenum plerumque codere levitas & inscitia solet, admissis in animum opinionibus, quas dein occultant; aut si aperiunt, quod levitatem fateri, aut ignorantiam pudeat, pertinaciūs retinent. Horum nonnullis ad pervidendam fraudem aperti oculi, & lux reddita. Saluti multis fuit, quæ grassebatur ex alvi profluvio corporum lues: quin multi detectis confessione animi morbis, etiam corpore revalueré. Unus, facto Confessionis voto, usum linguae recepit; illaque perfunditus, rursus amisit. In uxoris, ex partu ad extrema deductæ, periculo, ejus conjux Medicus ad SS. PP. nostrorum Ignatij & Xaverij opem confugit, & salvam cum prole uxorem recepit. E nostris mors unum præmatura abstulit. Germanus enī Vallatus Bruntruti natus, & contrafacto Friburgi morbo huc missus, altero, quām advenerat, mense elatus est. Sacramen tis pridie expiatum rupta vomica suffocavit, ipsa die Virgini sine labe concepta sacra; postquām abhinc triennio admissus, yix agere vitam in Societate cœpisset, infimæ Grammaticæ Magister,

Mortuus
Germanus
Vallatus.

774.
Fabritius
Varallus
Pontificius
Nuntius
excipitur.

In discipulis egregia omnia; Nobilitas, ingenium, numerus, Fabritium Varallum, Pontificium ad Helvetios & Rhetos Nuntium, oratione latina, ac Dialogo salutârunt. Sejuncti minores à majoribus in diversum Sodalitium, approbante Præposito Generali, & eum primaria Sodalitate Romana conjuncti, à Virgine Purificata titulum acce

775.
Minor Con-
gregatio
titulum B.
V. purifica-
tæ accipit.

pere. Nascentis verò Virginis sacra lux Patrocinij loco esse Templo cœpit; ac dedicationis Adventus tempore factæ, anniversariam memoriam recoli tertijā Dominicā Novembris Archiepiscopus Vesontinus concessit. Suffraganeus ejusdem, Archiepiscopus Corinthiacus, pari facilitate indulxit, ut sacrum quotidie in aula scholarum pro Discipulis fieret, altari portatili in eum finem donato,

776.
Archiepi-
scopi Ve-
fontini, &
ejus Suffra-
ganei favo-
res.

Celebrabantur ab his Præsulibus, quos in Vesuntina Archidiœce

777.
Ad S. Hip-
polytum
rursus uti-
lissima mis-
sio.

si Missiones afferebant, perpetui fructus; ex oppido præsertim S. Hippolyti, quod proximis ante Pascha septimanis excultum rursus concionibus ferme quotidianis, catechesi, civiumque sive corpore, sive animo ægrorum curâ. Ultimâ Jejunij hebdomadâ sic labores excreverant, ut necesse fuerit, annuere sociis. Abeuntes plerie que lacrimis, sacer ac civilis Magistratus multis officiis, ac litteris demum prosecuti, gratias pro beneficio, ac Patrum laudes comple xis.

Non

Non æquè felix erat rerum Oeconomicarum cursus. Cùm enim Princeps & Abbas Murbacensis, Fundatoris Episcopi nomine summam octo millium florenorum misisset, cuius antea censum dare consueverat: nos tutius collocatam rati, si in stabilium bonorum emptionem expenderemus, villas complures cœmimus, quorum aliæ in Frobergensium Baronum ditione, in Burgundia aliæ sparsim jacebant. Diversis statim cultoribus locati agri; & canone in inde tam liberalem emphytevtæ spondebant, qui censum, ex pecuniis illis redire solitum, superaret. At aliter sensit, cui rem nostri explicabant, Episcopus. Nimirum illi visum villarum pretium: & ditiones quoque, in quas diversas, & remotas dispersæ erant, displicebant; nihilominus è quinque florenorum millibus, quæ pars foundationis erant, numerari statim quater mille jussit; ne foret æs alienum contrahendi necessitas. Docuit experientia posteros, plura, dum emptionem improbabat, vidisse Episcopum; fuitque sera post damnum pœnitentia, quando nec emphytevtis fides constitit; & amissus erat certissimus, quem Episcopus pendebat, ducentorum florenorum census.

Felicius rem familiarem Collegium Friburgense promovit, faciente Senatu. Diem suum obierat Parens Patris nostri Ludovici Erhardi, noncum ultimis votis adstricti. Obtinuerant Fratres ac sorores, ut Friburgum accersitus ipse le sisteret. Præsens verò cùm rogasset, quam sibi hæreditatis paternæ portionem destinarent? hætitiam reponunt illi, quæ Paternum Testamentum designet, quod annuum ipso censum decerneret. Quesitus, hætitus ex æquo secum ageret, & litem intentare. Re multum intra & extra Senatum agitatæ, scriptum denique P. Ludovicus obtulit; quo lecto dati arbitri; quorum judicio composita lis, & hæreditatis nomine adjudicata Patri quatuordecim millia Friburgensium coronatorum.

At virum allum opulentum scœnebris nundinatio, & lucra aperte iniqua, proximè admoverant exitio; nam sub ipsa sacerdotis nostri hæc ingerentis admonitione, sensibus defectus concidit. Revocata tamen fomentis anima, periculi propinquitate attonitus, conscientiam, resque suas omnes in Patris fidem depositus, & salutem sibi eadie partam cum Zachæo est gratulatus. Corporibus quoque allata salus. Nam ægros obeunti nostro pauper ulceratam tibiam obtulit, serpente quotidianis incrementis ulcere, ut proximum esset sectionis periculum. Is, ut Pater aquâ lustrali affectam malè partem aspergeret, vehementer instabat. Erectus verò in spem, & jussus à nostro, inspergit ipse, Patre salutiferum Crucis signum imprimente. Denuntiavit inde virus; & paucos intra dies, nullo alio malagmate curatus, ad opus surrexit. Lætior, quæcum iste surrexerit, vitam adolescens posuit, que in nuper ex hæretico Catholicum nullis vel minis vel precebus parentes, ut rursum descisceret, adducere poterant. Ex brevi morbo cum ingenti animi lætitia & gratulatione decessit; cœlites sibi viros, cùm solvi animam rogaret, non vanis argumentis affirmans.

Diem denique, supremum Joannes Dorotheus, Lausanensis Episcopus, clausit, qui magnisemper nostrorum operam fecerat. Eam pariter ad conciones gallicas in sua Ecclesia habendas PP. Franciscanus et Iohannes Dorotheus, Conventualium Guardianus expetiit; cui sic nostra addiximus ad id munus obsequia, ut, si quacunque de causa copta continguari haud possent, desinere absque offensa liceret. Reverendissimus Cisterciensium Visitator, Friburgo transiens, magna animi lynceritate Rectoris Collegii consilium poposcit; ad restaurandam in Altaripensi Monasterio regularem disciplinam, è quo Juniores quinque nostras in Gymnasio scholas adibant. Sanctiore disciplinâ è D. Ignatij præscripto erudiendum unum celeberrimum D. Urbani Asceterium misit, qui ocliduum in sacro secessu domi nostrâ magno animo solatio exegit.

782.
Friburgi
mortuit
Lausanensis
Episcopus
Iohannes
Dorotheus.

783.
Cisterciens-
sium Visita-
tor Consi-
litum circa
reforma-
tionem
Monasterij
exquirit.

784.
Quicque
Religiosi
Altaripen-
ses in Gym-
nasio disci-
puli.
Unus è S. Ur-
bano Exer-
citia obit.

785.
Fabrica
Templi
præesse ju-
betur P.
Martinus
Licius.
P. Joan.
Meglinus
Rector Fri-
burgi.
Et P. Bar-
tholomæus
Stücklin
Lucerne.

786.
Moritur P.
Othmarus
Schönauer.

787.
Gabriel
Leo S. Leo
descripsi
potitus
400 flore-
nos legat.
Soror eius
Bibliothe-
cam locu-
pletat.
Aperitur
aditus in
Vallesiam.

Templi fabrica promota pro viribus. Præter multa pro sacrario instruendo donaria, & crebram Senatus opem, trecenti oblati floreni. Utque opus urgeret inspectoris præsentia, P. Martinus Licius, qui haecenius Collegium simul & fabricam rexerat, deposito, quem annis duodecim gesserat, magistratu, solum ædificium curare jussus. Datus ei successor P. Iohannes Meglinus, pridie solennia tria vota professus.

Lucernensi item Collegio novus Rector datus P. Bartholomæus Stücklin, tradente clavum P. Augustino Butterer, quem biennio rexerat. E tribus de vita ipsa periclitantibus occubuit P. Othmarus Schönauer, Ambstorffii in Bavaria natus, triginta quinque annorum vir Societatem ingressus; in qua annos vixit triginta quatuor, omnibus infra Regorem muniis exercitus. Religiosissimi viri egregias virtutes sexenali arthritide patientia perfecit; quâ gravissime tortus, inter quotidianâ tolerantiae exempla, dysenteriâ tandem solutus, ad capienda patientiae præmia discessit. Eadem lues, in urbem grassata, multum diu noctuque nostrorum exercuit industrian, magna civitatis commendatione, indefessam in eo discriminine curam laudantis. Aegra una, extra confessionem muta, Sacerdoti nostro dilectè omnes conscientiae labes exposuit. A gravissima vero animi peste hæreleos sanati sepulcra.

Merebantur omnia suis beneficiis diversi Patroni, hic rerum nostrorum studiosi. Reverendissimus ad D. Leodegarii Præpositus Gabriel Leo florenios quadringentos testamento legavit. Ejus soror Bibliothecam suis opibus auxit, illatis Divorum Augustini, Thomæ, aliorumque magni nominis ac pretiis auctorum voluminibus. In sacram Tempore ecclesiem quingentorum florenorum illata dona, aliisque non pauca; quælicet minuta, ex numero tamen merebantur astimari.

In Vallesiam hoc quidem anno apertus est aditus; sed, quia sequenti primum exercui cœpta Societatis munia, cum primis eorum progressibus ipsa etiam initia eodem anno contingenda putavimus.

HISTORIÆ
PROVINCIAE GERMANIÆ
SUPERIORIS,
SOCIETATIS JESU,

PARTIS TERTIAE,

Decadis Septimæ Annus Octavus,

^{Seu}
Christi M. DC. VIII.

SYNOPSIS.

Donauverdana Missionis occasio ex violentia contra Carbo-
licos, & inobedientia erga Casarem. à n. 788. Maximi-
liani Bavaria Ducis in deditam urbem clementia, in suos
severitas. à n. 810. restituuntur Catolica sacra. Lutherani Pa-
stores gregem suum sponte deserunt. à n. 822. Duorum urbis con-
sulum ante mortem conversio. n. 826. Emenbusum & Bruna
pargantur ab heres. aliorum ad Ecclesiam redditus. à n. 828. Ra-
tisbona Comitiorum tempore P. Hylinus noster à protestantibus ve-
xatur; uti & communi nomine jesuita. à n. 832. Missionum
fructus. n. 839. præsertim Berchtesgadensis. n. 841. & per Algo-
jam. n. 846. Vallesiana Missionis initia. n. 858. Mors & elo-
gium Jacobi Christopheri Blarerii Basileensis Episcopi, Fundatoris
Bruntrutiani Collegij. n. 866. Henricus Episcopus Augustanus pro
Templo Dilingano aream & sumptus comparat. n. 872. Hale
pro Templo nostro primus lapis ponitur. n. 876. Caseobeseos fructus
& incrementa. n. 882. Augusta & Ratisbona contagiosa lues gra-
ffatur. n. 885. Bruntrutis duo e nostris fulmine prostrati servantur
innoxij. n. 887. Templorum ac Collegiorum res augentur. n. 891.

Nnnn 3

Fer.

Ferdinandi Archiducis in Comitiis Ratisbonensibus memorabilis pietas. n. 894. varij laborum nostrorum fructus. an. 898. Com- preatio 40. borarum floret. n. 906. Ut exercitia S. P. N. n. 907. Sodalium res. n. 909. Lucubrations nostrorum Tholo- gorum Heissij & Gretseri. n. 914. Maria Bavara Archiducis mortua elogium. n. 916.

Annus M. DC. VIII.

788.
Donawer-
danæ Mis-
sionis occa-
sio.

Gloriosum huic anno exordium fecit apertus novo labore campus, Donawerda, seu Werda Suevorum, paucarum dierum expeditione à Boico milite capta. Urbem Imperii Bapno subiectam Maximilianus in verba Cæsaris adegit hæres in nobis debellandam objecit, utbis Clero deinceps, ac Patribus Benedictinis strenue adjuvantibus. Juvat, quæ de loci conditione Religione diu varia, stabili demum ad jura Boica, simul & Ecclesia reditu, scitu digna videntur, adnegetere. Sita est Werda Suevorum ad Danubium (à quo Donawerda nomen illi hæsit) in Vindelicæ finibus, quibus hodie, quæ Orientem spectat, Suevia clauditur. Ea hoc tempore suis adhuc legibus, & liberarum Imperij civitatum jure u- tebatur. Libertatis auctorem Henricum VI. Imp. nonnulli: alij Sigismundum Imperatorem faciunt; qui, Ludovico Ingolstadiensi Duce proscripto, eam Boijs ademptam, esse liberam jussit, gravi præju- dicio Ducum, ægrè illo Provinciarum clastro carentium. Cete- rū haud admodum ampla, arcem habet loco editiore, & Cœnobium, à Monialibus D. Benedicti ad ejusdem Ordinis viros translatum.

789.
Post indu-
cta hæ-
res in que-
tus & vari-
us civitatis
status.

Cum Lutherani dogmatis novitas, simul & libertas avidam, u- alibi, plebem infecisset, nondum tamen hic et vires erant, ut pro- scribere avitam Religionem possent; sana adhuc civium parte, & in- tegro Magistratu. Anno tamen prioris seculi quadragesimo sexto conjuratorum Principum armis inventa Augustana Confessio est: di- reptum S. Crucis coenobium, Religiō Præconeū audire jussi, pro- hibiti Catholicorū Sacrorum ritus, dati civibus errorum Magistrū. Verù in non ultra trimestre novum hæres eos duravit imperium: vieti enim dissipatoque Sinalcaldico fœdere, Carolus V. Donawerda novos incubatores exegit, antiqua sacra restituit, Sylvestrum Mapserum quem ejecerant, ad Parœciam revocavit, cives ad retinendam Majo- rum fidem Sacramento adegit. Anno deinde quinquagesimo secundo armati rursum protestantes Catholica sacra proturbant. At, primo vere id actuū cum esset, sub æstate in Cæsar, rebus utcunque com- positis, sacra profanaque pristinis stare legibus jussit. Et, ne impunē earum violatores haberent, edicto Magistratus ipse sanxit, Luthera- nas cantiones, (gannitiones, Geplerr edictum vocat) prohibuit, Au- gustā concionatorem Catholicum petiit, ac binos sacerdotes, opitu- lante S. Crucis Antistite, Ecclesiaz Parochiali præfecit. Sed echinos unā habitare permiserant, qui aculeos, quos modo condebant, brevi erant prodituri.

Cives

Cives aliquam multi supererant, quos Lutheri gangrena infec-
rat. Ii, dum Catholicos recepto imperio contentos, & injuriarum
immemores cernunt; precibus primùm & supplici libello instant;
cūque timidiū negaretur, importunis postulationibus contra re-
cens edictum extorquent veniam, extra muros in æde D. Joannis Lu-
theranos conventus, quique iis præcesset, Prædicantem habendi,
Concedendi facilitas majora petendi audaciam fecit. Nondum an-
nus abiérat, cūm rursus aggressi Senatum rogant, hotam sibi aliquam,
quæ Catholicis non esset incommoda, in Parochiali templo designari,
quā suum deinceps conventum celebrarent: id è re communi fore,
quod ita cives omnes in promptu semper, ac intra mœnia essent, si
opem eorum vel incendium, vel aliud commune periculum posceret.
Intelligebantur artes: at nihil profuit serò sumptus à Senatu negandi
animus. Nam, rejectis ab eo precibus, ad consueta media, mi-
nas primùm, deinde seditionem versi, Magistratum perculere, ut co-
acti darent, quod rogati noluerant. Ita Catholicí cum iis, quorum
sectam silere leges jubebant, jam templum partiti, brevi totum amisse-
re. Nam statim ipsa loci communio discordiam peperit, nullâ apud
admissos beneficij, quod extortum meminerant, gratiâ. Quotidie
nova partium jurgia, mutatis pro libitu concionum horis sacrorum
Catholicorum turbatus ordo, & nuper in precarium Templi usum ad-
missi, ubi timeri se intellexere, jam pro Dominis se gerebant. Pacis
leges tandem ipsi ferre; ut Templo Catholicí cedant, sacris ad S.
Crucis ædem, ac D. Viti facellum translati: eo, non alio pacto qui-
tem fore: ita nihil se ultrà adversus Catholicæ Religionis & Parochiæ
jura moturos: passuros Catholicorum funera, omnibus S. Crucis Re-
ligiosis exequias, si vellent, euntibus, signo Crucis prælato, adhi-
bita lustrali aquâ, ardentibus funeralibus, cæterisque id generis, ritu
solenni, per publicas civitatis vias palam deduci ad S. Crucis, vel D. Viti
sepulchreta: nec prohibituros, sacram Corporis Christi viaticum ad
ægros, ritu Catholicó, per vicos honesto comitatu deferriri.

Ita Senatu nec obsistere, nec conqueri auso, contra publicas Im-
perij atque ipsius Municipij leges Catholicí antiqua Templi possessione
depulsi, in beneficijs numerabant, quæ raptore reliererant. Facile
ex hominum moribus erat præcipere, nihilo meliorem, quam prio-
rum, hujus ultimæ promissionis fidem fore, sacrisque jam Templo ex-
trusis, ipsa paulatim civitate interdictum iri. Rupta pactorum fide,
anno sexagesimo septimo à S. Crucis Monachis fecere initium, qui,
binis exceptis, funebrem sepeliendorum pompam comitari prohibiti.
Sequenti anno detracta crucifixi imago; mox etiam tædæ, quasi ocu-
los laderent. Tertio, quem Christo ad morituros delato concesser-
rant, abrogatus honor, coacto ædituo lumen præferri solitum sub pal-
lio condere, & consuetum nolæ signum, quo reverentiae obvij admone-
nentur, omittere. Nam eos ritus civium multorum oculos & aures
lædere; advenis verò Lutheranis omnino intolerandos videri. Jussi
propterea Catholicí: siquam celebritatem suorum funeribus habers
vellent, id in vicino colle extra mœnia & civium conspectum facerent.
Agebantur hæc omnia Prædicantium, semper in populari regimine
dominantium consilio, quorum etiam cum acatholicorum numero

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VIII. Opus erg.

790.
Lutherani
vi & fraude
Catholicos
Templo
spoliant.

791.
Uficiatis cas-
remoniis
interdicunt;
leges in Re-
ligionis
perniciem
condunt.

crescebat audacia. Anno septuagesimo septimo, cum jam multitudine vincerent, opprimendis palam Catholicis vires adesse, ac tempus rati, Magistratui Senatus consultum obtrusere, quod sciebant cum Catholicorum Legibus componi non posse. *tut* Cavebatur in eo, ut, qui salva sibi jura civitatis vellent, matrimonia in posterum coram Luthero Praecone jungerent: iisdem proles ad Baptismum offerrent: nem in album civium reciperetur, qui in has Leges non convenisset. Hæc pro imperio acta, Magistratu magnam adhuc partem Catholicos, sed meticuloso; ut passim tunc in Rebus publicis erant; in quas ferè ubique hæresin Magistratum privati metus, & plebis suas vires intelligentis violentia invexit.

792.
Opponit
se Benedi-
ctus Kloke-
rue Abbas
S. Crucis.

Dum ita fortunarum metu Religionis damna Senatus negligebat, murum se pro domo DEI Benedictus Klockerus Abbas S. Crucis opposuit. Is, ne quieto facinorum usu aliquam præscriptionis imaginem olim ostenderent, primis statim ausis obfistens, solenniter de injuria apud Magistratum conquestus est; Augustano Episcopo in auxilium, defensionemque vocato. Patuit tunc sero, quantum Thomæ Rhemeri, secundi ante Benedictum Abbatis facilitas Religioni nocuerit; dum Jus Patronatū Werdensis Parochiæ, Udalrico Raittenbachio Abbatii, à Friderico Spethio Augustano Præfule concessum, in Urbis Senatum futuri improvidus transtulit. Nam inde mox capta, ejectis veteribus, nova sacra inducendi occasio, fons omnium, quæ inde fluxere, turbarum.

793.
Otto &
Marquardus,
Episco-
pi Augus-
tini, impe-
trant De-
cretum à
Cæsare.

Nec defuere Klockerii Abbatis precibus, ac suo muneri Otto, & Marquardus Episcopi, litteris frequenter apud Senatum, ac Cæsarem quesi: tunc maximè, cum & matrimoniis assistere, & Baptismo infantes tingere Catholicum curionem vetarent, & ejus operâ usuros civitate excluderent. Nam, more juridico, Marquardus Episcopus, cum gravi reprehensione Senatus, per contestationem interpositam publicarum pacis initæ Legum demonstravit; violata iis facinoribus tranquillitatis publicæ jura, eosque statutis in perturbatores poenis esse obnoxios. Verum (sive majora Imperij pericula unius civitatis curam, cœu minorem, Cæsari exemerint; sive jam tunc contemnere rescripta Imperatorum civitas cœperit) sine fructu querela fuit. Tandem in ipsis Imperij comitiis anno M. D. XCIV. celebratis, grati de iisdem injuriis expostulatione obtentum Decretum, quo jubebatur Magistratus, quoad ejus fieri posset, curare, ut Catholici ritus, quæ privatim, quæ publicè, citra molestiam solenne suum retinerent. Post hoc aliquot annorum quies fuit; quod nec defendere injuriam possent, & nova mandati violatione veterum criminum provocare vindictam timerent.

Nempè nondum Senatum totum sibi obnoxium Praecones habebant; quorum maximè intererat facta ipsis auctoribus adversum Catholicos decreta servari. In id ergo incubuere, ut Senatus deletum ipsi regerent. Jamque idoneum confecerant, in quo familiam ephippiarius ducebant linguâ & audaciâ in plebem validus: laniones post hunc, ferox hominum genus, & si qui alij de plebe, ac ipsis etiam

agri municiplis, sacerdos Catholicos odissent, ad subsellia vocati. Atque his talibus curiam impletibns, cum jam Catholici Consulis sentiti, & Senatorum paucitas, ludibrio magis, quam praefidio esset, spretu veluti tardioribus, quae Jurisperiti tres dabant, consiliis, violenta prætulere, vi aperta usi, injecta publice in Catholicos manu.

Annus agebatur post millesimum sexcentesimum quintus, quo postridie idus Maias more veteri Praeful S. Crucis explicatis vexillis Catholicorum compretantium agmen educens, plateam Prætoriam (Pfleg Gassen) intrarat; cum missi à Senatu repente armata manu viam intercludunt, & Abbe nec quicquam vim ac injuriam deprecante, Catholicum civem referre vexillum, totumque agmen regredi ad Templum Monasterij cogunt, adiectis, si pedem efferto audient, gravibus minis. Mox ad cetera, quae in avita Religionis exercitium decreverant, perficienda conversi, Catholicorum exercitus ad ceremonias luce publica interdicunt: Sacerdotem cum funere, nisi recondita in sinum itola domo prodire vetant; parentes Catholicos infantes ad Baptismum sistere Praecorū cogunt; cives, eorumque liberos Catholicā sacra, vel matrimonia complexes, suis exutis iuribus, civitate pellunt, receptis in eorum locum, quos non aliud meritum commendabat, quam professum in Catholicos odium.

794.
Lutheran
catholicico-
rum supplic
cationem
cadonem
impedire;

Abbas cum Catholicis tam gravi iniuria Iesus, sine mora querelam ad Episcopū; Episcopus ad Cæsarem detulit; à quo nono Calendas Novembbris adversus Donawerdanos vadationis libellum obtinuit, quo dies civitati dicta, ad videndum (qui foris ylūs est) incidisse se in pacatas Constitutionum Religionis; adiecto rursus mandato: ab Abbe, Conventu, Catholicisque vim deinceps omnem abstinerent; supplicationes publicas, funera, aliasque ceremonias non turbarent: omissa vi, intra Juris, Legumque terminos se continerent. Huic mandato, pridie Calendas Martias anni sequentis ad Senatum perlato, libello respondere: se in tempore, ac loco debito causa suæ redditorum rationem; atque interim Cæsaris imperio morem gesturos. Rerum diligentissimè cum partium sparum Principibus, statibusque communicata, per stum Procuratorem Pragæ in Cæsaris curia item sunt contestati. Nec dubitabant Catholici; nihil interea metuendum ab iis esse, qui Cæsaris mandato se parituros promiserant, qm ab juratis in Catholicorum exterminium, & ipsis & Cæsari verba data esse, proxima detexit occasio. Nam in diem II. Calend. Maii, cum indicta ex more Ecclesiæ supplicatio esset; misit Senatus ad S. Crucis Coenobium, qui Abbatem monerent: proxime cum suis proditionis vexillum ne explicaret, neque enim, si tentasset, toleraruros. Abbas Publicarum Imperij Legum, Pacis Religiosæ, statutarum in transgressores gravium poenarum, Mandati Cæsarei, ac propriæ promissionis admonet: ne vim inferrent suo jure utentibus: plus utique mandato Imperatoris habituros reverentia, quam ut in hujus contemptum, quae tam aperte, tamque recenter vetarentur, admitterent. Ita statuta die compositum in ordinem Catholicorum agmen, volantibus vexillis, per urbis compita portasque in vicinum

795.
Alterum
Cæsaris
mandatum
eludunt.

educit pagum, non sine tumultu procurrentium ex ædibus Lutheranorum, qui probris ac maledictis incidentes prosecuti, iam tunc ægrè manus abstinebant.

796. Vim Catholicae apertam inferunt. Dilato furore in redditum, Matthæus Hindenachius civitatis Ammannus interea cum duobus ex inferioribus Magistratibus, ac civium nonnullis, quos bipennibus ac sclopetis armaverant, extimam, quæ intrandum revertentibus erat, portam occupat. Redeuntibus Donawerdanis se aliud supplicantum agmen adjunxerat, redditum per civitatem ad suos. Hoc præter muros abire jussi, urbanos San-Crucianorum, ac Teutonicorum ordines permisso ingredi in ea, quæ primam inter & secundam portam satis ampla interjacet area, exitu utrinque intercepto, concludunt. Concurrerant eò Lutherani variis armorum genere instructi; & ne cui telum deforet, duos eò curru adduxerant prælongis sudibus oneratos. Ita inter insanos clamores, ac ferociissimorum, ut ferirent, hortatus, in Catholicum agmen insontes ac inerme ruunt, verberibus, imò vulneribus mulctant, vexilla cripunt, humi affixa lacerant, conculcántque, spectante cum Syndico civitatis Lutherano consule Wurmio; Catholicis, ut innoxii parcerent, frustrà orantibus. Tandem acceptos in medium per extrema propè mœnia, eoque sordidissimas plateas, ad S. Crucis Monasterium reducunt, inter continua plebis in Catholicos, eorum Supplicationes, ac ipsam Cæsaream Maiestatem convitia.

797. Elidunt tertium Mandatum Cæsareum. Non distulit Abbas, furiosorum hominum atrox facinus ad Augustanum referre Episcopum; qui rei gravitate, indignitatéque, ut par erat, motus, impetravit à Cæsare 3. Non. Septemb. anni M. D. VI. alteram adversùs Donawerdanos citationem, *ad videndum* (verbasunt Curiaz) ob contraventionem priorum processuum, incidisse in pœnam Constitutionis, præsertim Banni, cum repetito mando, de non turbando Ego non offendendo, sub pœna Banni Ego Heribanni, Ego amissionis omnium privilegiorum. His 23. Decembris Senatui ritè denuntiatis, reposuere, se tempestivè responsum daturos. In eo non priduit Decretum Cæsareum per subreptionem ab Episcopo impetratum queri: tumultus verò nuperi causam, cui & duces, & spectatores è Magistratu adfuerant, à se amoliri in populum, cuius erumpens in tumultum furor nequisset sedari. Ergo Cæsar Serenissimo Maximiliano Bavariæ Duci in mandatis dat, rem Catholicam Donawerdæ ut Cæsaris nomine, & auctoritate tueatur, ac publicis præsertim Supplicationibus securitatem præstet. Aliis simul litteris Donawerdanus Senatus debitæ reverentia & obedientia admonetur, quam præstare jubebatur Serenissimo Maximiliano, cui suas hac in re partes plena cum potestate commisisset Imperator.

798. Maximilianus Bav. Dux nominis Cæsaris Legatos Donawerdam. Instante jam Aprili, quo mensis supplicatum procedere Catholicos solent, Maximilianus imposito à Cæsare functurus officio, duos è consiliarijs, patricis stipatos famulis Donawerdam ablegavit; qui amicè ad parendum Cæsareis mandatis hortarentur Senatum, atque ipsi dein Supplicationi præsentes, Ducas ac Cæsaris nomine honori simul dam similit.

ac præsidio essent. Hi 23. Aprilis Curiam ingressi, cùm, Cæsar is
Ducisque prolati mandatis, adventus causam exposuissent; non pau-
ci Senatorum cauſati ſunt, nullam ad ſe vel Cælarex citationis, vel
Commissionis Bavaricæ ad eam diem perveniffe notitiam: populum
quoque in eadem versari ignoratione. Nam partium Lutherana-
rum duces mandata minasque Cæsar is adeò clam civitatem habueré;
ut, veluti nihil unquam ad ſe perlatum eſſet, biduo antè, quām Lega-
ti intrarent, per celebriora urbis compita Senatus consultum vulgari,
affigique curaverint, hujus ſententia: *quodſi Abbas S. Crucis adver-
ſus pacem Religionis quidquam explicatis rursus vexillis tentave-
rit, nullitati Consules ſenatumque obnuntiare, & pro officij ratio-
ne ac potestate confeſtari, ſe non cedere jure, eam auctoritatis ſua
violationem arcendi: ſed civitati reservatam velle plenam illo in
tempore utendi libertatem.* Hunc in modum novo in Catholicos
furore accensæ plebi quinto, poſtquām accepta fuerant, mense, re-
citata ſunt Mandata Cæsar is; adeò aversis auribus, animisque accep-
ta, ut audirentur voceſ publice alpernantium: *eiusmodi codicilloſ emi
viginti feſtertiis poſſe.* Arctiore potiū, quām antè, animorum
conſpiratione obnitendum; ne quid inde ciuium jura ac libertas de-
trimenti accipient.

Acrior inde coorta feditio, palam claimantium: *armata manu Acrius in-
repellendos, ſi procedere auferent, Catholicos. Abbasem, mo- cipiatuſ ſu-
nachos, & borum mancipia Legatos Boicos, ſimul neci dandos.*
Noctem eam in diverſorio Legati egerant. Vigesimā quartā Ap-
rilis, orta luce, cùm ad S. Crucis coenobium, unde ducenda Suppli-
catio erat, concederent; procurrentes in publicum insigniores qui-
dam turbarum concitatores, evocatos undique cives in coetus co-
gunt: dubitantes vi è domib⁹ protrahunt; duos, quod inermes ac-
cessiffent, verberibus, imo & vulneribus graviter mulctant. Inde,
agmen partiti, pars ad Legatorum diverſorium primò, mox id vacuum
conſpicati ad S. Crucis coenobium diſcurrunt: pars altera in curiam
irrumpens, civitatis, & armamentarij claves ab ſenatu extorquet,
qui graviora veritus, apud Delegatos, ac Praelatum infimis precibus
inſtitit: à Supplicatione, quæ mox proditura erat, ut abſtinerent: in-
ſiantem furore plebem mortem potiū, quām illam ferre obſtinasse.
Et veterum memoria, & praefentium aspectus facile persuadere, ut
Catholicī vitam, Delegati mittentiū auctoritatem, omissa Supplica-
tione, furiosorum libidini ſubtraherent.

Protinus in Cæsar is curia, ſtati de re tota edocti, iudicatum:
poſſe citra fori ambages ullas, ex ipſa facti evidētia, contra Dona-
werdanos pronuntiari; idque necessarium, tum ad afferendam Im-
peratoriam Majestatem, tum ad arcenda ſimilis pervicaciæ exempla
videri. Ergo tertio Nonas Auguſti lata ſententia eſt, qua Donawer-
dani in poenas, jam antè à Cæſare denuntiatas, ipſo facto incidiſſe de-
clarantur, demandata Maximiliano Bavariæ Duci executione.

799.
Occulatio-
tur diu
Mandata
Cæſaris.

800.
Acrius in-
cipiatuſ ſu-

801.
Condem-
natur; &
executio
demandā
tur Maxi-
miliano
Duci
Bavariæ.

802.
Deprecan-
tur pœnam
proscrip-
tioneis.

Resederat interea civium furor, & apud multos audaciae metu successerat, præagus infausti exitus. Periculum videbant, exspectare arma prævalidi Principis; cui quæ opponerent ipsi, non haberent Incertas esse in vicinorum auxilijs spes, & fluxam, quæ aliis inniteretur, potentiam. Ipsorum ære victorum, quemcunque admitterent militem; &, quæcunque pars vinceret, certum semper civitatis dispendium fore. Ignavorum, & decoctorum vociferationibus bellum peti: meliorum opibus, ac periculo gestum iri. Ita pluribus paulatim ad mentem redeuntibus, ubi ad communem deliberationem ventum est, inquietorum vocibus melior sententia prævaluuit, quæ à Cæsar's clementia petendum remedium censebat. Oblatus igitur est superplex libellus; in quo caussa omnis in seditione plebis furorem conjecta: quæ, cum communis procella etiam innoxios abripuisse, ne jussa Senatus, nec preces audiérunt, pro hoste accipiens, quisquis obfisteret. Duos nihilominus turbarum autores non absque jubentium periculo conjectos in vincula, nec dubium, quin gravius in reos etiam alios animadversuri fuissent; si absque præsenti vita, & majoris mali discrimine potuissent. Nihil per irreverentiam in Cæsar's mandata à Magistratu peccatum; gravissimam proinde procriptionis pœnam infimis precibus deprecari, quæ promiscue cum noxiis innocentibus involveret. Placari se læsa Majestas, pro in nata clementia noxiorum capitum supplicio sineret. Fidem habuit precibus Imperator, & suspensurum solennem Banni promulgationem recepit: si Donawerdani parerent mandatis; duos, quos haberent in vinculis seditionis autores traderent; aliorum nomina proderent: si nescirent; eos, qui citarentur, legatis ad causæ cognitionem Judicibus sisterent: hæc omnia cum fide facturos scripto, Cum publico civitatis sigillo promitterent.

803.
Sed Fecialis
Cæsareus,
& Legati
Boici longè
alios expe-
riuntur.

Missi cum hoc responso Fecialis Cæsareus, atque una delecti à Maximiliano Consiliarij, ægrè, nec nisi suadente Philippo Ludovico Duce Neoburgico illac iter agente, admissi intra mœnia, Senatui, non in Curia, uti mos fert, (quod id sibi ac Delegatis periculum asserent) sed in diversorio, Cæsar's mentem exposuere, longè ab ijs, quos in supplici libello se se ipsi descripsierant, diversos experti. Nam idem Magistratus, quæ nuper supplex rogaverat, jam acceptare difficilis, quadriduum integrum Legatorum salutaria suadentium patientiam exercuit; dum tandem parere mandatis, captivos tradere, quæstionem in fontes permittere scripto promitteret; dupli tamen conditione adjecta: si nimirum Senatus major, sive exterior, Populūsque suo etiam assensu promissa firmarent, ac, ne quæstio in cives re ipsa exerceretur, intercessione sui Principis Delegati efficerent. De inducendo Senatu majori, Populōque cura arcano Senatui relicta: quæstionis avertendæ laborem in se Boici receperē. Non à Septembbris, sub noctis medium, ne tumultus fieret, captivi duo in Legatorum potestatem dati: biduo post de Senatus Populique assensu perscriptum: excepta tamen inquisitione in reos, quam fieri se passuros negabant.

Verum, cum de gestis Magistratum inter, ac Delegatos, emanasset notitia, gravius quam unquam, à plebe tumultuatum est. Li-
bertatem, Religionem, jura, atque ipsam adeo vitam civium prodi-
tam vociferabantur. Consules, Senatum, Archigrammateum, Patriæ
ac fidei oblitos, prævaricatosque potestatis suæ limites excessisse.
Nec mora: Magistratum facessere jubent, claves urbis eripiunt, excu-
bias ipsi deducunt, abducuntque, duobus civibus, tumultuaria suff-
ragatione delectis, eruptum Senatui imperium deferunt: qui, tribu-
bus in suas ædes convocatis, decreveré: Senatores prius omnes ci-
vitate ejicere; quam unum dedi civem paterentur. Nihil de præ-
stanta mandatis obedientia, nihil de implendis, quæ clam ipsis pro-
missa fuissent, audire velle. Archigrammateus clam è tumultu &
urbe elapsus, discrimini caput subduxit, cujus arcani Senatores peri-
culum non leve adjérant. Ambæ dein partes, plebs nimirum, & de-
jectus ab ea Magistratus, à vicinis Statibus opem flagitabant, culpâ
semper in adversam partem, ceu malorum auctores, conjectâ.

Visum omnibus, hanc extremam palam rebellantium audaciam
extrema postulare remedia. At non erant incognita Cæsari, quæ re-
fractarij cum finitimis suæ religionis Principibus, ac Civitatibus per-
internuntios agitabant, consilia, quorum fiducia intractabiles ficeret.
Nec nulla erat ratio metuendi; ne pertractis in causæ communionem
acatholicis statibus, si parvus hic ignis foderetur, magnum in Imperio
fuscataret incendium; quod prudentius, ac facilius nunc sit, ignoscen-
do comprimere, quam semel fuscatum extinguerre. Ergo sub O-
ctobris initium Rhainam, Boicæ ditionis oppidum, Donawerdæ proximum,
Delegati redeunt, deque Cæsar's mente admonitos, delectos è
Senatu ac Civibus, quo vellent numero, adesse jubent. Compa-
rentibus explicatæ Cæsar's urbem servare volentis clementiæ, spem ve-
niæ faciunt; si cum fide præstarent, quæ libello, Julio mense oblato,
spopondissent, „obedirent nimirum mandatis Cæsareis; & quæstionem
„haberi ab Judicibus finerent, quæ ab innoxiiis reos discerneret.
„Pro ipsis reis exoratum iri clementiam Cæsaris, ut ex his etiam poena
ad paucissimos, gratia ad omnes pertineret. Venerat unà cum Do-
nawerdanis Rhainam nobilis urbis Imperialis Legatus, ad compo-
nendas ciuitum turbas eorum precibus datus; qui ijs, quæ Cæsar's no-
mine proponebantur, auditis, vehementer, ut acceptarent, instabat;
questus, causæ statum minimè, qualem præsens deprehenderet, suis
Dominis fuisse expositum.

Quatriduum rursus deliberatio tenuit: quin tamen ab iis, qui
majoris Senatus, & Populi nomine aderant, aliud obtineri responsum
„posset; quam se quidem non habere, quod privato nomine postu-
„latis opponant; nihil tamen absque reliqui Senatus (septuaginta' ca-
„pitum is erat) ac Populi scito, ac voluntate posse concludere.
Proniora omnia fore, si Legatis in ipsorum urbem transgressis, ma-
jor coram agendi opportunitas fit. Illi terminando citius, uti cre-
debant, negotio, Donawerdam profecti, & graviora prioribus passi,
fero suam credulitatem damnarunt.

^{804.}
Plebs, ex-
auctorato
veteri, no-
vum sibi
Magistra-
tum coa-
stituit.

^{805.}
Mitiora
etiamnum
tentantur
remedia.

^{806.}
Fraude Le-
gatos in
urbem per-
trahunt.

Nam cives, de Legatorum adventu à suis præmoniti, ab ijs, jan intra moenia sua conclusis, extorturos se, quæ vellent, rati, clausi officinis ad popinas convolabant, inter pocula partam sibi gratulan tes victoram. Provide Legati ex nuperi tumultu memoria diversoriis, hospitibusque diffisi, in S. Crucis cœnobium se receperant delectos, quibuscum coepta concluderent, ad sextam usque vespertinam præstolati. Cùm eorum loco adsunt à Consulibus missi, qui nuntient: Senatores æquè ac cives ex crapula ad seria agenda intutiles esse: sobrium manè exspectandum. Et faciebat fidem alia Legatio, quâ duodecim ebrios ac seminudos homines vini honorari bajulos duo publici civitatis famuli, acrei vinariæ officialis, haud minus ipsi temulentii adduxerant. Verùm non intra irreverentiam ebriæ plebis insolentia stetit. Ad arma rursus conlammatum: auctæ per muros excubiae, ea maximè parte, quæ paucis sanè passibus à cœnobio, atque ipsis adeò Legatorum cubiculis aberat; duabus aliis in utriusque, quæ ad monasterium ducit; plateæ aditu stare iussis. Nihil ab ijs per noctem omisso petulantiae, perpetuò circumcundo, clamando, sibilando, arma concutiendo, familiaria Lutheranis carmina concinebant: Nun lob mein Seel ic. Erhalt uns HEr bey deinem Wort ic. Delegati jam multò quâ primò irreverentius habiti, ut Cæfaris Principisque sui auctoritatem contemptui, se ipsos periculō eriperent, sub ortum Solis, cùm ob ejus diei mercatum excubitores diligarentur, inter confertam ad nundinas adventantium turbam, a verso à Bavaria itinere, in proximum Palatinæ ditionis pagum egressi, infelicem tentatæ rursus civitatis pacandæ successum Monachium prescripsere.

208.
Adhibetur
ultimus
pacandæ
civitati
conatus.

Terruit Senatum inopinatus Legatorum discessus; & magis datura abeundi causa: missisque post eos litteris novum facinus veteri excusatione purgare conati sunt; prævalidæ plebis violentiæ, & adempta à se ditiosis auctoritate. Post paulò secutæ aliae ad Maximilianum, atque adeò ipsum Cæarem, ineundæ pacis conditiones non rogare, sed præscribere videbantur, nesciente jam modum audaciâ. Nihil minus post hæc, imperata facturis postremum offerre veniam iustos Maximilianus, iteratò suos ad diem quintam Novembris Rhainam misit, ubi Donawerdanorum consules duo, totidem ex interiori Senatu, ex majori & oppidanis seni comparueré. Nihil non actum à Legatis, ut mentem turbatis redderent, probè gnaris, ultimum inde esse venire, non iterum offerendæ tempus. Considerare jubebant, quâ levis, ac minimè digna, tantis, quibuscum annum alterum confliquarentur, tumultibus causa esset, vexillorum aliquoties, cùm supplicarent Catholicî, explicatio, quam illustriores aliae Imperii urbes quietæ tolerarent, atque ipsi etiam, nec muros, nec plateas inde vitium passas sacerdotes dictarent. Quoties ab annis nō multis Catholicos Religionis causâ palam exagitando, Templum eripiendo, Baptismum, Matrimonia impediendo, Catholicorum civium filios fidei solūm causâ civitate privando, armata denique manus supplices, ac inermes violando in publicæ pacis leges delinquissent, ipsi numerarent. Quid post iterata Cæfaris mandata, post latam ab ejus curia proscriptionis sententiam, contra debitam supremo Imperij Capiti obedientiam, contra missos Cas-

Et multid.
quam nu-
per, con-
tentius ha-
bent.

Cæsar is nomine à Serenissimo Bavariæ Duce Commissarios, contra ipsum in urbe Magistratum aperta seditione egissent, in recenti memoria esse. Nullo alio, si hæc cogitent, argumento opus esse, unde Cæsar is jam toties frustrati clementiam æstiment. Adhuc locum esse venia, si consilio & obedientiæ sit. Non graviora quam prius; sed eadem peti: Mandatis pareant; seditionis autores vel edant ipsi, vel ad quærendum Judicibus, quos vocaverint, sistant. Et, quoniam mandata aliter impleri non possint, Statutum, quod civitate Catholicos arcet, antiquent. Quæ postulentur, æquissima esse, ac legibus Imperij consona. Hæc negari non posse, nisi ab hominibus publicas Leges, & juratam iis obedientiam aspernantibus. Si æquitatem, si fidem, si non staturam aliter libertatem in consilio habeant, serâ licet, adhuc tamen tempelativa obedientiâ deleturos tot civilium tumultuum infaustam memoriam. Si obstinatio non admittat consilium, certi essent, vindicaturum Cæsarem contemptum Majestatis; nec arte ipso s, nec vi prohibituros, quò minus retentum diu proscriptionis fulmen & erumpat, & funestam in ipso virtutem exerat. Ne sperent, ullum fore, qui stratos suo periculo erigat, aut extrema obstinatione perditos miscreatur,

Valuit ea Legatorum oratio, ut post longam deliberationem de utroque Senatu, Populoque delecti imperata facturos reciperent, tradito fidei suæ ac voluntatis scripto testimonio, de civibus tamen ad Cognitorum tribunal sistendis, & antiquando de Catholicis in civitatem non admittendis decreto, tantum moræ sibi concedi rogârunt, quæ ad indicandum ea convocatis in Commune civibus sufficeret, quibus insciis subscribere se negabant posse; nisi offerre se certissimo vi-tæ discrimini vellent. Legati, ne severitate dicerentur corrupisse negotium, etiam hanc patientiam habuere. Ita factum, ut (triginta solum vel quadraginta reclamantibus) in omnia consentirent, tresque à Cognitoribus nominatos transmitterent, Cæsar is, si rei peragerentur, clementiâ fretos. In eo res erant, ut omnia publico scripto comprehensa, signataque latè exitu Legatis traderentur; cum unius hominis fatalis interventus omnia in casum dedit.

Rhotius erat Juris Doctor, quocum Neoburgo evocato consilia hæc tenus communicaverant. Is pridie Ultimam profectus, 10mo Novembris, quo hæc Legatos inter ac cives agebantur, Donawerdam cum litteris Ulmensium venit, quas publicè recitavit. Eas, ne proferri unquam à Catholicis possent, archigrammateus Donawerdanorum, Rhainæ detenus, laceravit. In quæstionem vocatus solum fatebatur, scripsisse Ulmentes: dolere sibi vehementer afflictæ urbis, infelicem statum: monere tamen, ne præcipiti nimis parendi studio, protestantium causæ, ac Religioni præjudicent. Jussisse denique certos esse, in proximis Imperij comitiis serio & junctâ operâ suscep-tumiri illorum patrocinium. Acrior fuit Rhotij, quam litteris adjectis, oratio. Ante omnia in concedendis negandisve, quæ petebantur, salutis ac conscientiæ rationem habendam, admonebat. Vide-rent, ne improvida submissione fidei labem, præjudicium sociis, æternam suo nomini proditæ Religionis infamiam parerent. Banni Histor, Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Des. VII. Qqqq de-

809.
Non inpro
spero luc
cessu.

810.
Rhotius
Ic. tus
omnia
evertit

„declarationem ne formidarent: adfore ab amicis pares Bavaro
 „pias, quæ innoxios præstent. Hoc promissorum flabello Rhotiu
 sopitum recens ignem repente in flamnam excitavit, quâ accensi fe
 roces longa rebellione animi, & mutua cohortatione firmati respon
 811. Negant o-
 bedienti-
 am: bellum
 parant.
 „dere: se, quæ Cæsarea Majestas peteret, quæque facturos se jam re
 cepissent, mutata nunc animi sententiâ, implere nec posse, nec velle
 „Malle se proscriptionem pati, ad ultima subeunda paratos. Considerer
 „nec pecuniam, nec arma, nec sociorum auxilia defore. Po
 hæc, facta rursus à Magistratu veteri secessione, novum creant; ci
 vium, quantum possunt, numerum armant; veteranos iis militiæ du
 ces aliunde conductos præficiunt; tormentarium pulvrem ex ar
 mamentario promunt, & ex aliis locis convehunt; muros civitatis re
 ficiunt; majori numero ac diligentia excubias servant; Ulmæ, Stut
 gardiæ, Neoburgi auxilia quærunt; ad vim vi repellendam summo ar
 dore omnia comparant.

812. Executio-
 ni datur
 Proscriptio-
 nis senten-
 tia.
 „Consumptâ hunc in modum Cæsaris ac Maximiliani patientia, &
 minis ad justissimam pœnam processum est. Duodecima Novem
 bris cum solito comitatu Fecialis Cæsareus, solennibus induvils, &
 aquila Imperiali conspicuus, ad urbis portas adfuit, & parere, si salv
 esse vellet, extemplo jussit. Cùm nihil pacati responderetur, in
 patentem planitem regressus, signo tertium tubâ dato populum cita
 vit. Comparente nullo viatores detenti, aliquæ ab accensis adducti
 ut essent, qui feralis sententiæ nuntium latè different. Ita conceptis
 verbis civitas Imperii hostis declarata, & confracta manibus decreto
 ria arundo cum solitis devotionibus abjecta. Defixum ad portas triste
 decretum, idémque & Neoburgi, Nördlingæ, Ulmæ factum, quo
 ultimo loco habita irreverentius Fecialis Persona novæ postea liti mate
 riæ præbuit.

813. Contem-
 nunt Do-
 nawerda-
 ni, & belli
 apparatum
 augent.
 „Multis terrorem attulisse visa est ipsa exempli raritate severitas:
 soli, quos id fulmen feriebat, Donawerdani contemptui habere, in
 vernilem, hodiéque celebrem jocum vertere, dicitantes: wo der
 Acht / auch der Neundt: acht und aber acht seind sechzehn. Fer
 vebant omnia apparatu belli. Censu inito, cives nongenti sub sig
 na divisi, extra mœnia quotidie ad militiam informabantur à ducibus:
 vicini quoque delectus habitu: pontis Danubio impositi soluta compago,
 ut momento via intercipi adventantibus posset. Dirutæ, quæ Ba
 variam spectabant, suburbanæ domus; invecta civitati annona;
 cives sacramento ad tuendam Patriam adacti; valla duci coepit;
 omnia animis, quæ virum mediocritas ferret, majoribus agi visa
 ostendebant, spes ciuium alienis promissionibus nisi.

814. Patrocinan-
 tur iis Sta-
 tus Acatho-
 lii.
 „Neque vanæ illæ etiam aliis videbantur. Nam Ulmæ, Nörd-
 lingæ, Stutgardiaæ frequentes Ordinum civitatûmque celebrati conven-
 iunt; quorum omnium in res Donawerdanas conversa studia, consi-
 liaque, veluti causam communem fecerant. Jam vigesima Maij,
 atque iterum decimâ octavâ Junij, ad Cæsarem & Maximilianum com-
 muni nomine scripserant, graviter conquesti: quasi foro minimè com-
 „petente, prætermisso Spirensi dicasterio, nec compellatis Sueviæ,
 „ordi-

„ordinibus (quorum id maximè interesset) contra Imperij ac Circulorum Leges, causa præ properè dijudicata fuisset. Inde nulla esse contendebant & Proscriptionis sententiam, & exceptionis mandauit; utque revocarentur, iterato, nec absque minis, postulabant; conducto, ne intra verba statuti existimarentur, peditum equitumque haud contemnendo numero,

At Cæsar jure, & multò, quām reorum insolentia posceret, lēnōis à se actum certus, nihil iis litteris motus est. ^{§. 5.} Maximilianus etiam probè gnarus, negotii hujus exitum à celeritate pendere, nō hil hic mis, jam in copiosas nives effusæ incommodis territus, Rhainam tormenta præmisit. Ea Bernhusius cum fatis magno copiarum numero secutus, Donawerdam processit, muros quatere, & vni, nō se dederent, extemplo inferre certus. Tum enim verò ex propinquitate periculi detumescere inflati spiritus, & rebus suis, muris atque armis diffidere oppidani cooperunt. Primum, quod coepere, consilium fuit, ut inducias peterent, socios interea consulturi, quid agerent. Non fugiebat id Bavarium, cui moram faciebat difficultem, speritas temporis: nec mereri videbantur, qui rogabant. Ergo negato, quod petebant, biduo, 4ta duntaxat horæ pars concessa; intra quam decernerent, vim experiri Principis, an clementiam malent. Populus, conscientiâ & metu turbante, jam sua etiam arma exofus, confessim mitti, qui pacem orarent, urgebat; & Senatum, vim iratæ plebis experientiâ doctum, audacia simul & consilium destiterat. ^{Mis} ergo, qui pacis conditiones acciperent, has tantum retulere: Maximiliani se arbitrio permetterent; arma mox deponebant: præsidium admitterent. Profuit, extemplo geffissæ mortem. Itares peracta sine cæde, sine corporum aut fortunarum injuryia, atque iis, qui sponte profugerant, exceptis, salva omnia omnes habuerent. Ita enim Maximilanus severissime caverat, propositâ, si quis contrarium ageret, capit is poenâ. Recepta urbe duæ equitum alæ, totidemque cohortes peditum retentæ, quæ ad tuendam illam, & in subitos casus, rebus nondum pacatis, sufficiunt videbantur. Reliquis exercitus, persolutis stipendiis, sacramento solutus, à signis dimissus est.

Primæ ad constituendum Civitatis regimen converte curæ. ^{§. 6.}
Cum proscriptis ante acceptam à Cæsare veniam fasces committere nefas esset, viris exteris fide ac sapientiâ claris interea crediti sunt. Smit-
hium & Wurmium duos Consules, Astenhamerum Caufidicum, Clem-
nium Archigrammateum, Lintcherum, Crazerum, Civitatis item am-
manum, avehendi Monachium causa, nec hominum, nec Religionis
odium seit; sed publica & gravissima accusatio civium, eorum fu-
rori ac fraudibus publicam calamitatem tribuerunt. Nam ab ipsis
retenta fuisse mandata Cæsaris: affixis programmati concitatam
multitudinem: vocatos ad arma cives: obfirmatos in rebellionem
animos. Wurmius præterim male audiebat, & Clemnius, quo-
rum ille ex incenibus ac portis conspicuus voce manuque auctor fuisset
violandi catholicos supplices: hic consilioram omnium auctor, vel
particeps, sociam operam junxit Doctori Rhotio, in evertendo,
quod penè consecutum jam erat, pacificationis negotio. ^{Mitius} sanò proximo anno, deprecatore Maximiliano, in hos rebellium
duces

dico animadversum, quām in suos ipse Maximilianus animadvertisset; edito in Moserum centurionem priscae severitatis exemplo, quem edicto praedae reum capite damnavit. Ejus mortem, cū ob memorabiles circumstantias, diu in omnium ore versata fuerat, paulo distinctius narrabimus, quod certa omnia & comperta habemus, ; quippe ab eo nobis relictā, qui morienti ad ultimum usque spiritum addidit.

117.
Moseri Cen-
turionis
Bavari
supplici-
um.

Equidem in custodiam datus, biduo ante diem, quem supremum habiturus erat, accersiverat nostrum: at nihil dum de extremis necessitatibus nuntio loqui vekaudire sustinens, alia omnia pro militari libertate dicebat, agebatque. Blande, ac per cubiculos adortu Pater, cū nihil proficeret, seria gravique abhortatione revocare hominem ad inspiciendas, componendasque, antequām Deo reddere animi rationes coepit. Hora inter eam altercationem elapsā, su discessum, ut Numinis propitiando preces saltem effunderet, monuit idem se domi cum sociis facturum. Sub serum vesperum puer carcere adest, & Pater, inquit, rogat captivus libellum ut sibi mittas, unde comparare se ad Confessionem possit; ipsēque cras ben manē adlis, eidem excipiendæ. In utroque obsecutus noster reuni lacrimis perfusum postridie reperit, superioris dici dicta factaque inter gemitus excusantem. Expunctam sc̄ ex animo velle omnem irarum ac simultatum memoriam: hostibus quinimō suis non ignoscere tantum; sed fausta precari ex animo. Collaudatum Pater o eam Christiani animi magnitudinem, à prima pueritia se accusauerit audit, & synceritatem doloris continuo fletu ac singultu testantem Sacram inde synaxin ea animi religione ac reverentia accepit, ut dicere, eum cibum sibi quidem in vita mortali supremum fore; nec alii ullum vel eo, vel postero die admisit. Tam bene comparatibus datum, ut custodes quieti, & extra cubiculum essent, quod plenior ei foret Dei inter pios affectus alloquendi libertas. Animum tandem, plena libertate ac quiete gaudentem, una laeticinabat cura, filiolas duas matris defunctæ superstites miserantis, quarum natu majora quadrimula erat. Nam probè intelligebat, quantum præter orbem dedecoris afferret misellis paternum supplicium: verum erigente in spem nostro, & hic animo imperavit, certua, providentissime Numinis casus curæ fore.

118.
Miri omni-
um pro reo
servando
conatus.

Feralis dies ubi illuxit, convocato præsidio datum est sub dio militare judicium, plenum antiqui rigoris; attonito circùm ad spectaculum insolentiam populo. Sistitur reus, intrāq̄e coronam militarem accipitur. Data in eum actione, cūm horas duas ac dimidiā accusatio, ac defensio tenuisset, ex lege ac ritu castrensi pronuntiatur tristis sententia, eaque reus, amputatā prius dexterā, ad gladium daramatur. Expalluit enimverò ad feralom vocem ille, ac crumpentibus lacrymis, profulus in genua, expassis brachiis misericordiam iteratò lamentabilī voce inclamavit. Intra horam ad moriendum sc̄ compone- re iussum seduxit à turba Pater; cūm interea statuum omnium, reum servare volentium, mirus ardor & conspiratio fuit. Primæ suppli- ces Judicibus factæ quinque ingenuæ virgines, festo ac nuptiali habitu ornatae,

ornatae, quæ damnati salutem in sui floris honorem donari sibi orabant: secundum has totidem honesti ordinis Matronæ, uterum ferentes, se stirere, eam gratiam Matrum reverentia ut concederent, obtestantes. Inde miro consensu miles universus humi fusi supplicare ducibus, hosque totius populi circumfusi secuta clamatio. Duotum quoque Antifitum Legati, & quotquot alicuius nominis in urbe erant, idem pro se quisque omni studio ac contentione flagitabant.

Unius tamen Virginis pertinax hominem liberandi studium, primum quidem omnium in se oculos animosque convertit: mox errore suo miris affectibus funestam illam scenam involvit. Illa enim inter lamentabiles voces, muliebri violentia præcipui ex Judicibus genua invadere, prehensare, obstinatè detinere, identidem obtestans, ut centurionem salvum, sibi sponsum conservatum vellet, Neque nihil omnino egit; duce ad eas preces frangi, ac leniri viso. Verum dum is nescio quid de facienda gratia, ac remittendo sententiæ rigore loquitur, non intellecta plenè sententiâ, vitæ gratiam factam persuasum est virginis, & diffusus momento per civitatem rumor; damnato vivere licere,

819.
Virginis
eum spon-
sum sibi pe-
tentis infec-
tus error.

Ea vox ad rei quoque aures allapsa velut à præsentí sunere ad vitam revocavit. Accurrebant certatim salutis nuntij, manu prehensabant, gratulabantur, vita securum esse omnes jubebant. Inter ea undique ambientigm studia accurrerit etiam anhela virgo, ac perrupta circumstantium coronâ, ad reum se se penetrat, sertum capiti injicit, ac decipit, intempestiyo complexu sponsum salutat, habitura mox maritum, cui vitam ipsa in dotem afferret. Excipit loquentem servens lætitiam vulgus, interque elatos clamores sponsis felicia accinit, præpropero falsi gaudij astu abreptum. Erigere se jam plenè reus, & inter tot fastigia testimonia nihil jam de salute dubius, sospitacrem suam injecta manu subducit in curiam, ubi nihil prius habuit, quam ut ipse, præsentesque, eo auctore coram Christi patientis Imagine in terram prostrati, preces funderent, gratiásque pro insperato beneficio Numini redderent. Cum omnes consurrexisserint, annulum, quem etiam dum servayerat, elegantem, ac pretiosum de manu detrahit, eoque sponsam induit, veluti promissæ ac datæ jam fidei arrhabone quo facto etiam Pater, cujus jam nulla esset necessitas, versam tam felici mutatione sortem gratulatus, discedit. Sed breve gaudium sferalis momento luctus extinxit,

Nondum prorsus è foro discesserat noster; cum revocatus à Magistratu, redire ad reum jubar, certissimò, & mox ducendum. Vulgi, quæ sparsa essent, errorem fuisse: non capitis poenam, sed dexteræ duntaxat multam supplicibus condonari. Pater ea voce, cœu fulmine attonitus, verso gradu ad reum rediens, quosdam alios præmittit, qui hominem de errore doceant, & puellam inauspicato nuptiam, procul submoyeant. Dicinon potest, quanta ex insperatissimo nuntio simul omnium consternatio fuerit. Multi, novis suppliciis urgendum militarem Magistratum rati, eò festinabant: sed domo soribùsque constanter exclusi, re infecta redibant. Pater deinceps. Proy. Germ, Sup. S. 3. Tom, III. Dec. VIII. Rrrr de

de cùm in rei conspectum venit, uterque inter gemitus, tristi silenti aliquamdiu attonitus stetit. Tum ille se prior recolligens, revocato in animum, quod Deo teste cepisset, fortiter moriendi proposito ut illud ultimum fortunæ ludibrium in suum meritum convertat, mœnuit. Æternam illam inter Superos vitam dignam esse, pro qua temporalem hanc, & miseram iteratò daret. Paruit monenti, confirmatòque adversùs ultimam necessitatem animo, iterata noxarum confessione expiatus, preces tantisper è libello recitavit. Inde surgens, injecto in collum rosario, vultu tam intrepido ad supplicij locum processit, ut jam credi posset, ad veras nuptias ire. Verùm quas ille in se compresserat lacrymas, eas ubertim circumfusæ populi coronæ expressit prodeuntis aspectus, qui, postquam paulò ante exdamnato repente sponsum, nunc ex sponso velut iteratò damnatum cernebant, multò ad miserationem flectebat potentius. At præsentem viri in tam contrariis affectibus animum ultima maximè ostendit oratio, quam nec animo, nec lingua exerrans, gravem ordinatamque ex ipso ferali pegmate ad milites habuit, neminem præter ipsum præsentis calamitatis auctorem incusans. Mox ad ictum fatalem collum ipse humerosque nudavit, & impressis Crucifixo repetiti osculis, manibúsque supra pectus in Crucem compositis, ferrum fortis exceptit. Non milites tantum, sed ipsos maximè cives terrere vi sis ille judicum nullis precibus flectendus rigor, ad conservandam civitatis quietem perutilis, & multis adhuc jugum ægrè ferentibus necessarius.

822.

Religionis libertas lutheranis re linquitur: Catholicis una cum Templo re- situr. Composito hunc in modum politico ac militari civitatis statu, relata civibus Religionis, quam vellent, exercenda libertas, nemine eo nomine unquam interpellato. Sapienter enim cavebat Maximilianus, ne proscriptæ civitatis causam, quam in proximis comitiis primam se acturos minabantur, jure suscepisse Protestantes viderentur violatas Imperij leges pro more questuri, si quamcunque imminutæ libertatis speciem adstruere potuissent. Ante omnia tamen, ut jus & læsa Majestas postulabat, data executioni spreta toties Mandata Cæfaris; ac restitutus, præ quo proscriptionem pati elegerant, Catholicorum Sacrorum usus. Post cives armis, toties contra Catholicorum agmen sumptis, exutos, indicta Catholicis, & quantâ maximâ potuit solemnitate per urbem ducta supplicatio est, in qua explicata rursus vexilla augebant lætitiam, quæ indigna nuper tolerâssent, memoribus. Dein princeps urbis Templum, quo tam malitiosè fuerant extrusi, restitui sibi, ceu veteribus, & iustis possessoribus, oblato supplici libello petierunt, & meritò impetrârunt cives Catholici, clavibus nostro Sacerdoti traditis, qui sacræ supellestis plus, quam expectari poterat, à festinantibus relicturn invenit. Unus tamen calix abesse notatus: quem posteà à Tölzero Lutherano Diacono in fugæ subsidium acceptum innotuit. Eum Vötterus noster lepido libello de hoc furto coarguit, & Styrensi cuidam Præposito reum insulsè admodum defendantí, falsè, more suo, respondit.

Prima rur- eùs suppli- catio ex- plicatis ve- sellis.

Post.

Postquam nimis, præsente ad portas exercitu, adversus metum nulla amplius valebat oratio; ditione jam certa, ducenti fermè Lutheranorum civitum, quos aliorum antesignanos conscientia prædam naverat, antequam ullus Bojorum militum urbem intrasset, aversâ portâ se proripientes, spontaneo multârunt exilio. Erant hujus fugæ, uti anteâ belli, duces præter Scholæ Rectorem duo reliqui gregis heterodoxi Pastores, diffisi, quâ se indignos judicabant, clementiæ victoris; quam cum supra meritum & expectationem fuisse res ipsæ probarent, pudere homines fugæ cœpit; ad voluntibus undique sociorum epistolis, reprobrantium mercenarium animum, cuius probrum non modice ministrorum Evangelij nomen dehonestaret. Tacendo sedari cum non posset tam publica contribulium indignatio, apologiam edidere, quâ facti sui eas afferebant rationes, ut melius sibi tacendo consulturos fuisse, nemo prudentium non judicaverit. Principi Palatino in scripta erat defensio, cum aliis capitibus, tum eo maximè ridicula, quod scribebant: falli eos, qui hostilis exercitus mox urbem ingressi metu captum à se crederent fugæ consilium; ceu defecisset ter ritos ad tolerandas, quas inde metuerent, molestias animus. At vero, ut comperissent, adesse præter hosticum militem etiam, non modicam Jesuitarum manum; tum enim verò non ultra libuisse moras trahere; sed tolerabilius visum in exilio vitam cum exteris agere, quâ cum Jesuitis in Patria degere. Cruentes homines, & à barbaria immanitate tot protestantium scriptorum calamis notatos, permissuros haud fuisse, ut sibi suisque securis esse ac salvis liceret. Ne Lutheranis quidem satisfecit frigidissima ignaviae purgatio, quâ non Jesuitas odio, sed publico semet ludibrio exposuissent,

Gregem
Lutheranum de
serunt fu-
gitivi Pa-
stores.

Ridicula
fuga defen-
sio.

False ad-
versaria-
rum crimi-
nationes.

Nihilominus non desuere, quibus hominum male de sua religione, peius de Republica meritorum, defensionem persuasit partium studium; ut de Catholicorum, quos palam ac violenter opprimiendum constabat, injustitia, vi, crudelitate, querelas atrocissimas spargerent; Principum omnium protestantium aulas lamentis implerent; Cæsarem credulitatis & injustitiae, Maximilianum cupiditatis, Catholicos omnes ceu pacis publicæ turbatores accusarent, dispersis quaquam versum libellis, nulla Dignitatis aut veritatis reverentia. Similia sua quoque in Historia posteritati commendare Merianum non puduit; cuius quidem in partium suarum rebus, aut personis inducendis vix unquam sincera, sèpè aperte falsa narratio, infidum semper silentium est. Fidem, si quidquam aliud, libro demere potest tam perversa causæ Donawerdanæ relatio; in qua post toties repetita, ac testatissima contemptæ Majestatis exempla, rebelles illos veluti hominum pacatissimos, innoxios, ad omnia paratos, nullo ad parendum relicto spatio oppressos, toti mundo proponere non erubescit; Cæsarem contrâ injustitiae, Maximilianum violentiae & cupiditatis insimulat. Fugâ Prædicantium altissimè dissimulata, statim ab ingressu traditum Jesuitis, ait, à Bernhusio exercitus duce primarium urbis Templum. Plus sanè hoc & aliis scriptoribus sincerae mentis habuit è Ministri rum albo Magister, Ruclichius, qui in sua quadam Epistola hisce verbis turpem illam fugam satetur, & improbat; *Adulari nec moris mei*

nec officij est. Fugitivo Pastori animi mei sententiam clare aperte Norimbergam perscripsit. Dici non potest, Ecclesia vel Schola Ministros Werdā Suevorum vi pulsos esse: nullum eorum bis invenit. Idem à suis hic expertus est grec. Evangelicus, quod olim Christus in barto, Eccl.

825. *Postliminium igitur Catholicis datum, & in desertam à violenti usurpatoribus Ecclesiam, cum veteribus sacris veteres possessores repetenter fuit. Petente Serenissimo Maximiliano profecti cum exercitu bus Catholicis justè re Boio, urbemque ingressi fuerant quatuor è nostris sacerdotes: Bartholomeus Stauder, Eliseus Bulling, Georgius Rott, & Georgius Schretelius, ceterorum superior. Hic Donawerdæ natus, ex ipsa quâ Catholici jactabantur, tempestate serenum præfagiens, sàpè auctoritate conditus est dicere: sperare sc., res illorum brevi eò venturas, ut ipse concionem dicit P. Georgius Schretelius Donawerdanus. Patriæ suggestione ad civium suorum concionem diceret. Is tanto Lætitia acceptavit delatam ad se dicendi provinciam, ipsaque Thomæ Apollonii festa luce primus post annos fermè quinquaginta orator Catholicus suum ipse implevit præfagium. Erat longè frequentissima concione, & que dictioni Schretelius aptè admodum præfixerat illa ex Evangelio verba: quia vidi te, Thoma, credidisti. Quæ ad præfectum rerum statum oratione non prudenti minùs, quâm disertâ explicit; ut nec Lutherani paullum Catholicis permixti haberent inde querulandi materiam, Catholici verò certatim describendam expeterent. Sacra deinceps in præsidij ac civitatis, quâ Catholicæ erat solatum curare jussi, acceptâ ad tempus provinciæ, binos, ternos & cum in finem, per annos complures Sacerdotes reliquimus.*

826. *Duo Cottulsi ante mortem redeunt ad fidem Catholicam. Primus fructus, quem ager ille, vix dum coli cœptus, dedit dudum Consulut in supremo morbo ad Catholicam Ecclesiam redditus fuit. Herpferus annos octoginta natus, Catholicum Sacerdotem tanto accerfebat ardentiùs, quod sibi viribus defecto morbum qui supervenerat, non dubitaret extreum fore. Nihilominus, cùm notum esset adversarij etiam ex nihilo querelas ferendi ingenium, non attè flagitantis desiderio factum est sati, quâm, superfluâ etiam cautela, detracta fuisset omnis cavillandi occasio. Carolus Camerarius Augustanæ Confessionis arcani consilij Senator missus, qui in libero futu ac consanguineorum corona rogaret: suâne sponte, an alieno suau Augustanæ Confessioni nuntium remittere, fidemque Catholicam dudum repudiata profiteri rursus, in eo maximè articulo, vellet, quod iam ad limen æternitatis constituto, si in eo fidei delectu errâset, æternum immineret exitium? Confestim & voce & animo præsenti respondit senex: eum ipsum æterni exitij metum esse, cur, rejectis novitiis sacris, ad veterem se Religionem festinaret recipere. In ea natum primò, educatumque, & junctum quoque matrimonio fuisse; necc alio, quâm honorum ac fortunatum illico captum deseruisse. Specare se, Deum gravissimi erroris, licet serò detestanti, daturum veniam. Ejus spei argumentum & pignus sibi esse vitam in id tempus prorogatam, quo sine obstaculo apertus, & facilis redditus esset. Tunc denum accessus ad ægrum nostro patuit: & æger, Sacramentis Catholi-*

Magna in iis recipienda circumstatio.

tholico ritu perceptis, pauculos, quos supervixit, dies inter Catholicæ pietatis exercitia ducens, vivere desiit. Confulum alter Augustinus Schmid, haud magno temporis intervallo Collegam secutus, Catholicam fidem, quam haustram cum lacke fortunarum pariter amore deleruerat, ante mortem resumpfit. Amborum funus magnâ celebratum frequentiâ, Catholicorum tumulis illatum est.

Quàm cauta Catholicorum erat Lutheranos, non nisi seria prece, & palam instantes, admittendi circumspetio; tam amplam iisdem Lutheranis fecerant sua sacra retinendi exercendique potestatem. Templum in urbe Lutheranis proprium nullum unquam fuerat: sed, ante illud subtraictum Catholicis, extra urbem conventus agebant, id precibus eorum permittente Senatu: nunc liberrimam esse cuique sacrorum causâ, quâ vellent, exeundi potestatem, positi à Maximiliano Præfe. 827.
 Eti, etiam non rogati, voluere, Bergam maximè, ac Zürgesheim turmatim ad conciones egrediebantur; suorum funera humabant; infantes ad Baptismum efferebant. Cùmque nonnulli recentem prolem ad S. Crucis Monasterium portarent, sacro fonte tingendam; serio ejus fæcti rationem poscebantur: quodque dari voluntibus nullo scrupulo poterat, ac penè debebat, non nisi enixè flagitantibus concedebatur. Constatbat enim, Ulmensem conventum, quem hac maximè de causa Status quidem acatholici conflârant, à civibus cò nuper profugis quotidianis lamentis querelisque accensum, in id maximè intendere, ut esset, unde accusare Catholicos, velut demandatae executionis limites transgressos, possent; id quod nihilominus, libellis non tam pro causa, quàm contra Cæsaris auctoritatem acerrimè scriptis, Pragamque missis egere. Attamen nec partis adversæ ad perseverantium in Lutheranismo hortantis studia, nec admissionis apud Catholicos impetrandas difficultas impedire potuit; quo minus primo hoc anno Catholicam fidem, ejurato Luthero, septem & octoginta profiterentur. Hi primi fuere manipuli, in Ecclesiæ horreum nostra manu ex agro Donawerdano hoc primo ab occupatione anno illati, è quo, mira Numinis providentia per eum ipsum conatum, quo sacrae fidei triticum evellere laborabat inimicus, eventu contrario, hæreseos zizania radicitus extirpavit; electo in executorem consilio Maximiliano Bavarо, jam tum id agente, ut redderentur, quæ sunt Cæsar, Cæsari; quæ Dei, Deo.

Hic ipse ad omnium exemplum Catholicus Princeps, uti Donaverdæ, ubi pro Cæsare agebat, rem catholicam tutius crescere, quàm celerius maluit: ita subiectam sibi Bavariam plenè Catholicam habere quàm celerrimè voluit. Emenhusium, & Bruna, pagi duo trans Lycum in Suevico, sed Bojcaëditionis solo, haustris ante annos septuaginta Lutheri errores retinebant, veritatis ignoratione potius, quàm obstinatione voluntatis: nec enim, præter Präconem suum Lutheri dogmata inculcantem, Catholicum ullum oratorem fallacias demonstrantem audiérant. Ut audirent, Maximilianus hoc anno effecit; misisque è nostris brevi obtinuere, ut Präcone ad Catholicæ veritatis argumenta sæpè nihil, semper inania respondentē, pars magna incolarum à cognito errore discesserit. Cùmque vanissimi hominis no-Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. 828.

Sssss men,

men, quod nemine adversario utcunque sustinuerat, jam planè vultus est; solum vertere iussus, discessu tandem prodesse gregi coepit, sa-
Boicā omni excedere edicto ju-
bentur hæ-
retici.
niora pascua jam sponte quærenti. Intra ipsa vero Bavariae viscera
è nobilitate supererant, qui peregrè hæreses luc infestati, familiis illam
intulerant. In his ad sanitatem revocandis cum frustra Maximilia-
nus eludi patientiam cerneret; meditatum diu edictum vulgavit,
quo omnes ad Catholica sacra redire, aut Boicā excedere jubeban-
tur. Vix erat, qui Patriæ jacturæ retinendum sibi errorem putaret;
Principe amore etiam ac honoribus eos prosequente, qui conversio-
nis synceritatem moribus ac vitâ probaverant.

329.
Nobilis Ma-
trone Mo-
nachij ad
filium invi-
senis con-
versie.
Unum, ejurato Lutherò, tribunum equestrem, ac rei ven-
toriz Praefectum tunc aula habebat, quem ut, dudum profectum do-
mo, mater reviseret, longo perfuncta itinere, Monachium venit.
Hæretica, & in tuendo errore mulierbriter pertinax, id filij precibus
ac Principum reverentiae dedit, ut nostrum sapientius dicentem audiret.
Inde non unus tantum animo aculeus hæsit, sed iuitque ad suos gravibus
de Religione sua dubijs, ac scrupulis plena, ut sæpe, obortis lacrimis,
altum ingemiscens se precibus daret, obtestata clementiam Numinis,
ne se erroribus innocenter haustis immori sineret. Exinde nullam ani-
mo quietem cepit, semper audire sibi monitorem visa: rediret Mona-
chium: ibi fructum ad maturitatem perductum iri, ubi primam ejus
concepisset sementem. Paruit illa, &c, amicis, viarum incommo-
da, periculaque, exhaustas vires, & majorē annis septuaginta æta-
tem frustra objectantibus, prælongum iter ab ultima Holsatia Mona-
chium re legit, neptem ex filia, & duas secum pedissequas trahens.
Eas omnes cum Patrum nostrorum curæ filius ommendasset, brevi-
tantum profecere, ut Catholicas sese publice ex Tridentina Formula
profiterentur; illachrymantè passim coronâ spectantium, filio cum
primis, quod Matrem, suâ maximè operâ, æterno, à quo proximè
aberat, creptam exitio cerneret. Haud minus clarum exemplum
suit alterius illustri stirpe Matronæ, quæ Schwenfeldij errores, qui-
bus innutrita fuerat, generosa conversione damnavit. Unus præ-
tereat & quinquaginta Patrum Monacensium operâ è variarum hære-
sum labyrintho extricati.

Edicti poro, quo Bojorum inter Acatholicos famulantium Reli-
gioni nuper Maximilianus, nostris auctoribus, caverat, ea vis & ef-
ficacitas fuit, ut Augustæ eorum septuaginta, domesticorum artibus
circumventos, in semitam Patres reduxerint. Eorundem opera
hoc etiam anno perfecta est Lucelburgensis pagi conversio, grege to-
to sexcentorum capitum ad Christi ovile reverso, unâ cum Præconiis
nuper clapsi juvene filio.

E Juvenibus vero permultis, Duce optimo Numine veritatis
viam errori præhabentibus duos clarissimo genere ortos Ingolstadium
exceptit, quos parentibus orbatos eò cognatus Princeps & Episco-
pus miserat; Tutoribus obstatre vel non ausis, vel non valentibus.
Cum iis curæ nostræ commendatis sic Patres egere, ut opportunis ma-
xime libellis adjuti in veritatis cognitionem ipsi venirent, tanto tena-
cius

ciùs illam complexi , quòd ipsi reperissent. His aliis ætate ac genere haud absimilis adolescens mature hæresin Dilingit depositus , quòd cum parens ex Catholico Lutheranus studiorum causâ dimiserat ; magno argumento , se non Lutheranum magis , qualis esset , filium , quām qualis ipse fuisset , Catholicum malle. Ipse adolescentis rogatus , quām esset Parenti mutatæ religionis causam redditurus ? responsorum se ajebat : si Patri licitus fuisset à vera Religione ad falsam transitus : sibi à falsa ad veram regressus cur non ligeret ?

Nec desuit coelestis gratia piis aliquot liberorum conatibus , § 30.
Liberi parentibus ad Religionem ducas. cum vera fide salutein parentibus pro vita reddentium. Ita Constantiæ Matrem sexagenariam contra omnes sacerdotum profanorum , que hominum conatus persistantem in hæresi , sexdecim annorum filia , à nostris nuper Ecclesiæ redditæ , vicit , veræque ac melioris vitæ principium extitit. Patrem alterum pari filiæ pietate , haud paulò feliciorum Landsperga vidit , simul & cœlo transmisit. Veneratis eam in urbem , visendæ filiæ causâ , vir æquè nobilitate illustris , ac canitic venerandus ; sed artis militaris peritior , quām rerum Religionis , & à Catholica ante omnes alienus. Filia , de Patris grandævi salute dudum sollicita , nunc læta adventu , identidem nostros in ædes accersit , ut alloquentum humanitate cicuratus paulatim cum iis confidentius ageret. Accidit interea , ut annis fessum repentina yaletudo in lectum deiiceret. Eam cum seni fatalem fore judicarent medici , adest illieo noster Ecclesiastes , & jam satè eruditum , ac cupientem , ab hærefoes simul ac peccatorum vinculis exsolvit. Parens tanto à filia adstrictus beneficio , ante obitum ex aſſe illam hæredem scripsit , & ut nobis quoque gratiam redderet , tria ex argento candelabrorum paria , offerte nostro Templo jussit , quæ illa volens lubensque fide optima dedit,

Magis ad famam valuisse visa Præconis Lutherani conversio qui reliquæ , quam apud celebrem Imperii Marchionem tenebat , cathedra , theranus
hæresin de-
serit. se catholicorum partibus adjunxit ; homo græcè ac latine perbenc doctus , & quod in hac gente prodigijs loco est , cælebs. Friburgum primo Brisgojæ concessit , ab illius Academizæ Doctoribus Constantiam missus ; ubi pernoscendis Catholicæ fidei fundamentis tanto vacaret quietior , quòd esset ab amicis & aula remotior. Solidum in id mensem impendit , eo progressu , ut , cùm ne minima quidem atomus clarissimæ veritatis luci obstantet , die proxime laco , secundum concionem in Tridentinæ Synodi verba juraverit , magno omnium ordinum accusu ac frequentia , cui multi se hæretici , rei pridem vulgatae famâ acciti , miscuerant. Reverendissimi Episcopi sumptu , quo liberaliter ad eum diem vixerat , ad academiam volens discessit , sincerae imbuendus Theologiæ scientiæ ; ubi facti sui rationes vulgarit , Patrisque , ac fratrum duorum , Lutherani verbi ministrorum criminationi respondit , paſsim spargentium , cum non amore veritatis , sed præriorum ac dignitatum spe à secta abstractum esse ; veteri more , quo sectæ contemptum ulcisci paratâ semper in descentes calumniâ solent.

^{832.}
Ratisbonae
Joannes Hy-
linus Ec-
clesiastes
noster in
comitiis à
protestan-
tibus ve-
natur.

Eadem de causa Ratisbonense Collegium exorta repente proce-
la vexavit: sed quæ ad veritatis scopulum illisa pari, quâ surrexera-
facilitate consedit. Comitia agebantur Imperij Procerum, quæs Rui-
dolphi Cæsaris nomine Ferdinandus tunc archidux Græcensis, poste-
Imperator præsedidit. Intellexit Joannes Hylinus, noster in summi-
Templo Ecclesiastes, expectari à se, ut in eo Procerum utriusque Re-
ligionis conventu pro concione afferret, quæ Catholicam veritatem
potenter adstruerent; eò quod acatholici etiam, id Jesuitam factu-
rum persuasi, frequenter se concioni miscerent. Ergo id, unde reli-
qua omnia pendent, aggressus, unam tantum, eamque Catholicam
solum, veram germanamque Christi Ecclesiam esse validissimis argu-
mentis demonstravit. Nec in ventos sparsam sementem fuisse, sep-
tem ac triginta probavere, è variis sectis ad Ecclesiam reduces; quo
inter duo erant clari nobilitate, Saxo aker, alter Bojus. Saxonés maxi-
mè tam publicus ab Lutherismo tot hominum discessus pupugit, qu
ceteros Augustanæ Confessionis Magnates, Legatosque perpulere
ut, ad inhibendos rei Catholicæ tam secundos cursus, secum consili-
jungerent. In Hylinum igitur vis prima tempestatis incubuit: quem
cùm in Conventibus conviviisque alij traducerent, Calvinista quidam
anonymous, cunte primum per manus, mox sparso latido scripto impe-
tit.

^{833.}
Adversarij
manifesta
hallucina-
tio.

Non erat difficile convellere hominem, ab aliis temere accepto
narrantem; cui tot in contrarium opponi summorum virorum testi-
monia poterant, quot erant eorum; qui totq; Comitiorum temporum
virum, non prudentiā minùs, quam facundiā clarum audiēre. Hal-
lucinabatur turpiter sub ipsum initium scriptor, dum primam, qua
læsa pacis accusabat, conacionem habitam asserebat primā post Adven-
tum Dominicā. Nam, sive primam, quæ Adventum tunc auspi-
cabatur, intelligeret, toto cœlo aberrabat; nam id unum tunc Hy-
linus agebat, ut valida & ardentí oratione hortaretur auditores, ne i
præparandis adventuro Redemptori animis minùs curæ ac laboris im-
penderent, quam Comitiorum causā pro suo quisque munere & offi-
cio suscepissent: sive Dominicam, quæ Adventum atque ipsa adeo
Nativitatis festa excipiebat, designaret, æquè falsi manifestus tene-
batur. Nam cludebatur ea die magna celebritate quadraginta
horarum Comprecatiō, totūque Ecclesiastis labor in eo versabatur, u
enīnes ad anni sequentis atspicium religioso Sacramentorum usu conse-
ctandum induceret. Indignabantur, qui legebant, audaciæ homi-
nis, tam falsa in ipso, ubi contrarium constabat, loco, cœu comperta
& testata scribentis.

Attamen, quam stilus notare voluisse videbatur, illa concilio fuit
quam Apostoli Andréæ festa luce Hylinus celeberrimam habebit; quip-
pe cui præter summum Comitiorum Præsidem Ferdinandum Archidu-
cem, aulāque universam, non Catholicon duntaxat Procerum,
sed Protestantum quoque frequens Corona interfuit, atque omnium
fere Imperij Ordinum Legati. Non ita Hylinus despuit, ut audito-
rium longè nobilissimum, quod sibi quam maximè favere etiam in
posticum cuperet, intempestivo Zelo, aut imprudentiā dictionis
offen-

offenderet. Virum, suapte naturā pacatum, & comēm P. Villētius inluper Serenissimi Archiducis Confessarius amicē monuerat, ne quam vocem sibi pateretur elabi, quæ adversæ parti gravis accideret; interque alia *baretici* vocabulo, cūm ad eos sermo devolveretur, semper abstineret; qua in re tam religiosè Hylinus paruit, ut non pauci quoque nīmiam lenitatem exprobraverint. Apud Calvinistam certe scriptorem inutilis fuit, quem de viro erga adversarios ad scrupulū comi, scribere non puduit, eym è suggestu classicum cecinisse *adversum bareticos*.

Juvat vexatæ à Calvinista Concionis argumentum & economiam paucis attexere, quæ Superiorum, aliorūmque voluntate, ab ipso Auctore descripta adhuc extat. De Ecclesia scilicet, & Comitiis aliquid pro expectatione dicturus, postquam omni ædificio, ut firmum considereret, solidō opus esse fundamento, præmisisset; de Christo, Ecclesiam suam moliente subjunxit: caritatem in fundamentis collocâsse, sinè qua cætera omnia inania, & nulla sunt; nec ipsi fidei, quæ per caritatem non operetur, tutò quidquam superstrui; quæ omnia allatis Scripturæ, ac Patrum validissimis testimonius abundè stabilivit. Christum ipsum haud obscurè id innuisse videri, cūm primos Apostolorum Petrum & Andream vocavit, archissimo fraterni amoris vinculo colligatos; quibus mox alterum par Fratum, Jacobus, & Joannes ille perpetuus caritatis laudator accesserit. Jam olim Synagogam quoque à Numine in duorum fratrum Moysis & Aaronis charitate fundatam; à qua tamen Ecclesiam duplicati fratrum binarij prærogativâ distinxerit. Inde ad omnes Imperij Ordines, nullo Religionis discrimine, oratione conversa, ajebat; non alio tuūs fundamento præsentium quoque comitorum felicitatem, utilitatem, gloriam inniti posse, quam statuum inter se concordium Christianæ caritate; quæ sola sit, quam dudum in Imperio Status ipsi requirant. Esse beneficio Numinis Imperatorem potentissimum, ac sapientissimum: Electores, Principes, ordines omnes, optimè affectos in Patriam: non consilia, non opes non vires desiderari: at hæc omnia si abundant, nulli usui fore, si concordia desit, contraria: si vel opum viriūmque minus in Germania sit; si tamen fidieli nexu omnes concordia junxerit, intactos ab exteris hostibus, aut certè invictos fore. Caritatem esse virtutē illam, ex æquo utili cunctis, ac necessariam, quam petere à Numine quotidianis precibus omnes debeant, qui statuerentq[ue] collatis consiliis de bono Republicæ debent. Nec de fore cœlum, ex Apostoli consilio in hoc Germaniae Christianæ conventu pie, justè, sobrièque viventibus. Pietatem, placandi Numinis, & populi exemplo docendi causā, expromendam in Ecclesiis: Justitiam in curia in commune bonum singulorum vota collecturam & sobrietatem nimium conviviorum luxum, ac intemperantiam, honestatis ac decori legibus coercituram. Ita eos, cœr veros Pacis filios, communi Paci confuturos, foreque dignos, qui olim in coelestis Ierosolyma, quæ Pacis visio nominatur, inquiliinos civesque adlegantur &c.

Conciois
vexatæ ar-
gumentum
& Econo-
miae,

Histor. Proy. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. Tis. En.

En classicum, quod Jesuita Hylinus contra hereticos cecinisse, quos nec nominavit unquam, nec separata à Catholicis oratione est allocutus; adeò, ut honestissimi quique protestantium, qui dicentem auscultaverant, contra auctorem calumniæ, etiam in multorum frequentia, testimonium tulerint. Qui Græcio cum Archiduce aderant ex Styria Lutherani nobiles, sapientius latidabant Hylini in dicendo modestiam, palam affirmantes: si Græcensium Concionatorum pars foret moderatio, plures in suam tracturos sententiam.

135. Nihilominus, ut saltem apud eos, ad quos ista perscribabantur, Legati Heiligenbergici reum jesuitam faceret, duo Calvinista confinxerunt. Primum, cum de sociandis in usum consilis, viribusque noster differuerit; ad eos Catholicos veritatem, illos ad conjungenda adversus hereticos consilia atque arma cohortatum. Alterum: quod assertuerit, Pacem Religionis, per Tridentinum Concilium sublatam, expirasse; quippe quæ tantum velut *interim* aliquod, ac *moratorium* (his vocibus utebatur) recepta, ultra tempus postulati à partibus, celebratique Concilij vim suam non exserat. Hanc querelam gravem absque dubio, si vera esset, in Electorum æquè ac Principum senatum Heidelbergicus Legatus intulerat, cui ob diversas Electoris dictiones in utroque locus erat, & ius suffragij. Verum Catholicorum Electorum Legati, qui Hylini conciones ad eam diem omnes audiérant, testimonium suum ac fidem gravissimis verbis opposuere, ut se ex aliis audiisse relata asserens, nihil ultra moveret. In Principum vero senatu Simpertus Merzius Legum Doctor, qui pro Ratisbonensi Episcopo in eodem confederat, auditâ calumniâ surgens, non tam ad summum templi oratorem, quam ad ipsum Episcopum querelam pertinere contendit, velut is Ecclesiæ suæ cathedram usi hominibus crederet, quorum vel parum firma doctrina, vel inquietus ingenium, aut non satis excoctum judicium esset. Quo auditio, nec Heidelbergicus, nec ullus post eum protestantum Legatus verbum ultra dchac Controversia fecit.

136.
Conradi
Vötteri ad.
versus La-
theranos
libelli.

Sub idem tempus complares libellos vernacula lingua Contadet Vötterus ediderat, quibus vel impetebat ipse adversarios; vel ab iis impugnatus, se tuebatur. Libris titulos sequentes inscripsit: *Libel-
lum de disciplinis seu flagellationibus contra Haubruunnerum, Hu-
berites, seu batinistatem Pradicantem, Contra Telzerum libellos
dios, Toidem contra Hutterum, Contra Müllerum Pradicantem
Epitaphium, Contra Praefationem Leiseri, Contra Volciuum
flagelliferum, Contra cundem Scopas, Contra Rulichium operas
gratitias, Legebantur hī pastim, nativo lepore, & ipso auctoris
nomine grati, qui pridem in polemica palestra inclauerat. Eo
etiam plausu accensi, qui adhuc uno Augustanæ Confessionis nomine
protegebantur; adverbari, communi nomine libellum Archiduci por-
rigunt, acerbè de suæ Religionis injuriis questi. Nostrim maximè ac-
cusabantur, cœu publicæ pacis ac tranquillitatis perturbatores, qui,
periciose ac seditione sembendo velemina, non sinecerimus quietam
esse Reipublicam. Ferdinandus, pro Societatis causa haud pa-
rem sollicitus, simul & ardentè partis haud iniustus, seditione-
rum*

137.
Deficiunt
in proba-
tione Aus-
tores pro-
testantes.

rum auctorum nomina, sigillatim scripto comprehensa, dari sibi pertinet; quod in eos pro suo cuiusque merito animadvertere posset. Cum longum Jesuitarum Catalogum conscripturosne non crederet, Ederum illi, *Fabricium*, &c., quem nunquam obliuiscetur, *Pistorium* jam vitâ functos, aliósque nonnullos nominavere: è Societate, cuius solius nomen detulerant, planè nullum. Ita omnis, qui non ex culpa nostra, sed accusantium audacia Patronos incesserat, metus in risum desiit, &c., probatione accusatores deficiente, absoluta est Societas. Applausit maximè innocentiae nostrae Ratisbonensis Episcopus, ubique operarios exigeret messis, nostrorum auxiliis usus, qui inter ultimos Bavariae silvæ recessus tres & viginti ad veræ fidei lucem perduxeré. Per omnem Provinciam hoc anno plures quin-
quagenis supra quingentos nostris instructoribus haeresin damnavere,
tribus, quorum supra meminimus, pagis hunc in censum haud venientibus; uti nec viculis duobus, qui ad Elvacensis Principis ditionem
adjecti, duce nostro, volentes lubentesque vetera sacra repetiere,

^{338.}
Conversi
per Provin-
ciam plu-
res 550.
prater pa-
gos tres, &
duos vicos.

Plerique istorum, domestica concionatorum voce, velut at-
picio capti: alii ab excurrentibus passim per vicina remotaque, vena-
tione magis laboriosa, in casses compulsi. Et invitabant ad excur-
rendum aliquando Numinis haud obscuri favores. Certè cum Ra-
tisbonâ in Bavariae Hercyniam nostri mitterentur, Patrum alter & ante
Missionem morbo affligebatur, & ea confectâ redux velut ex pacto
in eundem relapsus decubuit; cum inter ipsos Missionis labores, ho-
bitum non paucas vigilias, ciborum, ecclî, lechique incommoda,
sanus lætusque tolerasset. Constantiensium Missionariorum quispiam,
dum ex via ad Comitis vicini arcem divertit, obtento à Numine uno be-
neficio, salutem duabus illustribus Matronis, uni corpore, alteri anima
attulit. Nam arcem ingressus uxorem comitis, jam pluribus diebus
pariendi difficultate periculose laborantem, invenit. Commodè eò
sacrificium distulerat; quod pro salute parentis, ipso Comite ministro,
dum offert, eo vix finito adfuit lætus de felici enixu conjugis, & pro-
le mascula nuntius. Lætus hic exitus alium post se non minus optabilem
traxit. Is ipse Comes apprimè Catholicus, vicini Nobilis conju-
gem, quam is haereticam duxerat, Ecclesiae conciliare, cum loci
Parocho, & marito pridem incassum laboraverat, obstinatione mu-
lieris omnem cludente industriad. Nunc vero, postquam sacri-
ficij unitus virtute levatam partu notissimam sibi charissimamque ami-
cam audiisset, mitiora de Catholicorum sacrâ sensa concipiens, cum
nostro colloquium primo, mox etiam de Fide disputationem ingressa,
manus veritati dedit, cum incredibili mariti, **cum ob egregias dotes**
impensè amantis, folatio.

^{339.}
Missionum
variarum
varijs fra-
ctis.

Perpetui Missionum successus magnam hoc etiam anno pèpere:
runt earundem frequentiam, quibus quod paginam non impleamus,
non rerum in iis gestarum parvitas, sed cum sàpè narratî similitudo
disuasit. Certè non incelebris Legum Doctor, Neoburgo ad Rhene
num oriundus, restituendæ in statum meliorem Patriæ, haud aliud
cer.

^{340.}
Neoburgi
ad Rhene
necessarios
& utilis in-
terponit.

certius remedium se allaturum putavit; quām si nostra ad vocaret auxilia. Missus cō Constantiā sacerdos cum socio, sub initium majoris Jejunij magnam deprehendit rerum sacrarum vilipensionem, ac penē nauseam; ad medium usque Quadragesimæ nullo adduci se posso, ut confessione expiare animum, aut sacra Dape reficere cuperet. Missionariorum patientia tandem, atque constantia animorum duritatem vicit; qui, ubi semel molliri cœperunt, vix ullum nostris respirandi à labore spatium fuit; nullo non omnia agente, ut suam iis conscientiam crederet. Amplissimas gratias egit Magistratus tum nobis, tum suo, qui advocaverat, civi, id unum ægerrimè passus, quod in nullam sumptuum partem venire civitatem pateretur. Ne tamen nihil in opere tam sancto egissent, Templi altaria penē nuda, exornanda sibi opulentiores loci Matronæ sumpsere. Duravit quoque erga novum Constantiense Collegium celebrium quorundam Monasteriorum affectus, & fiducia singularis, evocantibus cō antistitibus, suāmque & subditorum creditibus conscientiam.

^{841.}
Berchtes-
gadum no-
nūc mihi-
tar.

Nobilissima tamen hujus anni fuit Berchtesgadenis Missio, quam alias coptam unius, effectum timentis, turbulentu conatus abrupe-
rant. Prædives hoc & illustre est Canonicorum S. Augustini Colle-
gium, quod non nisi nobili stirpe oriundos alit. Alpes inter Salis-
burgenses situm, ditione ampla & libera gaudet; cui illorum Præposi-
tus jure ac titulo Principis imperat. Is tunc erat Ferdinandus, Guilielmo
Duce Bojorum natus, Ernesti Patrui in Coloniensi Archiepiscopatu-
jam electus Coadjutor. Hic regularem disciplinam, ve-
tustate, ac temporum vitio collapsam restituturus, è Suevia in primis
eiusdem ordinis virum religiosum, Dilingæ educatum mitti petuit, cui
unus è nostris auxiliaris adderetur, qui spiritum regeret, simul & cir-
cumiectæ regioni consuetam dicendo docendóque operam impende-
ret. Missus initio Ebersbergâ P. Christophorus Hutterus, ita primo
bimestri rem gessit, ut jam messi in dies ampliori unus ultrà haud par,
collegam posceret, quem superiores eidem P. Marcus Mittnerum
dederunt. Egregia horum virorum in ipsum primò illustre Colle-
gium, tum in omnem circà ditionem studia, meritaque extiterunt.
Sex, non amplius, Religiosi supererant, cum uso nuper in tironem
adlecto. Ex illis unus, monitoris omnis ac disciplinæ impatiens,
tentatis frustra omnibus, aliò est amandatus. Novitorum deinde,
quorum seni jam erant, instituendorum suscepta cura, spem optimam
fecit, revocandi olim ad pristinum florem tam nobilis Collegii. Da-
tum quoque nostris Bibliothecæ lustrandæ negotium, utile profecto,
inò planè necessarium; nam libri hæretici non pauci irrepserant, vel
incuria, vel pravitate ementium. Ad rogum omnes extemplo dā-
nati. Ut à veteranis minore libertate peccaretur in regulam, Novi-
torum non parùm exempla valuere, minimos etiam lapsus publica in
triclinio deprecatione corridentiu-

Novitos
instruunt.

^{842.}
Adversari-
um Cano-
nitum ad
piè mones-
tum com-
parant.

Nostrorum in communem omnium profectam vigilantium stu-
dia mirè commendavit oblata sub id tempus egregia caritatis occasio,
quā Apostolicum fecuti consilium vincere studebant in bono malum.
In morbum inciderat is ipse Canonicus, unā & curio, qui priorib[us]
annis frustratus consilia Principis, ita se nostris opposuit, ut triduo,
post-

postquam advenerant, re infecta discesserint. Hic, cum indies haberet deterius, nec medici diffiterentur periculum; nemo tamen vel ex amicissimis erat, qui hominem, talium impatientem, de suscipienda æternitatis cogitatione auderet commonefacere. Solus noster, et si maximè à nostro nomine aversum sciret, re Deo precibus diligenter commendata, ægrum adit, humaniterque ac modestè compellato morbi periculum, quale omnium judicio sit, explicat: monet quin etiam parandæ, &c, quo audiente vellet, faciendæ Confessionis. Gratum æger obsequium habuit, probavit monentis candorem; idem à suo se quoque animo moneri dicitans, & haec tenus quidem visentium ad se, & alia omnia differentium, multitudine impeditum, ne faceret. Quare Pater, id semper futurum advertens, diebus singulis certâ horâ januam obserat, & nulli patere accessum sinit. Tum, ne obsequii titulo servi interpellarent, curam etiam corporis suscipit; lectum sternit; potiones medicas parat; cibos infert; jacendi molestiam levat; omniaque servientis officia insigni patientia ac promptitudine obit. Quibus obsequiis ita ægrum sibi totum devinxit, ut jam nec confessarium vellet alium, séque totum ejus arbitrio curæque permitteret. Ter ei confessus, cum moneretur, dolores, quos multos, gravesque patiebatur, volens Numini in peccatorum expiationem offerret; sedulò id exequi studuit, magno patientiæ emolumento, & exemplo præsentium. Plenum exinde Patri permisit sui arbírium, ne inungi quidem volens; nisi quando ipsi videretur. Suscepto Sacramento jussus à Patre præsentes extremum alloqui, obtemperavit, oratione tam apposita, & ardentî, ut omnibus lacrimas ubertim excusserit. Proprius abesse mortem ex morbi incrementis intelligens, animi sui medicum à se discedere non passus, diù noctuque advigilantem, & pia vel differentem vel prælegentem habuit Horâ ante mortem, in Christi pro peccatoribus mortui merito, & Cruce spem ponere jussus, adhuc antè, quam exspiraret, Cruce se munîit. Ita pie defunctum idem, qui ad beatam mortem dux atque hortator fuerat, funebri Concione honoravit. Multum inde Societatis existimatio crevit, cunctis ea, quæ olim accepisset, & quæ nunc retulisset, comparantibus. Post hoc religiose demissionis & caritatis exemplum secundiore adhuc cursu omnia fluere, atque ad dominorum exemplum reliqua omnis familia facilis se compонere coepit; statuta non tantum lege, ut famuli omnes Sacrum die festo, quod impunè negligebatur, audiant; verum etiam certis per annum festis, Poenitentiæ ac Eucharistiæ Sacraenta frequentent,

843.
Duorum
Patrum in
ditione
labore

In reliquæ ditionis commoda, laborem partiti, Berchtesgadam unus, alter Schellenbergam curabat. Dominicis festisque diebus, ac per majus Jejunium quartâ insuper, & sexta feriâ, dicebant ad populum. Adventus tempore in montes eluctati, sparsos per illorum juga Patres matræsque familias, eorumque domesticos ad obeunda Natalitiis festis Sacraenta, idoneis ad captum motumque argumentis invitabant. Novum id rudi plebeculæ, ac insolens visum; quæ tamen rogantium humanitate, & rationum momentis victa, sic cessit, ut sub proxima festa septuaginta, & septingenti ad expiandum se sisterent, plures, ut ajebant, futuri; nisi ad locorum longinquitatem nivium tunc insuperabilis altitudo accessisset. Ad Pascha am-Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Juuu plius

pliùs quatuor millia accurrerunt; id summopere admirati, quòd oblatas pro confessionum audiendarum labore pecunias respuerent Patres: ex quo, vulgo nostros designaturi, velut propria appellatione: Patres illi, ajebant, pecuniæ contemptores. In gente hunc in modum devincta uberrimus existebat concionum fructus, ea maximè per traçtantibus nostris, quorum vel ex se, vel ex præcepto necessaria ad salutem cognitio est.

844.

*Restitutus
usus extre-
mæ uocatio-
nis, aliisque
Catholicae
pietatis
exercitia.*

In desuetudinem ac penè contemptum venerat extrema uncio, ægris passim eam ut mortis accelerationem horrentibus; adeò, ut aliquot locis etiam senibus nulla esset illius cuiquam collati memoria. Debitus huic Sacramento honor & usus redit, simul & rebus aliis, consueto Ecclesiæ ritu sacratis. Nec enim aut sacris cineribus, quartâ feriâ, ab his nominatâ, aspergebantur, aut lustrali aquâ: nec rosarium quisquam, aut cereum è collo agnum gestabat. Verùm ex institutione Patrum ingens ea accipiendi desiderium ac certamen accentum est, ceræ præsertim sacræ; postquam hujus vim in puella experti fuerant, quam appensa illa à sôntico morbo sanaverat. Apud assuetos impiis execrationibus, cùm Pater in eas pro concione inventus esset, postridie deprehensum in eo scelere Judex conjectit in careerem. Veteres, atque adeò vicennes discordiæ conjugum penitus abolitæ. Introducta in morem, quæ pietatem foverent, non pauca: comitatus præsertim Eucharistiae, cùm ad ægros portatur, cum sequentium comprecatione præstandus. Ipsi etiam cippi, & erectæ per campos è ligno columnæ, sacris ornatae imaginibus, jam non viam tantum, sed pietatem docere jussæ. Operæ pariter pretium per amplum tulere Dialogi, quos ad Natalitia & Paschatis festa instructoribus nostris, juventus dedit, eo spectantium motu, ut in lacrimas plenique colliquecerent, iterato sibi, ad populi preces proficuo prorsus ad morum conversionem spectaculo. Hilaria male agit, prius claudi solita, solenni officio, Conciose, & comprecantum coram Eucharistico Nominis insigni frequentia, more quam novo, tam omnibus laudato peracta.

845.
*Maxima u.
cilius è Ca-
techesi; in-
troducitur
illa, & qæ.
bilizur.*

In populo tamen à nulla re major, quam à Catechesi fructus exigit. Ea non tantum conciones singulas post meridiem sequebatur, sed aliquando etiam in plateis, aut æditui domo institui, sequentibus techesi; introducitur illa, & qæbilizur. ubique nostros, ac eruditri flagitantibus debuit. Non puëtilis tantum ætas, sed viri, atque ipsi adeò senes Catechetico certamini se miscet gaudebant, & imaginem reportare, victoriae præmium: quarum ubi plures eandem in domum suissent illatae, domesticam inde aram struebant, ad quam preces unâ sub noctem familia funderet. Puerorum incredibilis erat ad catechetamic institutionem affectus: quorum non pauci, qui festis diebus longâ viâ ad Parochiam accesserant, finito sacro & Concione impransi, & panis exigua portione contenti, poineridianam Catechesin expeditabant; Patrem abeuntem insuper per horam sàpè comitati. Alij nulla ratione domi detineri se passi, sumpto modico pane, aut neglecto prorsus, vel cum parentum incommoditate extorto prandio, ad Catechismum properabant. Nihil discebant, quod non continuò domi, ex discipulis Magistri, docerent.

Ita cùm de utilitate signi Crucis catechista disseruisset, fructus extem-
plo patuit; cùm Patresfamilias mox & cubicolorum, & ipsas ædium
januas crucibus exornarent. Ludimagistro pagus carebat: quem
incolæ non absque suis impensis dari sibi à Magistratu petiere, ut ju-
ventutem suam catechesi magis idoneam legendi peritia ficeret. Pa-
trum unus in tertium mensē ludimagistri absentiam ipse supplevit,
puerisque ea maximè argumenta suggerit, quibus parentes ad Sa-
cramentorum usum adducerent; præmiolis remuneratus, quorum di-
lignantiam parentum cā causā adventantium ardor probaverat. Cūm-
que non frustra timeretur, à nostro discessu, discere fidei rudimenta
volentibus, Magistrum defore; Parocho, quem id posse & velle ap-
parebat, impetratum fuit à loci Magistratu stipendium auctius, quo
cœptum à nobis continuaret catecheeos explicandæ laborem. Ita
in illo nobili asceterio, & subjecto circùm agro semestre exactum à
nostro, fideli sanè operariorum binario; qui, ubique locorum vel in-
ducta, vel restituta Catholica pietate, domum reduces egregiam post
se Societatis famam, & sui desiderium reliquerunt.

Laborum æquè, ac Berchtesgadensium rupes, fertiles hoc an-
no fuere Almangoviæ alpes, in quas ob rebellionem immisso ab Augu-
stano Episcopo miles, illatis damnis fregerat simul, & asperaverat ru-
sticorum animos. Præsul, in mitigandis populorum vel inter se, vel cum Magistratu dissidiis, haud infelicem Societatis industriam
sæpè expertus, duos à superioribus sacerdotes petiit, quibus compo-
nendam apostolica Missione Algoiam, quæ suræ ditionis erat, commit-
teret. Evocatus in eum finem Eberspergà Casparus Raius, socium
Dilingæ accepit Erhardum Dandelium; indéque benè precante Epi-
scopo sub Quadragesimæ principia ambo profecti sunt.

Dubium sanè, an cœptis ab initio inimici magis, an amici no-
cuerint. Eadem hæresis, quæ per libros hominésque animis rebel-
lionem inseverat, odium simul adversus Jesuitas impresserat. Ho-
rum impulsu missum ferebant à Principe militem, direptas domos, ab-
latas opes, extortam libertatem, & hujus assertores addictos suppli-
ciis. Exploratores nunc mitti, ut eorum, qui se incautiis aperui-
sent, nomina deferrent ad Principem. Hinc semel alias factum,
ubi credulas aures talium venditores invenerant, cùm præsentes no-
stri, concessum Pontifical liberalitate jubileum promulgârunt, convo-
cato mox ad deliberandum rusticano senatu, consultûmne esset, con-
fessione animum Jesuitis aperire & differendam illam in aliud tempus
decreverint: ne scilicet ad Principis aures deferrent, quod suis credi-
tum in Sacramento accepissent. Quem crassum errorem licet ex-
perientia dedocti deposuissent, tamen non deerant, qui averti se per
talium suspicionum autores paterentur.

Inde magna primis diebus confitentium, atque adeò auditorum
raritas, solo nonnunquam Præfecto cum paucis præsente. Decide-
rat quidem ea nivium copia, quæ viam vel conantibus intercluderet:
quam cùm, hortante Præfecto, capti primis concionibus rusticij jun-
cta opera removissent, augebatur quotidianis incrementis paulatim

846.
in Algoiam
nosros
mittit Hen-
ricus Au-
gustanus
Episcopus

847.
Suspectos
rusticis Pa-
tres faciunt
hæretici.

848.
Adhuc mag-
gis alienan-
tur animi
novis ex-
Etiqñibꝫ,

commeantium numerus : cùm , ecce , secundiorem in dies cursum , novum , unde minimè rebamur , obstaculum intercepit . Adeò enim improvisus totius Provinciæ summa cum potestate Praefectus , nova à gente tributa petiturus . Coguntur ære campano rustici , fiunt sessiones , imperantur pecuniæ , & cum novis veterum quoque debitorum solutio . Ingens extemplo rerum conversio : tristes ubique lamentantium , irascentium , desperantium voces : renovari vetus de Jesuitis suspicio ; Patres paulatim ab incolis deserit . Doluit id malum nostris tanto acerbius , quod , cùm ab ipso Magistratu veniret , careret remedio . Ad cœlum igitur , quod solum patebat , conversi ardenter precibus , votis & sacrificiis institere , suæ gloriae , totque animarum saluti ne decesset misericors Numen . Audiuit preces , præfensque ac propitiū se contra spem omnium , ultrà , quam rogaretur , ostendit . Nam , indito æternorum bonorum desiderio , ita simul terrenorum amorem mitigavit , ut ad illorum consecutionem nihil sanè omitterent , & horum jacturam patienter tolerarent , adeò , ut jam nullius officium vel in curia , vel in Templo deinceps fuerit desideratum , omnibus Deo simul & Principi satisfacere certantibus . Documentū id fuit Patribus , cùm pro Deo res agitur , meliore sæpè locostare sancta consilia , cùm subtractis hominum fulcris , solo Deo nituntur .

Divinam
opem sibi
precibus
Pates con-
ciliant.

849. Ius
Maximi
fructus ex
catechesi.

850.
Juventutis
incredibilis
ardor.

In novendecim omnino Parœcias juxta flumen Lycum longiore , quam latiore tractu , Algoja Episcopalis diffunditur : cùm singulas lustrare tempus vetaret , lex tantum septemve cultæ sunt , frequentia præ aliis nobiles . Cum Praefecto ipsi Parochi conscientias suas credebant Missionarius , sive tracti à populo , sive suo illum exemplo tracturi . Certe nec pauca , nec levia erant ab omni ætate ad frugem incitationa . In parva ætate ingens fructus , & qui sufficere solus vel in maximi laboris præmium posset . Ut igitur est apprime docilis ; ita , ubi cunque ferè nostri fidei capita explanârunt , tam brevi , quæ docebatur , tamque tenaciter pueritia cepit ; ut in Templis deinde ad disputandum commissi lætitiam Magistris singularem , admirationem omnibus facerent , parentibus maximè præ gaudio collacrimantibus . In uno oppido triduo , non amplius , opus fuit , quo ritè confitendi rationem sic examuſſim condiscerent , ut confessi anni homines , certatum sibi unum ex iis magistrum adsciscerent , à quo ea docerentur , quæ ad id temporis ignorassent . Eterat profectio idoneum inveniens animis spectaculum , videre innocentis turmas , pannosis depexisse que tunics contra frigus munitas , è montibus pagisque per alta nivium ciuctantes , ad Patrum hospitium contendere ; inde in Templo admirabili modestia , consertis manibus , immoto situ obtutuque , multos etiam defixis in terram genibus nostros expectare , eaque alacritate ac candore , quæ rogabantur , edicere , ut vel unus ille aspectus levem ficeret omnem molestiam . Contrâctas animilabeculas apud Missionarios expandi tantus ardor , ut aliquando à meridie usque ad aetatem noctis horam patientissime admissionem præstolarentur ; cùm interea haud bene vestitos fames insuper ac frigus affligeret ; ac denique rupes suas ingruentibus tenebris , & soli , deberent repetere . Ab ipsis met sæpè parentibus adducebantur Confessionis gratiâ , qui mirè gaudebant à Patribus institutos recipere , quæque ab illis didicissent ,

domi

domi cum domesticis audire. Etiam doctrinæ vixdum capaces affre-
rbantur, & fuit inter hos quadrimula infans, quæ, ubi chartas luso-
rias prescribi in Catechismo audisset, regressa domum demirantibus
domesticis, omnes ex angulis protractas collegit, ac rectâ ad focum
detulit. Alia cùm matrem recensentem audisset, explicatum fuisse
pro concione allatis exemplis, quæm sèpè execrabilis imprecandi
consuetudo parentibus simul ac liberis exitio fuisset; cave sis igitur ma-
ter, reposuit infans, ne talia in posterum nobis unquam impreceris;
ne vel tibi vel nobis Deus tantum immittat mali.

Ur pietatis ingitamenta & acciperentur lubenteribus animis, &
tenacius inhiberent, præcipua piis cantionibus comprehensa edide-
rant Patres, usumque hujus musicæ, facilis ex æquo, ac pia in scho-
las templaque induxerant: quæ res eam apud omnes gratiam ac uti-
litatem habuit, ut discendi aviditate abrepta juventus ad quartam us-
que noctis horam in ludo perseveraret, parentibus multam eò lacuis
copiam comportantibus, unde coenam liberi, magister mi-
nerval sumeret; dum adulti interea foris, nulla frigoris habita-
ratione, novi cantus amore subsisterent. Ita brevi effectum,
ut non Templo duntaxat, sed ædes & compita piis cantan-
tium vocibus personarent, asserentibus rusticis, quoquinque Patres de-
venissent, neminem ferè tristem moestumque relinqui.

Apud adultos excisa ingens & annoxa superstitionum silva.
passim reperiebantur, qui tumores à corpore, angustias à pectore,
defectiones à membris, sanguinem à vulneribus, vermes à pecore, lu-
pos ab armentis & gregibus, aliisque incommodorum genera ab ho-
minum pecudumque corporibus ridiculis planè, ac satuissimis verbo-
ruim formulis arcere consueverant. At edocli à nostro, vim illam
omnem venire à dæmone, qui cum certo animæ periculo eorum igno-
rantiae ac simplicitati illuderet, tantum cepere horrorem, ut in omnem
vitam se omissuros sanctè pollicerentur. Ne singulorum quidem
institutio plurimum utilitate carebat. Vix enim Patrem ad visendum
quempiam, morbo vel senio debilem, ædes ingressum cognoverant;
confluebant statim, quotquot cubiculum caperet, ut vox penè nulla
sine fructu intercideret. Multis procul distantibus fama suffecit, ut
longum ad nostros iter susciperent. Per dura frigora, altisque nives
eundum cùm esset, ita capillo, habituque glacie incrustato veniebant,
ut stirias ingredi templum crederes; adeò undique crepitabant. Ta-
lium quempiam si fors noster, à multitudine præpeditus, ad alium ac-
cedere expandi causâ hortaretur, cum lacrimis instabat; ne inaudi-
tum se dimitteret, qui eâ causâ tantum itineris cum tanta sua molestia,
atque etiam periculo consecisset. Verbis difficultatem non exauge-
ri ab iis, propiora monstrabant. Agrestium quidam horæ tantum spa-
cio à Templo se juncti, ut tempori die sacro ad rem Divinam adessent,
ante diei exortum in viam se dederant, quam ingens nivium moles
inledebat. Ne inter incredibilem perrumpendi laborem animum de-
speratio vinceret, major, quæm dici possit, hominum ardor effecit,
Dei, quem optimæ voluntatis testem habent, ope confisi, conju-
rationem minivere, aut vivos penetraturos, aut sanctis adimplendi præ-
cepti conatus immorituros. Ita se invicem juvando, hortandoque

Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Des. VII. XXXX post

post insanum laborem, sub meridiem exhausti defectique ad Ecclesiam pervenire, culpam deprecantes à Parocho, quod in tempore cum aliis adesse ad Officium divinum non potuissent, facto vel in primis etiam Christianis admirando.

854.
In uno præ-
sertim op-
pido valde
depaupe-
rato.

Merebantur omnia homines, quos in exequendis, quæ agenda didicissent, nulla vincere difficultas poterat. Instabant Paschatis feriæ, quibûs claudere laborem nostri superiorum jussu debebant: cum visum est Patribus sacram hebdomadam impendere oppido cuidam, diu fermè neglecto, quod abhinc triennio rebellio insuper, ac post hanc exortum gravissimum incendium foedè vastaret. Ostendere deserti ac pauperes, sentire se beneficij magnitudinem. Nam prima concione peracta Judex cum viris primariis ad Patrum hospitium præstolantes, conceptis verbis eorum adventum sibi ac populo gratulati, id unum grave sibi accidere profitebantur, quod communi primùm, mox etiam propria calamitate depauperati, minus, quam cuperent, esse benefici erga Patres possent. Id vero se promittere, voluntate & obsequio nihil cuiquam popularium concessuros. Ex animo profectum sermonem res ostendit. Nam quotquot ob imminens Pascha confessione animum necedum purgaverant, universi se nostris expiandos obtulere. Concionum eò major apud omnes aviditas, quod novæ acciderent, anteà solum fermè Evangelium lectari audientibus. Iis affici præcipue visi, quæ de Domini cruciatis habebantur; adeò, ut licet continuaret fæuria frigoris, ipsumque templum ab incendio corruptum sine tignis ab omni parte ventos ac nives admitteret, nulla tamen prolixa iis concio videretur, ut non optässent longiorem. Sabbatho sancto cum de Christo paciente sub vesperum se habiturum sermonem noster vulgasset, neglectâ coenulâ ad Templum convolârunt, flexis genibus, quæ dicebantur, in multam noctem auscultantes,

855.
Amor & u-
sus rerum
sacrarum
non sine
fructu.

Egregium totius gentis erga nos affectum remunerati sunt nostri variis catholicæ pietatis munusculis, rosariis, agnis cœris, sagittis parvulis, attacitu cranij D. Sebastiani sacratis, nummis ejusdem Martyris, aut S. P. N. Ignatij effigie insignitis, quarum rerum yim sacram edocli, & verò etiam experti, mirum est, quam instanter petierint, quam reverenter acceperint. Imò cum variis beneficiis optimorum hominum fidem propitium Numen confirmasset, confessim diffuso per oppida & pagos rumore (veluti qui consilij, iidem & sanitatis auctores fuissent) quotquot à præstigiis vel morbis vexatos habebant, manu vel rhedis adducebant, quos nostri Deum salutis auctorem Divorum depreciatione placare monitos, effectum sperare jusserunt fiduciaz pacem. Et sanè virgo, decimum quartum diem intolerabilem capitum & oculorum dolorem passa, ut proximè abesset à visu ac mentis perdenda periculo, Beato Socieratis Parenti Ignatio supplicare jussa, codem, quo preces concepit, momento convaluit, ipsa accepti testaque beneficij ad Patres nuntia. Virum trigesimum jam annum diurnis nocturnisque terroribus ac spectris ad conscienciam sibi necem impulsu, persuasa à Parte nostro religio, ac peccatorum confessio in omne tempus pacavit.

Quod

856.
Divina in
Patribus
conservan-
dis clemen-
tia.

Quod divinæ clementiæ jure totum referendum in acceptis omnes cum admiratione asserebant, id maximè visum: Patres nostros post tot itinerum incommoda, post luctas lapsusque frequentes, inter implacabiles furias ventorum, nivium, pluviarum, in tam acuto frigore, quale ab hominum memoria non fuerat, quodque multos hominum & animaliū exanimaverat, jejunio religiosè culto totis Quadragesimæ hebdomadis, absque ulla remissione interposita, in Templis populo vel lingam, vel aures commodasse; qui tamen ullus unquam graviore morbo tentatus cœptum laboris cursum vel tantillum intermittere cogetur, Deo vires ardori æquante.

857.
Populi ergo
descendentes
efficiuntur.

Ipsius gentis, postquam benefactis exempta mala suspicio fuit, extrema in Patres humanitas & reverentia erat. Nam licet Henricus Episcopus suo sumptu vivere Patres vellet; atque in hanc rem cùm publicas, tum privatas litteras ad Præfectos dedisset; oppidanī nihilominus, gratijs Præfecto ac Principi actis, quidquid contra nitorem, passi non sunt, ab aliis, quam se illas in Missionariorum sustentationem expensas fieri. Quodam in loco minùs, quam alij opibus valente posse primam Patris nostri concionem, convocato Senatu primores constituere: rogandum communi nomine Parochum, ut Patres bene liberaliterque haberet; satisfacturos se rationibus: cuperent enim se, peccati in Principem consciens, vel hoc modo delere culpam veterem, novamque gratiam inire. Imò, cum fructibus in dies crescente affectu, ex unaquaque familia duos florenos in singulos annos, & præstantissimas vaccarum datus pollicebantur, si effectum dari per Principem posset, ut talium sacerdotum perpetua apud se commoratio sit. Descendentes per quinque passuum millia secuti cum fletu yaledixerunt. Nusquam sine populi lacrimis & comitatu discessum. Yiri ac decrepiti senes in colla Patrum invadabant, præpeditâ singultibus lingua, acsi liberi à parentibus, parentes à liberis avellerentur. Oculis adhuc quæ poterant, infecuti, sublatis manibus yocibusque abitum felicem, ac celerem redditum precabantur virorum, quorum operam pridem cognitam, nova semper commendarent publicæ pietatis incrementa.

858.
Vallesianæ
Missionis
initia. Re-
gionis de-
scriptio.

Eadem nostræ Societatis opera superioribus annis expeti; hoc anno etiam nosci in Vallesia cœpit. Est Vallesia montosa Regio, quam in plurimas valles interpositu suo montium dorsa disjungunt, à Rhodani fontibus, qui ex jugo Penninarum Alpium altissimo devolutus, facili & vadoſo plerumque alveo per Sedunorum & Veragrorum campestria labitur, ad Lacum usque Lemanum protensa, ab Oriente Rhetiam, à meridie Ducatum Mediolanensem, ab Occidente Sabaudiam, à Septentrione Helyctiam habet. Regio tota in supériorem ac inferiorem dividitur: superior rursus in septem Præfecturas, sive Dilenos (ut vocant) Sedunensem, Stirensem, Leuensem, Raronensem, Velpiensem, Brigensem, & Gomesianum; quorum duo pfimi ferè Gallicâ, quinque reliqui Germanicâ potissimum lingua utuntur. Atque hi septem Dileni liberi, Democraticam Regiminis formam amplexi, inferiori regionis parti, quæ Gallica dicitur, ac Morgia fluvio

fluvio à superiore sejungitur, per duos Praefectos, unumque Majorum (sic vocant) dominantur, Magistratu, quovis biennio mutari in orbem solito. In ipsis etiam Disenis Magistratus nullus perpetuus, statim tempore suffragiis populi transfertur ad alios. Seculum abiit, ex quo Episcoporum, quorum magna olim potentia fuerat, accisis juribus, leptein Disenorum Populi suum sibi quisque Judicem legere, Ballivum seu Capitaneum toti Patriæ præficere, Leges veteres antiquare, novas præscribere cœperunt. Erat olim Vallesia paullum nobilium, montibus serè inædificantium, castellis, ac gentilitiis sedibus inclita; de quibus nunc busta tantum ac rudera, plebeij adversùs nobilitatem odij monumenta, supersunt. Tantum quisque eminet, quantum, committendo partem Reipublicæ, popularis favor, aut domesticæ opes extulerint; quibus tamen modeste utatur, necesse est, ne splendor, velut æqualitatem deditanti, periculum creet.

Nec opificio ullo vel arte excellere curant. Pascendis pecoribus, aquis in sua pascua dèducendis, agris vineisque colendis, caseo coagulando intenti, cetera humanæ vitæ ac Societati necessaria per delatos ad se opifices exteros curant. Damis, perdicibus, lagopodibus, urogallis, aliisque delicati gustūs volucribus cum abundant, in mensis tamen carnes muriū alpinorum elixas præferunt, quos ver gente in hyemem autumno dormientes è latibulis effodere magno numero solent. Piscium non alia copia est, nisi eorum, qui ex lacu Lemano adverso Rhodano autumni tempore frequentes adnatant, quos intercipere, aut jacto tridente configere solent. Aedificia minime superba, non latericiis tegulis, sed vivo lapide tegunt, quem planum ac velut in laminas divisum, ad hunc usum natura aptavit. Caseo tantum, pecore, & lanâ abundantes, peregrinis mercimoniis carent, in nominatis serè contraëtibus inter se uti soliti. Gens tota ad piatem ac miserationem proclivis, hospitalis erga exteros, liberalis erga pauperes est. Par Religionis ac rerum ad eam pertinuentium studium; indéque opes, quas alii in luxum, vestes, convivia prodigunt, illi exstruendis sermè facillis, ornandis, ac pretiosa supellecile ditandis Ecclesiis consecrant; Societati, præsertim in superiore Vallesia impensè addicti; quippe cui defensam, conservatā inque ab hæreticorum insidiis Religionem grati adscribunt, ac deprædicant. Antiqui moris candorisque retinentes, iis tantum ludis se oblectant, quos læta spectare pietas ac innocentia possit. Unde verno tempore sex non raro septémve Communitates scenam instruunt, quam sanctitas argumentij maximè, utilitasque commendat.

Terra ipsa diversarum ferax rerum, quæ montes in nudum saxonum eriguntur crystallo, asbesto, ferro; quæ læti ac virides sunt, medicis herbis abundat. Tritici ac filuginis, & alicubi vini generosioris, albi ac rubri non modicus proventus est, pluribusque in locis nobiliorem etiam crocum terræ bonitas gignit. Thermæ, calidæ & salubres, duæ laudantur, à Leuca & Briga, oppidis, ubi ebulliunt, nomen fortitæ. Montes multis locis altissimi, quorum ascensu sex septémve horis fatigatos vertex sistit, perpetua glacie lubricus. Anibus nec rarum incolis, & sæpè non sine noxa periculum; quarum devoluti

voluti è montibus globi casis ac hominibus incident, & quocunque feruntur, cladem & exitium portant. Metropolis Provinciae Sedunum est, ad Rhodanum sita, ubi sedem habet gentis Episcopus, olim opibus ac potentia, nunc nomine tantum ac dignitate Princeps Imperij, cui titulo alius adjungitur, Comitis ac Praefecti Vallesiae. Ea sola civitatis nomine gaudet, ac moenibus cingitur: cetera loca aperta & nuda, concordia se se ac locorum natura tutantur. Septena utriusque sexus asceteria in universa Provincia sunt: inter quae Agaunensis abbatia, olim longe celeberrima & opulentissima, hodie ad exiguum Canonicorum numerum redacta, ad Rhodanum propè ipsas Penninarum alpium radices, ab ipso S. Sigismundo Burgundionum Rege erecta est, haud procul eo loco, quo D. Mauritius cum sua Legione fidei Christianae causâ cruentum Martyrium subiit; cuius glorio- so nomine Regium illud asceterium Rex auctor insignivit. Ab hoc veluti capite ac principio Vallesia ad lacum usque Lemianum, quo clauditur, longitudine sua nonaginta passuum millia implet: latitudo vix duo complectitur. Tria exire volentibus magis trita itinera sunt: unum per Montem Sempronium Insubriam ac Italiam aperit: alterum per altissimum jugum, à S. Bernardo dictum, ad Sollas: tertium per Agaunenses S. Mauritii fauces in Antuates educit. Neque, qui externos arcet, accessus difficultas infelices incolas reddit; quos, ut superfluis lubenter carent; ita necessariis ad modestam rationem satis natura instruxit. Sal deest: in quem ad hominem pecorumque usus è Gallia, Italiaque advehendum magnum facere sumptum necesse est. Super omnia homines sua telure contentos, beat pax optima rerum; quam integrum ius ac penè inviolabilem natura præstít: dum montium asperimorum obiectu inaccessos reddidit, & bellorum omnium incentiva, opes subtraxit,

In hanc Regionem Societati aditum hæresis, velut medico moribus, aperuit. Afflatam à vicinia luem nonnulli infecti prodebat, eratque tanto gravius contagionis periculum, quod sub purioris doctrina ovino vellere se insinuantibus lupis obnoxia magis erat plebis, fraudem non insipientis, ovina simplicitas. In illud periculum, ut supra memoravimus, consilia & curas converterant Fabritius Verallus, Apostolicae Sedis in Helvetia Nuntius, foederati Cantones Catholici, atque ipse in priuilegiis Adrianus, e nomine secundus Sedunensis Episcopus; quibus destinata perficiendi novam ansam dedit Guilielmus Quintinus Sedunensis Canonicus, idemque ad S. Mauritium de Laques in Sirrensi Diseno Parochus. Sacerdote cum haberet opus, qui Quadragesimæ tempore ad populum diceret, ad Nuntium Apostolicum scripsit, haud negligendam eam Patris è Societate mittendi occasio nem videri. Probavit consilium Verallus, & litteris ad Collegij Friburgensis Rectorem datis, ut virum eò quantocyus destinaret, admonuit. Verum cum & litteræ serius fuissent perlatæ, & cunctis proprio officio distentis, nemo mitti sine domescicarum ac publicarum functionum detimento posset: Provincialis autem distaret longius, quam ut tempestivum, ac utile ejus responsum foret: exorati sunt Augustiniani Patres, ut unum submitterent; qui tamen, post exactam in Vallesia Quadragesimam, domum mox rediit. Interea, qui Provinciam tunc Visitator lustrabat, Theodorus Bosæus Friburgum in Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Yyy gref.

362.
Advoca-
da Societatis
causa &
occasio.

360.
Guilielmus
Quintinus
Sedunensis
Canonicus
primos ad
S. Mauriti-
um in La-
ques eve-
cat.

gressus, cùm repeti Mauritianus Curionis, populique, Societatis apud se habendæ vota intelligeret, de religionis insuper in Vallesia periculo edocitus esset; nequaquam anxia deliberatione corrumpendum negotium censuit; è Bruntrutano Collegio Balthasare Chavassio, & Joanne Fontano sacerdotibus, cum Gaspare Mezgero adjutore laico statim se vice committere jussis.

^{361.} *De vietu prospicitur: operitur lu-* Magno affectu Quintinus viros amplexus est; eo tamen angi vi-
sus, quòd, qui unum petierat, ternos acciperet, id est plures, quām
alere sine incommodo posset. Verūm cùm Fontanus statim de ape-
riendo ludo litterario ageret, magnam partem levatus est sumptus, iis
pecuniis in ejus vietum translatis, quibus Sacerdotem alium latini-
ludi moderatorem alere Parochus tenebatur. Ad ceterorum alimen-
ta tantum de suo Sedunensis Episcopus contulit, ut jam neutiquam
Quintino gravis trium sustentatio esset. Quin & Aragni oblata, ac-
ceptaque sedes est, qui vicus est Diseni Gomesiani, votisque tam citò
damnari ipso petendi ardore promeruit. Etiam hīc pueris ad latini-
tatis tirocinium aspirantibus apertus est ludus, paticos intra dies quin-
quaginta discipulis frequens. Secutus paulò post Busæus Visitator,
cum socio P. Antonio Welsero, intravit Vallesiam; de quibus, quid
hominum forent, sciscitati, ubi Jesuitis cum imperio præesse intelle-
xere, auditi sunt dicere: siquidem Jesuitas avocatum venirent, se priùs
utrumque lapidibus exæcturos; quibus quidem minis nihil tum Visitato-
ri accidere poterat auditu jucundius.

^{362.} *Joannes Fontanus è primis unus mori- tur.* Ne mors tamen unum arenâ simul & vitâ excedere cogeret, im-
pediri non potuit. Nam P. Joannes Fontanus, quem primum nu-
per litterarum Magistrum S. Mauritij pagus acceperat, necdum inter
labores expleto bimestri, decimo quarto Calendas Novembbris dida-
crum in cœlo recepit. Friburgi Nuithonum natus novendecim
annorum adolescens ad Societatem venit; in qua sexdecim ferè an-
nos laudabiliter egit. Philosophiam ac Theologiam postquam di-
dicerat, eloquentiæ in scholis docendæ admotus, tam ejus artis peri-
tus evasit, ut, postquam semel dicentem Vallesiani audiérant, statim
curionem postulaverint. Habebant eo etiam nomine carum, quòd
insigni esset in piis spectaculis edendis peritiâ, quorum primo statim,
piorum motuum seracissimo, multum placuerat; adeò, ut æmulatio-
nem in extero quodam accenderet, cuius tamen conatus exitum fatis
infelicem habuit. Nam cùm actio, plaudente populo, jam finem
spectaret, proscenium, malo tibicine fultum, repente corruens, in-
terceptum ruinâ puerum elisit, ac plausum in luctum convertit. No-
stri Patris funeri totus populus illacrimatus est, & ipse Sedunensis E-
piscopus multum indoluit.

^{363.} *Alio per Provinciam Missiones.* Dum hos in novalibus parandis utilissimus labor exercet, alii
ex agris annuam sementem dudum accipere suetis messem legebant.
Ad Tölzenses Eberspergâ, ad Brunovienses Oettingâ; Wettenhusium,
Wembdingam, Weringam, Osterbergam, Wisensteigam Günzbur-
gum Dilingâ; Einsidlam, vocante Principe, dedicati cœlitus Mariani sa-
celli festo Lucernâ profecti. Elvacum, evocante sibi Principe, crebriùs
at-

atque impensis hoc anno excultum, duplarem fructum, hodie dum perdurantem, nostrorum industriae debet. Rosarij Marianii usus & estimatio eò usque viluerat, ut ejus gestationem ac usum in foeminis ferendum; viris indecorum passim crederent: nec è centum unus esset, qui eo privatim uteretur, ne dicam palam ostenderet. Indignum errorem in populo orthodoxo nostri haud ultra ferendum rati, aliquot concionibus sanctissimam illam Dei Matrem colendi, ac unam Redemptionis nostrae Mysteria recognoscendi, formam, argumentis tam validis adstruxere, ut intra breve tempus è centum nec unus conspicetur, qui Sacrorum causâ Templum ingressus, precatorium corollam non manu præferret. Utque perpetuo duraret Marianii Rosarij amor ac reverentia, haud procul Elvaco instituta est, Rosarij nomine insignita sodalitas. Alterum est duplex erga Sanctum Vitum Ecclesiae Principis Patronum, ad diem decimam quintam Junij; ad Divi vero Benigni ossa ad Calendas Novembres confluentium undique populum Religio. Eam ut quām celeberrimam redderet, suā nostro Princeps plenam pœnarum omnium pro peccatis debitorum condonationem Sacraenta Elvaci percepturis à Paulo V. impetraverat. Ea res missis quaquaversum litteris mature à Parochis vulgata, his ipsis hortatoribus, sic animos plebis accendit, ut non caperet explicatis vexillis, frequentissimis agminibus, advolantes Templum. Res tunc ob exempli novitatem mirabilis visa, à Majoribus transmissa ad posteros in morem nunc abūt, nihil post seculare tempus imminutā frequentiā.

Nec plebem duntaxat, sed magnæ etiam existimationis viros; extra Ditionem Elvacensem positos, ille ardor invasit. Eminebat hos inter vir illustris Godefridus ab Aschhausen Cathedralium Ecclesiarum Bambergensis ac Herbipolensis Canonicus, & Collegiatæ Equistris Comburgensis Decanus. Hic tantæ nobilitatis ac dignitatis Prælatus cum Clero Comburgensi octo & amplius horarum itinere pcedes Elvacum contendit; sacrisque operatus, comitibus, quos unam duixerat, suā ipse manu sacram synaxin impertiit, dignissimus, cuius pietatem Bambergensibus Infulis paulò post cœlum remuneraretur. Speculabat tenerimo animi sensu uberrimos sui consilii & nostri laboris frumentus Elvacensis Princeps, sèpè miratus, tanto frigori, quod olim suis se nōrat, succedere potuisse tantum Religionis ardorem. Et ne in publica pietate suum exemplum deforet, palam aliquoties accusandi sui causā sacerdotis nostri tribunal accessit. Ad festam omnium Sanctorum lucem, promulgato, quod Roma concesserat, Jubileo duplicitus fuit cum labore proventus; pœnitentium multitudine, notatum in postremo Jubileo numerum mille omnino capitibus superante. Capiebat inter hæc quotidiana pariter incrementum tum Principis, tum Canonorum ac Civium favor, stabilem Societati in civitate sedem pridem, meditatione minimè otiosa, destinantium.

At vero Bruntruti, postquām absolutis Collegiis, Templi, Schoolarum ædificiis, sufficiente reditu Societatem stabilivisset Jacobus Christophorus Basilicensis Episcopus; velut, ultimo in suum gregem defunctus officio, trium ac triginta annorum gravissimas curas cum

æterna quiete mutavit, decimo quarto Calendas Maii placidissima morte extictus. Laudatissimus hic Princeps, è vetusta Blarerorum gente natus omnium, dum vixit, in se animos, laudes, admiracionem convertit. Admirabilis in eo erat in rebus agendis prudentia & circumspectio; &c, quamvis de se, suisque rebus modestissimè sentiret, ingens animi ad quosvis casus ere*cti* magnitudo. Ita necessariam statu[m] magnificentiam cum prudenti opum usu ac moderatione coniunxerat, ut Episcopatum, quem debit[us] gravatum acceperat, ære alieno liberum, censibus auctum, ac ædificiis ornatum reliquerit. Verùm, ut celebrem illum sapientissima œconomiae administratio fecerit; Religio longè reddidit celebrius Pastoris optimi nomē, quod cum æterna Nominis sui gloria in Basileensis Ecclesiæ fastis promeruit. In ea inciderat tempora, quibus gregem à pestilentium dogmatum lue vel servare intactum, vel infectum sanare non nisi viri erat, omnes sapientissimi simul ac fortissimi Præsulis virtutes complexi. Fuisse hanc illi primam omnium curam suscepta ab ipso Regiminis exordio consilia, & instituta probârunt. Gnarus, à Pastorum fide ac vigilantia oviularum salutem pendere, in Delemontanam Synodus omnem Dioeceseos Clerum coëgit, quæque in ea saluberrimè decreta fuerant, ad communem ac perpetuum usum typis vulgavit. Utque ad præmiandum præclara egregiorum Pastorum merita memor ac liberalis animus illi semper fuit; ita in removendis aliis, à quorum cordia aut moribus periculum erat, inexorabilis erat; quibus ut quæ optimi succederent, nulli ab eo curæ vel industriæ parsum. Societatis in Bruntrutana civitate collocandæ consilium qua animi magnitudine coeperit, parique constantia ad finem perduxerit, superiorum annalium materies fuit. Jam cernebat impletas, quas animo conceperat, spes; assiduis concionibus ac catechesibus ætatem omnem ac conditionem hominum inflammari; rediisse Sacramentis ulum ac reverentiam; quotidianas fieri ad Religionem accessiones; erudiri in Gymnasio, & Convictorum ædibus numerosam ac nobilem juventutem, quæ non minora ederet virtutis, quæ doctrinæ Exempla. Affirmare audiebatur identidem, jam se operæ fecisse pretium; jam Academiam, aliisque majora versabat animo; cùm maxima acturum ad factorum præmia evocare bonorum omnium Remuneratori placuit.

867.
In ultimo
morbo
pietatis e-
xempla.

Et primùm quidem semestri dolore languens stomachus corpus omne debilitaverat, ut jam in lecto decumbere, & medici, & ipse virium defectus coegerint. Graviorem, quæcætas exhausta vinceret, morbum esse, statim intelligens, curas omnes à publicis negotiis avocatas in se ipsum convertit. Evocatum ad se sacerdotem nostrum, cui ab annis duodecim conscientiæ arcana crediderat, discedere ultrà yetuit, vitæ omnis antè actæ errata retexens, repetita sibi confessione, quoties vel minimum nævum solitus propinquo exitu animus obiiceret. Dolorum forti & Christiano silentio tolerans, ab uno Eucharistiaæ frequentiore usu petebat solatum. Usitato non tunc primùm humiliatis studio, totus in humani nihil abÿsso defixus, si consueta viros Principes compellandi formula accedentes utebantur: Ô me Principem! respondebat, videte, qualem Principem! mortis mancipium, terræ pulverem, evanidum nihil! Tum omnes Christi verbis:

verbis: operarentur, dum lucem haberent, admonens, omnium vota precésque poscebat. In ultimam horam pridem intentus, ea in libello signaverat, quæingerisibi ab adstituto sub horam exitū vellet. Patuit tunc, quantum, folo Numine teste, precibus dare consuēset religiosissimus Princeps: nam præter librum Horarum Canonicarum, tres alij familiares precum libelli adeò usu erant detriti, ut exēse litteræ aciem ocolorum fugerent. Hoc viso una omnium erat sententia; hoc tandem sua omnia cum Deo communicandi studium suisse inexhaustum fons, unde tam faciles fluxerint difficillimarum motlionum exitus. Nec dimisit ille unquam Christi è Cruce pendentis Imaginem; sed manu, dum potuit, ori ac peñtori apprimens, digna sanctoro Præfule morte quievit.

Octavo ab obitu die funus eā, quæ Principem decebat, pompe ex arcis Sacrario ad nostram Ecclesiam elatum, & ad gradus arx Principis illâ ipsâ, quam vivus sibi designaverat, cryptâ sepultum est. 368:
Sepelitus
in nostro
Templo.

Ter pro more repetitæ solempnes Exequiæ: Ter item lingua Germanicâ, Gallicâ, Latinâ in laudem defuncti dicta Panegyris, ac typis vulgata. Sacerdotum Præluli longè optimo nobiscum parentantium ingens numerus, quos inter Abbates Lucellensis, ac Bellelagiensis, Basileensis item Suffraganeus, dignitate præcipui. Parietes, lugubri carmine vestiti, & Conditorem suum deflebant, & virtutum encomia cantabant, simul cum Panegyri typi beneficio quaquaversum dispersa. Denique Principi, quantuvis laudem etiam posthumam aversanti, positum ex dextero Aræ summa latere monumentum fuit, cui incisum legitur breve hoc Epitaphium, verbis contractum, factis amplissimum:

Hic est fitus

Reverendissimus Et Illusterrimus Princeps Jacobus Christopherus Blarer à Wartensee, Episcopus Basileensis, Qui, cùm difficultissimis temporibus Episcopatum baresi, Et alieno are oppressum adiisset, cùmque sapientiâ Et singulari constantiâ locis pluribus utroque malo liberâsse, ac fortunas ejus ab auida inbianum hereticorum manus admirabili prudentiâ vindicâsse, frugalissima vita ratione opulentissimmo, incredibili virtute, ac prudentiâ confirmâsse, Templum, Collegium, Et Gymnasium Societatis Iesu feliciter adificâsse, liberaliterque dotâsse; vitam bancum maiore commutavit 14. Calend. Maij, anno Christi 1608. statis sua 66. Episcopatus 33.

Canonicorum illustre Collegium, quod novum Episcopum ac Principem legeret, in oppidum S. Ursicini convenerat, in Bruntrutani Principis ditione fitum. Futuræ electioni decimam nonam diem Maij cùm designasset, duos è Bruntrutano Collegio Patres evocârunt, apud quos, antequâm in suffragia irent, confessione animum singuli emaculârunt. Inde ad electionem progreffi, magno consen-370:
Eligitur in
Successio-
rem Gui-
lielmus Rinck à Balden-
stein. tu Basileensem Episcopum nominârunt Guilielmum Rinckum, Cathedralis Ecclesiæ Decanum, Principis nuper mortui è sorore nepotem: Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VII. Zzzz Mag.

Magna passim gratulatione ac plausu excepta elechio, nemine non probante Principem, quem omnes optaverant. Nobis maximè nullum opportunius oriri poterat in recenti adhuc luctu solatum; quād ut cœlum in Fundatoris optimi, cœu Patris locum Nepotem submitteret, quem ille pridem Societati cū Dilingæ, tum Heribpoli bonis litteris informanduim crediderat. Jam tunc nostri, nobilissimi adolescentis ingenium ac mores arbitrati, suam ipsi dignitatem, nobis solatum augurabantur; quod quidem impertiri nobis ille haud distulit. Nam Bruntrutum advecto cū obvios se nostri cum omni litteraria juventute tulissent, probato clementer obsequio, tertio à factis Comitiis die Collegium, & scholas, inter multa animi propensi argumenta iustravit. In Gymnasio quidem Discipuli nobiles, distinctis classiis symbolis, gratulantium officio multa cum approbatione defuncti. In Collegio à Patrum uno latina oratione salutatus, ita eodem idomate tam brevi simul & pleno affectus sermone respondit, ut in solatum ac spem animos cunctorum erexerit. A propitiando Numine captandum initium ratus, per universam Diœcesin publicam quadraginta horarum coram Eucharistico Numine orationem indixit. Ipse Bruntrutanos inter nostro in Templo comprecantes, iterum ac tertium rediens, Canonicis, aula, & Patribus nostris stipatus, sex horas in oratione posuit. Non raro sacrificandi causâ ex arce descendens, accumbenti ad sacram mensam populo cœlesti instruebat epulum: ex urbe vero ad lustrandos ditionis suæ fines, & obstringendos solenni Sacramento subditos profectus, nostrum unâ circumduxit; cui & ipse ad Concionem dicenti aures præbuit, & præbere sibi confitenti voluit. Datus ejus honoribus in scenam Triumphus veritatis: in quo ad nobilissimi Spectatoris gustum nihil desideratum esse, hoc unum arguimento sit, quod licet ab prolixitate duorum dierum pomeridianas horas ferè omnes occupaverit; mirè tamen placuerit.

Alios Patrum per Provinciam sparsorum labores, facros præciò, hominum expectationem implisse testatum facit Episcoporum iis utentium perpetuus, nec sterilis affectus. Henricus sanè Augustanus Præsul, & alter post Othonem Cœrdinalem sedis Dilinganæ auctor, factum pridem de Templo nobis à fundamentis erigendo decrem deducere hoc anno in opus coepit. Opportunissima cùm esset Horckemiana domus, aream amplam, & nostras ædes attingentem complexa; eam à Paulo Zumackero Doctore, & Confiliario suo coemit pretio florenorum bis mille trecentorum; expensis universim ædificii causâ hoc anno aureis ter mille trecentis. Sacelli ac Collegii teatris crebro succedens; cùm pietatis causâ religiosum iter in Helvetiam ad D. Virginis eremum suscepisset, duos è Collegio Sacerdotes Fabrum, ac Wittweilerum adlegit in comitatum; quorum uni conscientiam credidit: ambobus dicendi ad populum, rudesque fidei rudimenta docendi occasionem frequenter fecit, aut impetravit; atque editis ubique virtutum exemplis religiosissimi Præsulis famam laudésque promeruit.

872.
Henricus
Augustanus
Episcopus
pro Tem-
plo Dilin-
gane are-
am, & sum-
ptus com-
parat:

Domi

871.
Ejus erga
nos affectus
& plena
pietas ini-
tia.

Domi publicis litteratorum juvēnum, nobilium præsentim, exercitationibus lubens suam commodabat præsentiam; maximi rem momenti dictans, eruditionis amorem in Nobilitate soveri. Quæ verò ad Religionis sincerae incrementa & splendorem factura vide-rentur, suggeri non tantum ferebat patienter; sed summopere expe-tebat, maximâ curâ, parique animi magnitudine hac in parte suum munus executus. Ejus rei hoc anno magnificum edidit specimen, instaurato non sine pompa veteri cultu Sacrorum Cinerum, quos vel Indigetum suorum proprios, vel Majorum pietate illatos Augusta ser-vabat. Quippe ad annum usque millesimum quingentesimum vigesimum secundum, quo Lutheri dogma cives, contemptis veteribus sacrâ, novorum avidos contra se ipsos armaverat, tenuerat traditus à Majoribus mos, quoties in Dominicum diem incidisset D. Archangeli Michaëlis pervigilium, quo dedicata olim fuerat à D. Symperto Augustano Episcopo Cathedralis Ecclesia; toties comportatae in Principem D. Virginis ædem ex omnibus Parœciis, ac Cœnobitis Divorum Reliquiæ confluenti non urbano tantum, sed ex omni circùm vicinia populo ex edito loco in forum Marianum prominente, ostenderentur, ad eum ferè, quem hodie in Andecensi Monte sub ascendentis Domini festa observant, modum. Fiebat id cum in Calendario littera E notaret Dominicam, quam patro sermone Engel Weyhe, sive Angelicam Dedicationem appellabant, quod vetus esset persua-sio, occidentalem, quem veterem dicunt, Ecclesiæ chorū ab ipso Christo Angelorum ministerio fuisse consecratum, quod significari voluit versu, hodie in per chori ambitum legendo: *Quod Christi dextra benedixit intus & extra.* Sex & octoginta annis intermissa celebritas jam ferè extra hominum memoriam erat; hoc demum anno magna Catholicorum gratulatione est restituta.

Initium solemnitati dicendo fieri Henricus à Provinciali nostro Rosephio voluit; cuius, quod sex & triginta annis eam cathedram tenuisset, jucunda vivebat apud Augustanos memoria. Grati-am ex dicentis Persona orationem, gratiorem reddiderat commo-dus in eam ingressus. Justum, ajebat, ac decens videri, ut de re tam antiqua & annola, verba pariter canus & annosus senex faciat. Quod præfatus, antiquissimum sacra Divorum pignora colendi ritum, ab omnibus retro seculis in Ecclesia usurpatum, cum Scripturarum oraculis maximè convenientem, gravissima prisca Patrum au-toritate confirmavit. Secundum Concionem ordinarius summi Templi Ecclesiastes Joannes Sallerus, excitatum in Odeo suggestum concidens, pauca pariter in rem præsentem prælocutus, legere alta voce primam Cœlitum classem cepit, Sanctorum pœnitentium, Viduarum, ac Virginum nomina continentem. Singularum dein ex alto ostense reliquæ, nostro populum, cuius essent, edocente. Erat que prima quæ in publicum proferebatur, sacra Cœrix divæ Matris Ægyptiacæ, quæ in Templo Societas colitur, erectâ in memoriam eleganti arâ. Hanc primam classem, Confessorum, Martyrum, Apo-stolorum sequebantur ordines: mox Urbis Patroni ac Tutelares: de-nique ea, quæ de Virgine & Matris vestibos, deque salutiferæ Crucis ligno

873.
Publicam
SS. Reli-
quiæ
ostensio-
nem
Augustæ re-
ducit.

ligno Majorum Religio conservarat, pretiosis inclusa thecis ostendebantur, post singulas classes intercinese Musicorum choro. Fine in imposuit, quod in æde S. Crucis colitur. Sacramentum, & suonet, & quotidianis ferè prodigiis clarum, quo Präfus adoranti populo bene precatus, concionem dimitit, quam sacrum spectaculum tres amplius horas volentem tenuerat. Celebritatem pari magnificentia ac solatio Catholicorum peractam, contra morem suum Lutherani praecoces, nihil proximis feriis è suis cathedris oblocuti, intactam reliquerunt.

874.
Marcus
Fuggerus
Theophori-
am reddit
illustrio-
rem.

Quin & aliud hoc anno magnificæ pietatis spectaculum non minorum oculis animisque Religionis nostræ venerationem ingessit, quo Theophoræ sexto Eucharistici Numinis triumphum illustravit Marci Fuggeri Religiosa, & digna Majorum exemplis magnificentia. Solet ea die unum e quatuor Evangelis decantari ad amplissimas ædes, quas Fuggerorum Tabularium, seu Cancellariam appellant, erecto ante illas splendido altari, in quo seposita interim Hierotheca quiescat. Eo loco surgere hoc anno molem insuper magnificam Marcus ædium Dominus iussit. Rotunda visendæ altitudinis machina supernè coibat in tholum, quem cancellata circum pergula coronabat. In hac è scholis nostris adolescentes Musici collocati, adventans Numen eminens artificio vocum concentu salutatum, ac poste in ara constitutum adoratione, ac laudibus celebrarunt, simili carminum honore sub dilectionem prosecuti. Rem dignam censuit, quam cum singulari animi voluptate spectaret Serenissimus Guilielmus, Bavariæ Dux, qui deinde in Collegio sumpto inter nostros religioso prandio, revalesceret ex gravissimo thölicæ morbo Provinciæ Præsidem invisit, reditumque ex urbe humanissime est gratulatus. Ad eosdem Augustanos nostros bis etiam ex itinere divertere dignatus Serenissimus Leopoldus Archidux, Episcopus Passavensis & Argentinensis. Et primùm quidem, grassante per urbem fœvare, frequentes cum infectis nostros agere minimè ignarus, contubernium tamen ac societatem non horruit. Sub ipsis Christi nascenti sacros dies adveniunt, festa nobiscum natalitia egit, de nocte surrexit, trinique Sacris religiosissimè affatens, verbum incarnatum sub Eucharistici Panis Specie summo pietatis sensu recipit. Etiam Constantiæ, quò in reditu deflexerat, singulari in nostros amorem exeruit, testatus, non aliâ causâ id à recto itinere diverticulum à se factum, quām ut nostro uti hospitio, suo que indulgere affectui posset; quod ut quām liberrimè ficeret, exteros omnes exclusos à mensa voluit, ne civitatis quidem Gubernatore admisso, qui pro officio salutatum accesserat. Idem Halæ inter nostros quadriduum egit, parum commodam habitationem amplis ædibus preferens; quam suâ praesentiâ pariter illustravere Maximilianus Archidux, Leopoldi Frater, ex Italia redux; Serenissimæ Archiducis Ferdinandi Sorores; Cardinalis item Mellinus Imolensis Episcopus Legatus Pontificius; & quem eadem dignitas ornabat, Episcopus Vercellensis.

875.
Serenissi-
morum
Guilielmi
Bav. Duci,
& Leopoldi
Archiducis
favores.

Allorum
item Mag-
norum Ho-
spitum.

876.
Halæ pon-
tur primus
lapis novi
Templi.

Verum augustiore beneficio memorabilem hunc annum Halæ lensus fecit Regia in Societatem Austriacorum Archiducum munificientia, elegans nobis, quod adhuc deerat, Templum molita. Primus

inus in fundamento lapis positus quarto calendas Maij à Reverendissimo Montis S. Georgij ex Ordine D. Benedicti Abbe Gotthardo Starckio, ad obeundam eam ceremoniam invitato. Illustrabant sacram hanc celebritatem Archiduces dux Christierna, & Eleonora, cum aliquot è Regio Parthenone Virginibus. Maximiliani Gubernatoris absentis nomine aderat Engelhardus à Wolckenstein, quem frequens nobilitas, & primarii ex urbe viri sequebantur. Inclusa lapidi sequens Epigrapha :

Anno salutiferi Lapidis illius aeternum manentis, Domini & Servatoris nostri JESU Christi, octavo supra millesimum & sexcentesimum, Regente Dei Ecclesiam sanctissimo Patre ac Domino; D. N. Paulo Papa V. Romanorum Imperatore Augusto Rudolpho II. Gubernatoreque barum Superioris Austriae Provinciarum Serenissimo Archiduce nostro Maximiliano, Imperatoris Nepote, Filio, Fratre, sancta bujus Brixinensis Diaconos Antistite Reverendissimo & Illusterrimo Principe Christophoro Andrea à Spaur, Societatis JESU Praeposito Generali Adm. Reverendo in Christo P. N. Claudio Aquaviru; per Superiorum verò Germaniam Provinciali P. Gregorio Rosepbio; bujusce Collegij Rectori R. P. Marco Gravio; positus est primus hic sacer sacrae edis futura lapis, in majorem Dei Sanctorumque omnium honorem & gloriam. Quam quidem struatur am munificentia suā, & Serenissimorum Austriae Archiducum, idem Serenissimus Princeps noster Maximilianus Societatis JESU Partibus exstruendam, exadficandamque liberalissime suscepit. Actum Hale ad Oenum IV. Cal. Maij. A prandio, cui Archiduces Nobilesque in Collegio assedere, datum in Aula Scholarum Drama de Mercatu Sapientiae, cum plausu spectantium. Aedificium deinde studio ac munificentia Serenissimi Maximiliani magna celeritate surrexit, tecto ante fine Novembribus imposito. Ne enim pecuniae defectu res tardè procederet; promissæ in litteris Summæ pars major, viginti nimivm florenorum millia statim numerata. Nec minùs promptus in ornando novo Templo fuit Virginum Archidu^{877.} cum labor, quæ ternis Aris, totidemque Sacerdotibus tegendis veste^{Austriacæ in novam} obtulere, quæ ipso materiæ pretio, ac labore, donantium conditio^{878. nis} nem simul & affectum loquuntur. Liceat Christi, viduæ pauperis minuta in Evangelio ad posteriorum memoriam transmittentis exemplo, pauperis hic ancillæ mentionem facere, quæ in molendino mōriens, surgenti Templo, quos habebat, florenos viginti legavit.

Nec Constantiensium in Collegio, Templisque perficiendis hoc anno fuit sterilis labor, corrogatis nostro, ac Mecœnatum studio florenis quinques mille, ac septingentis. Horum impendio clausus mutuo perpetuo hortus; adjecta ad ambulandum spatiose porticus, cum infirmorum domicilio à Collegio aliquot spatiis abjuncto; perficta demum in suprema Domus parte cubicula. Episcopus Hisp. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Aaaaaa plumbus.

Princeps
Campido-
nenus.

Episcopus
Constan-
tensis.

Nobilis,
unius de
Jesuitis le-
pidum di-
ctum.

plum simul necessariis instrui & exornari coeptum, cui Augustanus Pontifex hanc iter ad Marianam Eremum faciens, statuam Christi flagellati argenteam obtulit. Verum Princeps idemque Abbas Campidonensis, si quisquam alias, haud minori, ac si suum esset, studio & curâ ædificia nostra maturavit. Nam & munificentæ exemplo aliorum Præfulum liberalitatem provocavit, & apud Parochos suos, quorum sexaginta habere scribitur, ad se convocatos effecit, ut non exiguae eò summam conferrent. Is, cum præsens Constantiæ Templum lustraret, delectatus elegantia operis, sermone ad suos converso: jam, inquietabat, video, labores nostros ac sumptus præclarè fuisse collocatos. Idem erat Jacobi Constantiensis Episcopi sensus atque judicium, nunquam intermittentis, Templum ornatu, supellectile domum instruere. Favebat circùm omissis Nobilitas: nec in hæreticorum, præsertim Nobilem, congressu dissimulabant affectum. Ita cum in quodam confessu nobiles Lutherani Societatis nomen maledictis incesserent, ac mille figmenta congerendo, omnium ferè, quæ orbem vexarent, malorum auctores Jesuitas constituerent, Vir illustris, ac summa apud omnes auctoritate prædictus, graviter simul ac lepidè eorum criminationes elusit. Videmus, ajebat, passim in Germania senem quendam depingi, qui, si quid domi rerum frangatur, unus omnium culpam præstare debet. *Nemo* illi nomen est: & si nosse quis cupit, quisnam tandem ille ubique, & nusquam asperabilis *Nemo* sit? Jesuitas esse noveritis, quæ omnia facta, & infecta, adscribuntur. Eum nos morem, haud interrupta serie transmissum ad posteros, hodieum videmus.

^{879.} Privatorum maledicentiam publica etiam alibi beneficia com-
In Oettingen. pensarunt. Oettinganæ Domui Maximilianus Bavariae Dux, magno ganam Do- pauperis œconomiae emolumento, de quingentis butyri libris annuis num liber per litteras cavit: Leopoldus & Ferdinandus frater Archiduces, Al- ales Boici & Austriae Principes. Albertus Maximiliani Bavari Frater, Ratisbonensis item Episcopus, & Augiensis Cœnobiarca egregiis beneficiis uberes pro hospitio gratias Ratisbo- neus Epi exsolvère. Apud Lucernates undecimum jam annum stata in scopus, Ab- Templo nostro concio habebatur: cui ne quod impedimentum futuris temporibus intercederet, publicæ ab Senatu impetratae sunt en- tates Augi- litteræ, quibus eam absque ullius interpellatione perpetuam esse jussit, entis. alio item instrumento Collegii, Templi, scholarum, ac horti possessio- nem iterato favore confirmans; In Theodorum Busæum, lustrandæ Provinciæ causâ eò delatum, magnifice liberalis; non honorifica- fundatio- solūm Procerum delectorum oratione salutavit; sed & largo instru- confirma- tūm viatico, adjuncto insuper comitatu, Friburgum usque de- tur. Theodorus Busæus Vi-

^{880.} Nihil tamen sic animos ejus civitatis rapuit, quam cum novo Concio in nostro Templo stabilitur. Fundatio confirmata. Theodorus Busæus Vi-

^{881.} Plurimum afficiuntur novo Re- Quore cate- chesi ha- dens.

Nihil tamen sic animos ejus civitatis rapuit, quam cum novo exemplo didicissent, quanti Catecheticæ juventutis institutionem Societas faceret. In qua moris cum sit, ut, qui novus Rector pri- mum Magistratum init, quadragies lectionem catecheticam habeat; P. Bartholomæus Stücklin, cui prima nuper rectio obtigerat, eo munere coepit defungi. Eam rem tanti Senatus fecit, ut subsellia, cathedrasque in concertantium usus publico ære curaverit, & gravi-

insuper editio multam indexerit parentibus, quorum liberi eo tempore in plateis vagi deprehenderentur. Simili editio Oettingæ novæ in Bavaria promota Catechismi frequentia, inflexa statim ius, qui primi reos se fecerant, pœnâ. In Ingolstadiensi agro sic eam provinciam scholasticorum excurrentium ardor excoluit, ut ejusdem boni desiderio identidem plures accenderent; unde potentibus Köschinganis, ac Möringanis novus hoc anno Catechista datus. Omnia circumspicienti lolicito nostrorum Zelo publicæ occurrebant studiæ, quas non facinorosi tantum, sed alij male feriati homines implebant, quos per vicos & oppida circumerrantes, ac ipsa otiositate opportunos sceleribus, in compedes Magistratus conjecerat, publicis operibus exercendos. Hos bonâ Præfectorum veniâ, festis diebus cessantes ab opere, unum coactos in locum Sacerdos è Collegio missus Fidei rudimenta docebat, non utili solùm sed planè necessario Christianæ caritatis obsequio; quippe quorum pars magna tam erat rudis rerum omnium salutem pertinentium, ut præter baptisatum & nomen, nihil de Christiana Fide ac moribus vel haberent, vel nō s̄ent. Extra ipsam civitatem cùm pro numero ac viribus laborantes, à pluribus locis curæ indigis ipsa arceret distantia, cum uno è Decanis viro egregio aëtum, ut pro ea, qua in suo Capitulo auctoritate valeret, Parochos induceret ad suscipiendum in se Catechismi docendi labore, à quo ceu novo, vel certè arbitrario onere, cum magno animarum periculo abhorrebat.

Tantò illustrior erat unius in vicinia Parochi eximia virtus, qui, ut commissa sibi juventus facilius pleniusque documenta salutis imbiberet, incredibili labore, ac nullo præter cœlesti, operæ pretio totos viginti & amplius annos, Germanicos ac latinos caratteres legere, ac formare pueros docuit; hoc denum anno cum ingenti suo solatio, & luctu suorum evocatus ad superos, purâ sine dubio à noxis animâ; quippe qui, raro eorum temporum exemplo, octavo quoque die Confessionis gratiâ ire ad nos Ingolstadium sit solitus. Nos rogati, misso sacerdote, illius Parœciæ curam gessimus, dum alias in defuncti locum Pastor succederet. Quod idem obsequij genus duabus Parœciis impensum à Monacensi Collegio, singulis totius anni Dominicis festisque diebus Patre submisso, qui, dum Parochum darent, quorum juris id erat, Concione & Catechesi populum erudiret. Eandem ob causam frequenter nostri Eberspergâ evocati; queis cùm per altas nives difficulter eluctantibus equos Parochorum unus offerret, agentibus gratias, non suos se ipsis, sed Societatis equos, ajebat, ut tendos præbere; cuius nimirum curâ & labore ad eam, quâ nunc honestissimâ frueretur, sortem ascendisset. Nec poenitebat quemquam ullius, quam subibat, molestiæ, maximo concursu & pari affectu, quæ docebatur, excipiente simplici plebeculâ, adeò, ut cuim liberis, etiam senes non rarò parentes ante Patrem consisterent, patati cum illis nunc discere, quæ in sua olim pueritia nemo rudes docuisset. Friburgi in Helvetia, cùm dudum Germanico tantum idioma te tradi solita Catechesis floreret, hoc anno etiam Gallicè tantum loquentibus explanari copta, concessâ in cum usum PP. Franciscano-rum Ecclesiâ. Dilingæ insuper tribus ludi-magistris impertratum à

Aaaaa 2

Magi-

883.
Ingolstadt
ensiū in
Catechis-
mo expli-
cando fru-
ardor.
Quosus

883.
Parochi
unius in-
signis Ze-
lue.

884.
Catechesis
ubique
promove-
da studi-
um.

Friburgi in
Helvetia.

Diliq.

Constantia,

Magistratu salarium, ut cum sua quisque juventute ad Catechesin ipsi venirent, auditaque stata per hebdomadem die repeterent. Vix ullo tamen in loco majus ex Catechismi labore solatium, quam Constantiae cepimus, ubi nihil ferè ad tollendas hæreses reliquias experti sumus hac juventutis eruditione potius. Cum sub finem Catecheseos præmiolis suis exultantes Catholicorum liberos Lutheranæ matres cernerent, suis quoque delicias facturæ ad D. Jodoci sub horam Catechismi mittebant, Crucem prius domi formare doctos, quâ deinde expressâ imagunculam reportarent, diligentia præmium; quod intelligens noster multus in laudandis iis ac præmiandis cum esset, centenos aliquoties, undique advolantes numeravit, quorum plurimi maturioribus annis Catholicam Religionem amplexi, illud se fidei ac salutis initium habuisse fatebantur. Nec siverit aliquando benigni Numinis in Societatem nostram amor & cura, ut in hæc Majorum exempla intuentes, tantum à Patrum nostrorum, atque ipsius Conditoris Ignatij, aperto nos voto obstringentis, Spiritu degeneremus, ut rem parvam, aut ullo indignam gradu, vel ætate potius, juventutis veræ fidei rudimentis imbuendæ labore, cuius neglectui priorum temporum detrimenta Ecclesia debet. Augustæ proscito, ubi vicinum semper venenum maturari antidotum jubet, ne grassante quidem lue, hoc anno unquam intermittendam censuimus.

885.
Augustam
lues depa-
scitur.Et Ratisbo-
nam.

Nam mensibus omnino quatuor virulentus morbus notabilis strage urbem vastavit. Centum supra mille intra hoc tempus elata cibum funera, maximam partem Lutheranorum; ut aliquoties ipsi mirarentur, tam raro efferri Catholicos. Nempe exhaustis, quæ naturâ, vel arte continentur, pharmacis, altiora nobis, ac certiora media in Cœlitum invocatione supersunt, suas ad Deum preces cum nostris nunquam sine fructu jungentium. Ubi primùm se prodere vis malicœpit, ad D. Bennonem, cuius facellum septimo ab urbe lapide visitur, decreta supplicatio. Divus quoque Sebastianus, vetustissimus Ecclesiæ adversus pestem Patronus, vocari in opem coepus; ac domi quidem nostræ privatim quotidie; publico ac solemnî ritu scimel in hebdomade in ejus memoriam supremo Numinini litabatur. Quodque diligenter à medentibus notatum, remisit ipsa Divo Martyri sacra luce contagio; nec quisquam post hanc diem correptus; ægri plerique omnes publicâ Senatus curâ restituti. Pro Scholarum salute se unus nostrorum Deo devoverat: desideratus ex omni juventute nullus; viveréque Deus devoventem se, cum omni reliquo numero Collegarum iussit, quorum nemo unquam morbo tactus; licet in audiendis promiscuè accedentium confessionibus perpetui, nemini insuper infectorum, quisunque peteret, suum deesse auxilium paterentur. Scholæ quidem, quod sparsi per omnes urbis angulos discipuli non absque periculo conventuri videbantur, per funestum illud quadrimestre intermissæ: Conclaves tamen, Catecheses, Sodalitia nunquam; quem quidem ardorem pium magis quam cantum coelo neutiquam dispuisse, ipsa juvenum incolitas argumento fuit. Hoc eodem anno Ratisbonam quoque afflavit contagio, quâ è Gymnasij discipulis non plures tribus periisse inter beneficia numeratum, actis proprietà post Deum D. Sebastiano, cui vota fecerant, gratiis.

Oeni-

Oenipontanis terrorem non absque nocimento attulit exortum
repente incendium, quod nitrati pulveris officinam exussit, cum do-
mino opificis. De ædificiis actum cùm esset, in subtrahendam flam-
mis suppellectilem cura omnis incubuit. Quæ dum homines, in id
nimis intentos, sui immeiores facit; quatuor igne correpti Sacerdoti
nostro charitatis exercendæ præbuere materiam, pares ferendis ad
mortem usque doloribus animos opportuna adhortatione addenti.
Hos inter Pistrini Præfектus, cum filio natu minore. Pater biduum
non supervixit: filius ambusto undique corpore, inter manus meden-
tium tormenta magis, quam vitam ad aliquot hebdomades protra-
xit. Instante jam morte, Crucifixi Imaginem pio osculo venera-
tus, manib[us]que miserrimè fauciis arctè complexus, nihil ita sibi, ut
peccata dolere, professus est: quæ vox plerosque, qui adolescentis in-
nocentiam nōrānt, in lacrimas dedit.

Oenipontanis
nitrati pul-
veris offi-
cina con-
flagrat

At Bruntruti terrore majori, minori clade, in duos nostrorum
illapsum Templo fulmen defœvit; quo in casu cùm & miram fulmi-
nis vim, & mirabiliorē Divinæ Providentiae manū videre licuerit,
rein paulò fusiū narrare vīsum est. Cùm diu cœlum æstivis calo-
ribus arsisset, repentina turbine in atras nubes coactum, quarto adus
Augusti in mistam imbribus horribilem tempestatem erupit. Mox
excussum ingenti fragore fulmen, perforato sacræ Ædis tholo, suspen-
ſe ex eo prægrandi Imagini Crucifixi caput deiicit, corpūque medium
hianti late rimâ sic dividit, ut, quamvis solutis brachiorum manuūque
retinaculis, è solo pedum clavo suspensum hæreret. Inde Altare à
summo ad imum lambens, inustis passim maculis, P. Andream Silvi-
um, peracta in Sacrificio consecratione, orationem Dominicam pro-
nuntiantem igneo sulphureoque turbine involvit, humoque subla-
tum, per gradus ad quintum serè pedem versus cancellos abiicit, ca-
put fracturum, nisi fratrem aræ ministrum vis eadem ita commode
ponè stravisset, ut in hujus manū sacerdotis ruentis caput incide-
ret. Post nonnullam temporis moram animum uterque colligit, &
Frater quidem mitiūs habitus, nullo erigente surrexit. Pater, dum
levatur, de sacra Hostia, Caliceque sollicitus, cùm integra omnia, pal-
lā tantum leviter submotâ, vidisset, sustentantibus brachia binis Sacre-
dotibus sacrificium absolvit. Ingens erat omnium terror, fugien-
tesque è Templo rumorem vulgaverant, illud, totāmque domum flam-
mis correptam ardere. Patuitque tunc civium erga nos studium, qui
instrumentis in similem casum paratis instructi, multā insuper lachis
copiam portantes, ad restinguendum ignem accurrerant. Adorā-
runt nostri Providentiam Numinis, multis in hoc casu argumentis ma-
nifestam. Nulla enim vel in turri vel Templo flamma hæsit; sed
totus furor intra terrorem ac metum stetit. Dein ponderosam Crucifi-
xi Imaginem fissam per medium, & ruptis supernè vinculis à Crucis
trunko liberam, unus pedum clavus immotam sustinuit, quæ si clavo
diffractione decidisset, sua mole & sacerdotem & ministri obtritura videba-
tur. Nec Hostiæ sacrique Calicis nullo vel afflatu notari integritas, atque
ipse Patris, à prostrato simul ministro tam opportunè defensi, casus
carere miraculo visus. Atque is quidem incolumentem suam tanto
magis obstupeuit, cùm re divina peracta reductus ad cubiculum, posita

Bruntruti
duo è nos-
tris pro-
strati à ful-
mine serva-
tur innoxij.

Histor. Prog. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VI. Bbbbbb veste

veste conspexit, à medio pectoro, quæ suspensa è collo imago B. Virginis cum agno cereo desinebat, rubentem ac veluti sanguine suffusam lineam, ditti latitudine ad extremum usque dextri pedis talum pertinente, quæ post aliquot hebdomades è rubro in album conversa evanuit. Idem coelestem fuisse boni Angeli instinctum non dubitavit, quo eādem, uti & præteritā die, ac nocte impulsus, facile centies iteraverat tum illas ex oratione Dominica voces: *Et dimittit nobis debita nostra: tum eas è Litaniis: A subitanea & improvisa morte libera nos Domine: per Crucem & Passionem tuam liber a nos Domine: per mortem & Sepulturam tuam libera nos Domine.*

888.
Auguste
norum è no-
stris servat
S. P. N. Ig-
natius.

Augustæ nostrorum uni saluti fuit concepta erga Divum Paren-
tem nostrum Ignatium fiducia; qui cùm inter prandendum præacuti-
ossis fragmentum imprudens glutisset, idque in gutture hæret imino-
bile, periclitari de vita cœpit: voto tamen ad Cœlites, ac nominati-
um ad D. Ignatium factò repente avulsum expuit, ab omnibus cum
admiratione spectatum. Hoc unum divi Patriarchæ beneficium
attingimus: nam præstata foeti, ac pueroris satus, & contra orci præsti-
gias certa virtus, mira aut nova esse ob frequentiam desiēre.

889.
S. Sebastia-
ni benefi-
cia.
Brunovien-
sium do-
num.
Item Seba-
stiani Haun-
spergij.

Penè idem scribi de D. Sebastiano Eberspergæ benefico in om-
nes possit; cui Brunoviensis civitas supplicem se hoc anno stitit, ob
sublatam nuper pestilentiam. Additum precibus votivum munus,
vestis sacerdotalis, ex argento & ferico rubro contexta, atque civita-
tis suæ insignibus internoscenda. Vidua Nobilis Viri Sebastiani
Haunspergij Statuam obtulit argenteam, bâsi cedrinæ insistentem,
quam maritus olim D. Sebastiano in morbo voverat. Tenet ea sta-
tua manu gladium cum rota, ac duplicita Cruce argenteâ, auro obdu-
ctâ, notas Equitum Hierosolymitanorum, & S. Catharinæ, quorum
titulos gentilitiis antiquissimæ Familiae nominibus religiosissimus E-
ques addiderat. Nec tacenda ignobilium Conjugum Biburgi erga
Deiparam Allerstorffensem, beneficiis in dies clariorem, minimè ig-
nobilis pietas. Maritus conditione opifex suam operam, ex quo se-
dem ibi societas habet, mercede nobis locârat, ac fidelem præstiterat;
dum vires per ætatem suffecere. Gravis annis, parum superesse
ætatis intelligens, consilium cum uxore iniit, regularum suarum om-
nium, non aliun hæredem, quam Allerstorffensem Deiparam, ac
Biburgense Templum scribendi. Fecit: atque ipso die D. Joanni
Baptistæ sacro, qui ejus Tutelaris fuerat, accito summo mânè Sacer-
doti facta peccatorum confessione, intra horæ spatium è vita abiit,
integris ad extremum usque sensibus usus. Nonâ post die secuta est
uxor. Qui sanguine defunctos contingebant, spe quantulacunque
delusi litem nobis, imò divis de hæreditate moverunt, re ad Principis
senatum delatâ; qui tamen absentibus nobis, & nec appellatis qui-
dem, Legatum omne addixit.

890.
Allerstorf-
fensem
Deiparam
heredem
scribit par-
conjugum.

Ad Ratisbonense Templum sine lite pervenit duplex alia, Deo
à pauperibus transcripta hæreditas, pietate quam censu major. A
fene nonagenario, & paupere virginе veniebat, qui ex vita abituri
D. Pauli Templo opessuas omnes, hæc denos, ille quinque florenos,
con-

consecrârunt. Opulentiorum amplior pro conditione liberalitas extitit : quos inter Serenissimus Landgravius Leuchtenbergicus, & Rudolphus Baro de Parr stabuli in Aula Archiducali Præfectus, eminuere ; quorum hic aurum, quo Apostolorum altare pingeretur, obtulit ; ille Sacerdotalem vestem, & Crucifixi Imaginem, magni æstimatam donavit. Augustanam D. Salvatoris ædem argenteâ D. Martini Episcopi statuâ Martinus Huberus ad D. Maurit. Canonicus locupletiorem fecit ; cui alteram pretio ac magnitudine parem aliorum, collata stipe, munificentia addidit. Maxima verò unius è nostris Ludovici Erhardi in Friburgense Templum lente assurgens liberalitas fuit, è divite patrimonio bis mille coronatos donantis, illius majori parte relictâ Collegio, gratulante civitate.

Augusta-
num.Friburgen-
sc.

Stabiliri etiam tum Patronorum studio, tum curâ diligentî aliorum Collegiorum res œconomica cœpit, vel augendo redditus, vel æs alienum diminuendo. Empti ab Ingolstadiensi Collegio fundi' quidam pretio centum ac mille florenorum ; cui emolumento stable aliquid accessit à Meringana Parœcia, Collegio in perpetuum tradita. Quod beneficium hoc Provinciæ Seminarium grata mente adscribit Reverendissimo Viro Quirino Leonino, Cathedralis Ecclesiæ Ratisbonensis Præposito, qui necessarium Episcopi ac Canonorum consensum suâ, quâ apud omnes valebat, virtutis æstimatione obtinuit. Consensum Pauli V. Pontificis Maximi nos supplici prece petivimus, & impetravimus ; ærisque dein alieni, quod ædificiorum, & alendi tam numerosam juventutem necessitate contractum fuerat, bis mille florenos dissolvimus. Bruntrutani contrâ aliquot millium contra Quis nominibus, ab Illustri Reinachiorum Familia decem millibus florenorum decimas Minstrolenses coëmerant, eo tamen pacto, ut eas sexto vel nono anno restituto pretio, si vellet, redimere venditori licet. Opportunum id Collegio futurum erat emolumentum : sed fuit opinione brevius ; ante tempus, in quod conventum erat, reddito pretio, decimas repetente Familiâ.

Augsta-
res
Oecono-
mica Ingol-
stadij.

Bruntrut.

Veteri Domûs fabricæ nimis pro numero inquinitorum angustæ necessariam appendicem Augustani adjunxere. Moles, quantum satî erat, ampla tribus contignationibus absolvitur ; quarum infima penûs, rerûmque aliarum ad rem domesticam pertinentium promptuarium est : secunda ac tertia Museum, ac hibernaculum nostris, tum scholarum Magistris, tum Rheticam discentibus, præbuit. Ebersperga Decimas Schwarzkerschianas, quarum aliquæ illi in seudum jam antè cedebant, octingentis florenis magno rei familiaris commodo emit ; ac prædium, quod domui nostræ vicinum colono ad vitam lo- caverat, post minimio quadringentis redemptum florenis nostris colere usibus cœpit, cuius consilij utilitatem perpetuum deinceps emolumentum probavit ; uti etiam alterius, quo dûobus in locis, excisis frutetis, in cultum & inutile solum in prata mutavit, quorum unum Haselbachio ; alterum lacui adjacet, cui à lateribus, seu tegulis nomen est : Stegelsee. Venditione unius, ac emptione alterius Toparchiæ rem suam promovit Monacense Collegium. Habebat unam (quam latino nomine abbas villam, Abbrishofen dixeris) in Vilshovenensi inferioris Bavariae Præfectura sitam, multis de causis incommodam ma-

Ebersper-
ga.

Monachij.

gis, quām utilē. Quadraginta quidem numerabat subditos, sed multū inter se dissitos; quippe per vicos quatuor omnino ac virginis dispersos. Præterea tridui itinere Monachio aberat, adeunda magno semper itinerum sumptu; quin nec omnibus Toparchiæ juri bus in Bavaria usitatis gaudebat. His aliusque causis Præposito Generali Claudio explicatis, facta est Jacobo Kellero, Collegii tunc Reclutori, ejus vendendæ potestas. Emit Abbas Alderpacensis novies mille, ducentis, viginti quinque florenis, quod Monasterio, quām nobis, ut situ propinquior; sic colligendis inde proventibus opportunitior esset. In ejus locum à viro Nobili Joanne Jacobo Prunnero ducentis supra undecies mille florenis empta Aichbichlensis Toparchia, Præfecturæ Schwabenensis, quæ præter domum satis nobilem, subditos numerat viginti quinque: numerò quidem inferiores prioribus; utilitate potiores. Nam & propinquius inter se habitant; & ipse locus, non nisi duabus horis Ebersbergā remotus, omnibus gaudet nobilis Toparchiæ privilegiis. Acuebat Superiorum in re familiari augenda curam augescens in dies personarum numerus; dum vel messis Dominicæ crescens novos posceret operarios; aut alios, expletis stipendijs emeritos, supra numerum debita caritas laborantibus adderet.

893.
In Comitiis Ratisbonensis
duabus Procerum liberalitas.

Ratisbonensium industria debitum expunxit duorum millium florenorum; debebantque non parum præsentium in Comitiis Principum Procerumque benevolentia. Illos inter præcipui, Joannes Georgius Comes Hohenzolleranus, Comes Pappenhemius Imperij Marchallus, Baro Westernachius, & Urbanus Baro de Pöttingen (qui discedens equum insuper donavit) in fastis nominantur. Vicit tamen Serenissimorum Fratrum Archiducum Ferdinandi, ac Leopoldi munificentia; quippe qui sub discessum commeatum omnem à Comitiis reliquum Domui nostræ inferri mandarunt, pretio rerum quingenatos florenos facile superante. Verum omni pretio ac æstimatione superiora sunt Ferdinandi Archiducis, cùm alia erga nos clementissimi affectus argumenta, tum exempla haustræ, ut ajebat, ex nostra institutione (verius innatae Austriacæ Genti) pietatis. Nam sub Adventu & Quadragesimæ tempus P. Villerio, quem suum è nostris Confessarium Græcio adduxerat, octavo quoque die peccata confessus sacram ex ejus manibus Synaxin accepit; extra id tempus post decimum quartum diem eodem pietatis officio religiosissime fungi solitus. Ea die, quâ conversionem Pauli Apostoli, quem Templi Patronum habemus, solenni officio celebravimus, & Sacro interfuit, & prandium unum cum socero suo Guilielmo Bavariæ Duce in triclinio sumpsit. Singulis sextis seriis Majoris jejunij Psalmō quinquagesimo, ab Aula sua musicis decantato, magno pietatis sensu interfuit, nulli negotio suam deesse diligentiam, minimè omnium Religioni, passus.

894.
Ferdinandi Archiducis
memorabilis pietas.

Verum æternâ posteritatis memoriâ dignum est, verè regium Christianæ demissionis exemplum, quo quintam Majoris Hebdomadæ feriam insignivit, cum incomparabili honore Catholici nominis, & rubore acatholicorum, Iesu Christi Humilitati, præter laudes, nihil ultrâ tribuentium. Ea luce, Christi Corpore publicè refectus, cùm in summa Aede quaterpas admodum horas in rebus Divinis posuisset,

Prædictum
seria V. id
Sæcutoris
hebdomada.

set, domum rediit horā ante meridiem, ubi tredecim ipsum vii pauperes pannosi æquè, ac annosi præstolabantur. Ingressus, eos mensæ longæ, ad id stratæ, assidere cùm iussisset; cochlearia, cultros, salina, orbes, vinum in vate fictili cum cyathis sua ipse manu apposuit. Tum in suis cuique patellis fercula tredecim, in tres missus distincta, ipse in eis intulit, commoda, quâ veschi appositis possent, interiectâ morâ. Christum, cui in pauperum persona servire se nôrat, intuens prandium struxerat, nec Principi fastidiendum; cibis singularis curiosè, utrum ex ipsius mente parati essent, inspectis. Assurgere, quoties ipse minister accederet, reverentia causâ volentes, humaniissime quietos esse iussit. Cistam insuper ad singulorum pedes satis capacem collocari jussérat, in qua, cùm Princeps innuisset, condebat dapiferi, quæ quisque reliquerat. Finitis epulis, ingressus Diaconus consuetam sui ordinis vestem induitus, cantare illius diei Evangelium cœpit; dum Senum intereâ pedes nudabantur. Ad ea verba cùm ventum est, ubi Servator posuisse vestimenta fuit, ac se se præcinxisse dicitur, etiam Archidux discingere se, posito gladio linteum sibi circumdare, humili procumbere, pedes pauperculorum ubertim lacrimantium abluere, extergere, exosculari cœpit. Circumstabant Aulici, atque inter hos non pauci à Catholica fide alieni: quibus admiratione virtutis, ac silentio defixis, passim lacrimæ profiliebant. Hoc erga singulos perfunditus officio, tantum cuique panni nigri donavit, quantum abundè sufficere in vestem posset: collo dein sacculum injicit, cui argenteum nummum Imperiale recens cūsum incluserat: mox dexteram porrigit singulis, ea oris serenitate, unde, quâ sinceritate omnia ab eo acta fuissent, nemo non intelligeret. Denique discedentes ex aula senes duos, qui cistam portabant reliquiis factam, sequi satellites iussit.

Feriæ quintæ Religionem postridie altera Parasceves exceptit, non minore molestia Principis, & patente magis in omnes Exemplo. Nam cùm, rigida licet tempestate, publica tamen ad Christi cenotaphia supplicatio adornaretur, etiam hanc ornare, in patientis Domini memoriam, cum omni aulico comitatu decrevit; Crucem (quod proprium jam sibi officium fecerat) præferente summae Ædis Præposito Quirino Leonino, & utraque nostra comitante Sodalitate. Ferdinandus in omnibus Templis, remoto pulvino, nuda in humo genua fixit, & Eucharistico Numine aliquatdiu devotissimè adorato, ad Crucifixi Imaginem humili positam genua flectens, sacrorum vulnerum notas in omnium conspectu piissimis osculis est veneratus; nunquam visus auditusve asperitatem coeli non patienter ferre; dum circum omnia ferè Catholicorum tempora ducentum agmen ad cathedralē tandem, unde prodierat, Ecclesiam revertéretur.

Hujus exempli clarissima lux vix non obscuravit ordinarium publicæ pietatis specimen, virtute simillimum, quo ad abluerendos pauperum pedes, sc̄ ante Christi sepulchrum in Æde sua Cathedrali abjectit Princeps religiosissimus Wolfgangus Episcopus, ob laudandas vel in primæ Ecclesiæ Præsulibus dotes, Divi Cognominis sede longè dignus. Hisper, Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Ccccc nissi,

896.
Et feria
V. ta sup-
plicatio-
nem comis-
tanda.

897.
Wolfgangi
Episcopi
Ratisbo-
nensis erga
nos pro-
peus.

dissimus. Affectus erga nos supra votum cum nostra molestia, & aliorum invidia magnus. Nam neque sacris quemquam initiabat, nec Clericuri culpæ compertum, adque suum tribunal citatum absolvebat; nisi scriptum à nostro asserret Confessionis peractæ testimoniūm. Joanni quoque Hylino, summæ Ædis Ecclesiasti, & Wolfgango Schönsledero eum honorem habuit, ut sua publicè vota votentibus, ipse cum aula, Præposito, Decano, Canonicorum primoribus, Commendatore Tentonicorum Equitum Barone Rattenavio, aliisque viris primariis præsens assisteret, ac in nostro dein triclinio mensam tantis hospitibus, & se Principe dignam instrueret. Per quemcunque locum à Societate habitatum iter ei esset, nunquam nostros insalutatos præteriit; nostrique nominis tuendi curam, ubicunque fors serebat, velut propriam, nullo invadentium respectu suscepit.

^{898.} <sub>Graves ab-
usus sublati.</sub> Hoc tantorum Principum erga se studium ut Societas indecessè laborando paraverat: ita eo non aliter utebatur; nisi ad continuandum ubique cum fructu laborem; seu pravi mores corrigendi essent, seu meliores confirmandi. Luxuriam quidem, omnium seculorum pestem, tam infami stigmate notaverant, ut nemo jam palam concubinariū ageret. Nihilominus ita adhuc multas occulte sedes tenebat, ut in uno Provinciæ loco, ac populosa circùm vicinia fuerint hoc anno quinquagenis plures, qui nostris auditoribus domo proscripterint scelerum complices, quibus omnes aut adulteri perpetuo, aut sacrilegi consueverant. Apud Monacenses sublatus deterrimus mos, quo ludimagistri aliquoties per æstatem educis promiscue pueris, puellisque eam permittebant licentiam, ut sine magno morum ac innocentia damno pauci redirent.

^{899.} <sub>Lucerne
punitur
puellaris
curiositas.</sub> Lucernæ puellaris curiositas non sine immenso cœlitus terrore sublata. Sortiendorum Conjugum studiosas, nescio quis speculum humi desodere iussérat, ac post triduum refosum inspicere. Plures unā id egerant, ægrè tertiam lucem præstolatæ quā summo manè egressæ, sua certatim effodiunt specula, cupidissimæ intueri destinatorum sibi conjugum facies, cum ecce videndam se offert nigerrimi æthiopis, fronte cornibus armata, species, quā exterritæ, nec ultræ moratæ, abjecto vitro domum recurrent trepidæ, nostrumque sacerdotem luper suo facinore consulunt: qui periculosa animi levitatem confessione expiare jussas, magno adversus superstitiones horrore implevit. Eodem in loco Sacerdotem vitæ intemperantia opibus pri- mūm, mox oculis & officio privatum, in Xenodochium se recipere coegerat. Repentinus à tanta licentia ad tantam miseriam transitus in periculosum mœrorem, tristissimæque cogitationes dejectum proximè desperationi admovebat; quem noster, ab ipsomet ægro consilium rogatus, frequenti Sacramentorum usu sibi redditum, ita confirmavit; ut, cùm dæmon ei de nocte, præpotentis amici formâ aggressus, præcipitum suaderet; &, quod triduo ante apud nostrum labes animi omnes extersisset, rectâ iturum ad cœlos promitteret; ille nihil animo commotus responderit: hæstu! sursum, non deorsum ad cœlos itur.

<sub>Ei Sacerdos
sibi resti-
xitur.</sub>

Ratis-

Ratisbonæ unus, nocte facinus tegente, jam è trabè se suspen-
rat; cùm rupto fune casus excitavit uxorem, quæ dum erectum so-
latur, ille de manibus elapsus in hypocaulsum irruit, & arrepto cultro,
antequām impediri à sequente posset, iteratò jugulum ferit. Jam
manante ex vulneribus largo cruro, defectus viribus, infelix in ter-
ram defluxerat; cùm inops consilij fœmina chirurgum primò accersit;
demum & animi medicum; qui suo in sanguine jacentem, mente ac
sensu destitutum invenit. Inclamatus tamen sæpius, cùm signa dolen-
tis animi poscenti annueret, solitus à noxis, sacro ad luctam ultimam
oleo inunctus; cùm die postera vires rediissent, cœlestè quoque ac-
cepit viaticum. Lutherana domus erat, in qua hæc gerebantur, quam
illi eò audentiū ingressi, Patris dicta aetaque fuggillare cùm occipe-
rent; noster oblata occasione non segniter usus, importuni aggressio-
ribus instare, quæstionibus & arguimentis tam appositis cœpit, ut eo-
rum instar, qui adulteram olim ad Christum detulerant, elingues fa-
cti; è conspectu se paulatim oinnes subduxerint. At recedente nostro,
rursus ipsi succedunt, turbatumque, ac circumveniri facilem ita depravant,
ut magno labore constiterit hominis ad rectam mentem ac fi-
dem reductio. Salvus paulò pòst ac integer fine in nullum fecit de-
prædicandi Societatis caritatem, cui se regendum deinceps magna
animi tranquillitate permisit. Eam animi pacem Hale ad Oenum,
non nisi in alium mutatus invenit degener filius, quem ad morum cor-
rectionem urgere Parens etiam post mortem non desstitit. Is mee-
tore potius ex filij improbitate contracto, quām senio, aut morbo sibi
vitam succidi sæpissimè questus, multis Sacrificiis offensum eidem Nu-
men placare, dum vixit, conatus est. Nihil inde mutatum ju-
venem, à morte demum diu noctuque infectatus, perpetuis terrori-
bus compulit; ut, noxis generali Confessione deletis, aliam iniérat
vivendi rationem; cui postquam trina pro paternis manibus Sacri-
ficia addidit, sublatis terroribus, deinceps Christianè simul ac quietè
vixit.

Eadem in urbe gravius malum se prodidit, non unius privati homi-
nis, sed publicæ omnium saluti periculosem. Litteras, quibus ad Templi
valvas affixis Pontificium Jubileum promulgabat Episcopus, noctur-
no tempore cultro sectas, deformatasque fuisse deprehensum est, si-
mûlque cognitum, esse quosdam in civitate, hæreseos luc infectos,
atque ipsa sui occultatione metuendos. Confirmabat id præcepti
Ecclesiastici, carnium esum certo tempore prohibentis, contemptus,
non paucis illud, nec occultè, violantibus. Graviter utrumque
Magistratus tulit, & sexaginta florenos daturum promisit, qui Ponti-
ficiarum Litterarum violatorem detulisset. Maximilianus verò Gu-
bernator pecuniariâ mulctâ & carcere in carnivorus illos pro meritis
animadverti severè mandavit. Alius præterea exempli æquè noxijs
abutus hoc anno eliminatus. Inoleverat mos, primum Quadra-
gesimæ Dominicam profanandi solennibus epulis, in multam noctem
extractis, majori sæpe, quām in bacchanalium diebus licentia. In-
digna res dudum visa nostris, sæpè morem Catholica civitate indignum
privatum carpentibus. Cùmque agnoscietrorem à multis cernerent,

CCCC 2

ducem

Ratisbonæ
unus à de-
speratione
& hæresi
eripitur.

Hale in oc-
culto ha-
reticos
inquitur.

Tollitudo
primæ
Quadrage-
simæ Do-
minicam
profanau-
di.

ducem tantum & causam se subducenti querentibus ; in rehi palam Ecclesiastes noster in contrariam adeò temporis sanctitati confuetudine incepit, & argumentum, se ipso multis ingratum, tamen accommodata auditori oratione tractavit ; ut is, quem convivij Regem in conventu legerant, ea ipsa die procul urbe discesserit, unaque magna bonorum omnium approbatione indignissimum morem sustulerit.

^{903.} **Investigatio** rursus majore cura, ac deprehensi, qui fidem ac mores in libros, corruperant, hæreticorum libri, graviterque, qui legerant, moniti, & eorum censura nobis committitur. **Investigati** rursus majore cura munus inspiciendi, examinandi que libros, qui aut venum exponerentur in nundinis, aut è Germania in Italiam devenerentur : nec ullius aut vendendi, aut per Tyrolim transportandi concessa potestas, quem nostri, vel hæreleos vel alio nomine vetitum, censurâ notassent.

^{904.} **Augusta abrogata lex iniqua Catholici.** Augustæ abrogata lex, quam, Lutheranis agentibus, sanxerant inter se certæ quædam opificum tribus, quâ nupturi conjugem legere extra tribum vetabantur. Ita enim si nubilem filiam intra eam tribum Catholicus nemo haberet, Lutheranas ducere cogebantur Catholici juvenes : & istarum quidem, cum cœlibatum horreant, major semper, quam Catholicarum monasterijs se frequenter abdenterium, numerus est. Fidei quoque, & opibus Catholicorum eam foveam astutè paraverant. Nam & filiæ ex lege municipali Lutheranæ matris religionem secutæ, paternæ hæreditatis opes auferebant Catholicis : nec filiorum, patris sacra ex pacto sequentium, fida sperari educatio poterat ; matribus nihil non agentibus, quo trahi ad se quam contrariam possent. Sublata uni partium tam noxia lege, facta est cuivis extra tribum sibi conjugem optandi libertas, magno apud Catholicos, animarum æquè, ac fortunarum bono. Ægrotis quoque Catholicis per nosocomia promiscuè in Lutheranorum societate degentibus, impensa cura, ut ab illa sejunctis & sacrorum commoditas esset, & mortuos etiam propria in loco sacro sepultura secerneret.

^{905.} **P. Cosma Sallhauser** Neque id 'hoc loco tacendum', quod ad publicum Religionis decus P. Cosmas Sallhauser Oenipontanae Urbis Ecclesiastes obtinuit ; agente in Tiroli Ordo Evangeliorum in Dominicas ac Festa divisio, quæ multum ab Rodo mano ordine discrepabat, ad hujus normam correcta, in Diœcesin Brixinensem universam induceretur. Aliud ejusdem viri pietati ac eloquentiæ ornamentum debuit publica pietas. Ut enim ab ipso Christianæ Religionis exortu, Catholicos à nascentibus sc̄lis Eucharistici Numinis adoratio cultusque distinxit ; ita ad hujus decus & incrementum incitatis populis, obtentæ Româ propositaque Indulgentiæ sunt. Sacramenti, cum ad ægros defertur, comitatum augmentibus. Fares statim per omnem diffusa Provinciam, mirum, quantum publicum comitandi per plateas Numinis studium accenderit. Ratisbonæ adnexum ad pedem lapidei Pontis Bavariae ditionis oppidum ea occasione revocavit morem diu intermissum, ut Eucharistiam, etiam cum ad custodias defertur, duo è Senatu sequantur. In ipsa vero Ratisbonensi civitate tantum id tanto numero, ordine, modestia comitantium spectaculum valuit, ut è Lutheranis quoque visi fuerint, qui flexo genu ad reverentiam se commotos ostenderent.

In,

Inventum illud verè Divinum, ultimo bacchanaliorum triduo propositâ plenariâ indulgentiâ, celebratisque quâm splendidissimè Divinis Officiis homines à temporis illius licentia avocandi, ad Christum in Eucharistia quadraginta horarum comprecatione honorandum, & quibus locis recepta erat, quâm maximè floruit, & in aliis, ad quos nondum pervenerat, summa omnium voluntate accepta est. Applauferunt Augustæ cives atque nobilitas: quibus accessit ex itinere Serenissimus Archidux Leopoldus; quin & nobile Corporis Christi Sodalitium, primarios è Senatu civib[us]que complexum, conditâ horâ sub signis illustre agmen adduxit, eamque orando explevit. Idem Halæ in Tiroli ab Regii Parthenonis Virginibus præstitum, utraque Archiduce Christierna & Eleonora illustre agmen ducentibus. Apud Landspurgæ. spergentes visa res fuerat inceptu difficilis. Nam & hiberno tempore lubricus, & arduus erat ad Ædem nostram ascensus, gradibus nondum in eam, quâ nunc sunt, commoditatem exstructis. Solitudo timebatur; cùm nec nostri in tot partes divisi numerum facerent; nec multi crederentur à destinatis per eos dies conventibus avellendi. At inanes fuisse nostros metus, primo statim consilij explicati successu didicimus. Nam primus ipse Magistratus institutum summopere laudavit, & publico Decreto iis diebus bacchantium licentiam coercuit. Superavit vota confluentium ardor, quorum non pauci per tenebras adrepentes, Templi fores, antequâm recluderentur, obsidebant. Damnaverat unus palam importunitatem temporis, quem tamen aliud agentem, ut Templum ingrederetur, seu curiositas, seu monitor angelus traxit. Ibi cùm tot hominum peccata confitentium pietatem cerneret, admiratio primùm; mox lati male judicij dolor; demum & voluntas subiit tot exempla sequendi, stimulante animum metu, adfuturam, si internum monitorem sperneret, à Cœlo vindictam. Alterivenit in mentem eorum, qui ob peccata his diebus commissa apud inferos ardent, cogitatio. En! ajebat, si his infelibus angeli manu in hoc Templum adductis Deus copiam faceret, peccatorum suorum omnium propalatione tormenta sua redimendi: quanto ardore, quantâ grati adversus Deum animi significatione id facerent? quin tu igitur tempus, in perpetuum illis negatum, nunc occupas, animumque & à præteritis criminibus expias, & confirmas adversum futura? Apud Constantienses pariter illarum dierum Religio spem nostram longissimè vicit. Cùm maximus esset ordinum omnium accursus, adorata est sub cuiusque diei vesperum supplicatio, Proëpiscopo, aut aliquo è Cathedralibus Canonicis SS. Sacramentum portante: quod pulchro ordine Civitatis Capita, Senatus, frequens nobilitas sequabantur, jam antè inter se precandi tempora velut ex composito partiti. Diffusa extra urbem fama vicinos, maximè sacerdotes, attraxit, qui aras nostras toto tempore ad usque adulterium meridiem implebant. Ipsius civitatis Parochi quâ verbis, quâ exemplo rem tantopere cum Religionis nostræ sanctitate congruentem promovere: maximè primi duo; quorum alter, palam à nobis alienus, tribus illis diebus Sacris semper apud nos operatus omnem deinceps animi alienationem depositus.

Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. Dddd Dum

Dum hæc ad provehendam altius Christiani populi pietatem
 palam & in conspectu geruntur à nostris; non minùs in publicum com-
 modum laboratum est domi, quo magis occulto, & semoto ab homi-
 nibus studio, tantò latius profuturo. Recepere se nimis dum in di-
 versas Provinciæ doinos viri sanguine; doctrinâ, officiis clari, ut
 animum curis tam publicis, quam domesticis liberum, fibi totum va-
 cuumque permetterent, iis vitæ Christianæ, aut Religiosæ præceptis im-
 buendum, quæ à S. P. N. in Spiritualium Exercitorum libello descrip-
 ta, perpetua tot ahnorum commendabat utilitas. Constantiæ inter
 alios Reverendissimus Proëpiscopus ex eo secessu cùm magna solatia,
 majora promovenda Divinæ gloriae desideria extulisset; primariae no-
 bilitatis vir summisque ornatus muneribus, sanctiori hebdomade in
 candem solitudinem se recepit. Nec poterat latere, quid nostros
 inter parietes ageret; cùm intermittere non posset officij causâ, quo
 minùs Episcopo, per eos dies in summa Æde rem sacram peragenti,
 cum aula adflet. Adfuit ergo eo cùm silentio, atque modestia, ut
 nihil proflus instituto suo adversum admitteret; ac peracta re Divina,
 nihil unquam moratus, suæ le solitudini in Collegio redderet. Par in
 tam salutari negotio studium cum pari fructu posuit Augustæ, Vir Pa-
 tritiæ Nobilitatis, Henricus à Rhelingen, Quirini Rhelingij Duumviri
 Filius, ac Reip. Senator; cuius verbis fidem certissimam mores fecere,
 ex bonis mutati in optimos. Oenipontani inter alios Oswaldum
 Portnerum Juris Doctorem nominant, cùm Religiosissimo viro Mona-
 sterij Wilthinensis Priore. Ex Altariensi Coenobio unus Friburgi
 tam sancto operi solidum octiduum dedit, plures longè Bruntrutanis
 Patribus excolendos se præbuere. Nam præter Parochum ac Vi-
 carium, Barones duo, & octo Religiosi cum suo Reverendissimo Præ-
 sole in eam se virtutis scholam abdidere. Dilingæ Episcopus cognati
 sanguinis juvenem, qui animum ad Religionem adjecterat, explo-
 randæ certius Divinæ voluntatis causâ, iis uti exercitationibus voluit;
 qui etiam inde, multò quam ingressus erat, in sancto proposito firmi-
 or exiit. Successere his Casparus & Christophorus Egloffij à Zell,
 Principis ex sorore Nepotes. Maximum tamen numerum fecere
 diversorum Monasteriorum Religiosi. Nam jubebantur tunc fermè
 à suis quisque Præsulibus, ut ante suum ex Academia discessum octi-
 duanis S. Patriarchæ nostri Exercitiis excolerent animum, parem virtu-
 tis ac Scientiæ fructum relaturi. Nec ij tantum; qui confecto stu-
 diorum curriculo revocabantur, id agendum suscepere; sed ex ipsis
 asceteriis non pauci, huc bonâ Superiorum veniâ cā causâ profecti.
 Ita Cæsaræa hoc anno, Augia Brigantina, Rhenovia (sive Insula Rhe-
 ni) singulos: Ochsenhusium ipsum celeberrimi illius Monasterij Prio-
 rem misere, in sancto negotio summa curâ versatos, pari nostro e-
 xemplo, & suo solatio. Nec mirum, tantum in Religiorum vi-
 rorum animis eam ordinatissimæ illius ascœdos existimationem valuisse;
 cùm in Ratisbonensibus Comitiis apud seculares primi ordinis viros
 tantum exarserit ejus experiundæ desiderium, ut ob ædiūm tunc à
 Magnatum Confessariis occupatas angustias vicenis discedendum Ra-
 tisbonâ fuerit, quin vota iterato nobis indicata expléssent.

908.
 Procerum
 in Comitiis
 in iis expe-
 rendis ar-
 dor.

Nec parum ad mores vel reformatos, vel provehendos in melius valuit, conditarum à Societate nostra Sodalitatum, recta & diligens administratio; quæ ubique in suas classes divisæ dignioris se-^{909.}
xus ætatem omnem complectebantur. Magno ubique in pretio
habitæ, uti prensantes non nisi cum delectu admittebant; ita ab
optimo quoque expetebantur. Constantia certè, ubi Sodalitatis
Præfecturam Proëscopus, & alias summae Aëdis Canonicus ad D.
Stephani Præpositus, insigni pietatis exemplo gesserant; Canonico-
rum alius sectionem corporis periculosam passurus, antè, quām in
hoc se discriminem immitteret, in Sodaliū numerum referri supplex pe-
tit, imploratis quām maximè illorum precibus. Mox voti, ut par
erat, damnatus, veluti è vita discessurus Sacra menta suscepit, ac do-
lorosissima curatione feliciter defunctus, salutem recepit. At Dilin-
gani Sodalis innocentia ac pietati maturatam coelestis gloriæ possesso-
nem debuit defuncti anima, piacularibus flammis detenta. Eam,
dum pro duorum piis manibus septies Officium defunctorum religiose
persolveret, quiritantem circùm sc audiit; opemque pollicitus, non
paucis pietatis ac poenitentia operibus in Deiparæ honorem defun-
ctus, assertorem suum vocantem, & gratias agentem conspexit.
Jam etiam Oettingæ Veteris in eum numerum Sodalitium facturi coa-
luerant, ut confirmationem jure petere à summo Pontifice possent,
ad cuius, non sine ceremonia promulgatae, sanctam lætitiam à viro
nobili illustre munus accessit centum omnino aureorum.

Nec à Cœlitum dñntaxat, vel hominum beneficis Sodalitorum
nomen ac reverentia crevit; sed ab eorum quoque, qui contemple-
rant, haud obscuro suppicio.^{910.} Augustæ inter Rhetores erat, qui
Sodaliti nomen dare numquam curaverat. Is culpæ gravioris
compertus, poenamque recusans, cùm scholâ exisset; eadem ad-
huc die semiportus ab ignoto hincone gravissimè vulneratus, postridie
è plaga decessit. Vindicem Numinis manum non alij tantum, qui
noverant adolescentem, sed ipse agnoscens, id pro summo DEI cle-
menter punientis beneficio habuit, quod tantum temporis mentesque
reliquisset, quo à Deo ac hominibus viræ solutionis veniam poscere;
séque indignum, qui vivus aut mortuus inter Sodales locum obtineret;
profiteri posset. Ita sacris morientium præsidii munitus inter animi
poenitentis suspiria obiit Divinæ clementie, simul & severitatis exem-
plum. Præsidem Parthenium conveniens alius, narravit, quanto
sibi periculo steterit dilatus in Sodalitatem ingressus; nec enim aliam
causam in medio discrimine obversatam animo fuisse. Eum Horus
negotij causâ in pagum miserat, quarto ab urbe lapide remotum.
Convallis umbrosa interjacerat: quam cùm, sole jam in occasum ver-
gente, intrâisset, terti eum latrones circumstant, & tradere sibi palli-
um iubent. Negantem cùm inter minas circumsternerent; expedie-
ferrum juvenis: pallium quo pedibus premens, magno clamore DEI
Deique Matris opem implorat. Venitur ad manus; inter pugnam
extremo sicarij mucrone secundam supercilium juvenis levi vulnere
fauciatur; cujas ille pectori telum conatus infigere, trajecit coxen-
digem, & humi stratum dejicit. Irritati unius casu duo reliqui, insta-
bant accrimè; nec erat obtinenda contra duos viatoriz spes: cùm
Dddd 2 equi-

equitem alium cum servo pedite conval' em ingressum videt, fidé inque & opem inclamans, auxilium ut properet, rogit: nec frustra; nam ille subito advolans fistulas ferreas promit, iactumque in prædones destinat: qui, dimisso altero, jam de propria vita solicii, projectis extemplo armis, procumbunt in genua, supinisque manibus, atque infimis precibus veniam sceleri, sibi vitæ gratiam postulant. Cùmque ipse, quem invaserant, juvenis deprecator accederet; intra verbera supplicium stetit; quibus egregiè contusos cùm dimisissent, iter una sunt prosecuti: atque is, qui discrimin evaserat, nihil ultrà moratus, libertum le Virgini in Sodalito stitit. Augustanorum porrò Sodalium in Divos pietati, ea in S. P. nostri Ignatij cultu prærogativa debetur, quod primi Augustæ fuerint, qui grati animi causâ, collata stipe pridie Calendas Augusti, qua die is ad Superos abiit, solenni Missæ Sacrificio, in honorem SS. mæ Trinitatis cantato, publicam Diyi celebrarint memoriam; quod bonorum, quæ in Catholicam juventutem à Societate manarent, auctorem agnoscerent. Et fuit sanè æquissimum, ut eum Religionis juvenibus insitæ fructum Ignatius legeret, qui per Societatem ab se conditam sic institui in litteris juventutem voluit, ut primas semper deferre nos juberet pietati; sine qua nulla unquam cruditio verè utilis vel discenti, vel Republicæ fuit.

911.
S. P. Ignatij festum
primi Augustæ solemni ritu
Sodales celebrant.

912.
Colloquiū
& Convī-
cta In-
golstadii
decora.

Pa. 2. Dec.
4. B. 228.

Franz.
Guil. Co-
mes War-
tenbergius.

Franciscus
Sfondratus.

Cosmus
Mediceus.

Huius præcepti memores, ubi major admonebat juvēnum numerus, validiora excogitabant adjumenta pietatis, quæ frænarent ejus æxtatis licentiam. Fuit hæc inter, si quod aliud, felix inventum, institutus Ingolstadij *Colloquij* nomine Marianorum Sodalium, in D. Ignatij M. Collegio degentium, Coetus, cuius ortum, & susceptas, ultra communes Sodalibus, Leges alio hujus Historiæ loco est legere. Huic qui semel nomina dedere, nec Ingolstadio discendentes ab eo separari sustinent; sed ablato secum Legum (*Directiones* vocant) libello, missa quot annis epistolâ constantem Virgini ac Coctui fidem probant. Id egere hoc anno, illustris quidam Comes, Dolam Burgundiæ petere jussus Majorum imperio, & Franciscus Guilielmus Comes Wartenbergius, Ferdinandi Ducis Bavariæ filius, tunc Oettinganus Præpositus; ad plures poste in Imperio Insulas, atque ipsam Romanam Purpuram evectus. Eum ad Germanorum in Urbe Collegium mittebat Serenissimus Parens, studia absoluturum, queis Ingolstadij in illo D. Martyris Ignatij contubernio septennium ipsum impenderat, maximâ semper integratîs ac innocentiae laude. Huius contubernij, cum institutionis optimæ commendatione, ad exteris quoque Nationes fama perlata, nobilissimos parentes perpulit, ut filios nobis ad ejus leges formandos committerent. Missique hoc anno, præter illustris duos adolescentes Belgas, Principes duo: quorum unum Franciscum Sfondratum, Ducis de monte Martiano filium, Provincialis noster ex Italia redux: alterum Cosmum Mediceum Magni Ducis Hettruriæ ex Fratre Nepotem, duo alii è nostris Sacerdotes, comites simul & custodes adjuncti, adduxere.

De

De simili le^gissimæ juventutis flore vix quidquam Ingolstadio Dilinga concessit, septingentis, & amplius litterarum alumnis frequens. Horum præstantissimus quisque in D. Hieronymi Collegium se receperat, quod ducenti & quinquaginta incolebant, omnes aut clara nobilitate, aut Religiosa professione memorabilis: nam istorum, quos è Suevia, Austria, Tiroli, Bavaria, Helvetia celeberrima Monasteria miserant, decem & octo supra centum numerabantur. Illustrissimum tamen Joannem Albertum Radzivilium, Olyce & Niessvisij Principem, hinc in Italiam transtulit parentum voluntas, & gentis Polonæ, juventutem rerum exterarum cognitione imbuedi consuetudo; postquam biennio ferè Humanitatis ac Rhetoricae scholam ingenio, Sodalitatem Partheniam virtutum exemplis illustraverat; in hanc, & Collegium adhuc ex Italia liberalis. In laudato D. Hieronymi Collegio, delectu idoneorum capitum, & horum deinde industria factum, ut, qui Pontificio sumptu vivebant, alumni scientia ac probitate plerisque præstarent: è quibus quini hoc anno ad sui statu^m labores ac spes magnas dimisssi; queis haec tenus nostris Patribus in Missionum labore comites adjutoresque dati, non uno sui documento præluserant. Cumque & per vicinas Dilingæ Palatinas ditiones, & nobilissimam Augustanam Diocecesin, oppressa veteri Religione, passim confessissent novorum dogmatum professores; in id non mediocri studio docentium labor incubuit, ut probe adversus vim ac artes novatorum armatos emitterent. Poterat iis Armamentarii viçem servire P. Sebastiani Heislui, Theologiae Cathedram obtinenter, Liber adversus Jacobum Hailbrunnerum, Serenissimi Ducis Neburgici aulicum Concionatorem vulgatus; quo fortissime juxta clarissimeque consutat editum non itam pridem ab eodem volumen, cui titulum: *Papatus acatholicus*, fecerat. Liber Celsissimo Principi Henrico Augustano Episcopo dicatus, atatem tulit, hodieque legendum meretur encomia.

At nemo hoc iterum anno in eruditos, præsertim contra hæc^m partus Gretsero foecundior; quorū nonnullos in Germanicū idioma à Vöttero translatos suprà memoravimus. Huius enim viri, quem nulla unquam eruditī laboris satietas cepit, foetus indubii sunt: *Murices Catbolicae & Germanicae antiquitatis*, quos in patrium sermonem versos Vötterus Lameisen inscripsit. *Epitome Germanica ex Sarcerij volumine de Disciplina*. *Miscellanea Theologica*. variis deinceps Tomis inserta, numero sona. I. *Virgademia Volciana*. II. *Antistrena Polycarpica*. III. *Nota super notas Petri Molinat, in Epistolam Nysseno adscriptam, de cunctibus Hierosolymam*. IV. *Examen Tractatus de Peregrinationibus, ab eodem Molinae editi*. V. *Correctiones Notarum, quas evulgavit Casaubonus in Epistolam Nysseni ad Eustachiam*. VI. *Sacra Miserica, Palindica, Commentariolo illustrata*. Item: *Disceptatio de vino Myrrhato & Myrrbinis*. *Apologia contra Franciscum Junium Calvinistam, pro defensione eorum, qua Cardinalis Bellarminus de Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VII.* Ecce Pri-

913.
Dillingi
Convictus
& Academ
iae fru
quentia.

in Convictu
Religiosi
118.
In Italiam
abit Alben
tus Princ
eps Rada
zivilius.

Alumno
rum Ponti
ficiorum
præstanus.

914.
P. S. ba
stianus Heis
sius refu
tat Jacobi
Heilbrun
néri Pap
atum acath
olicum.

915.
Jacob
Gretser
opera hoc
anno edita.

119. Min
... me

Prima Cruce, Crucis Imagine & signo disputat, lib. 2. de cultu Sanctorum. Primus Tomus de S. Cruce duplo auctior editus. Manuel Caleca contra Gracorum errores, sub nomine D. Petri Ste-

*Aulam sanctam edit Matt. Raderius. Auctori, id quod in pluribus libris amico utriusqne consensu factum. Augustae Vindelicorum Aula sancta in lucem prodit, vitas Pulcheriarum & Eudoxiarum Augustarum complexa; quam Mauthaei Raderi, inter etudi-
tissimos illius temporis suo merito numerati, diligentia ex Gracis, ac latinis Auctoribus, tum editis, tum ineditis collegerat. Biblioteca quidem Societatis, typi an Scriptoris errore, editam ante quadrien-
nium scribit, contrà, quam Manuscripta Collegij docet Historia. Mo-*

*Monachese Collegium nachij vulgata quatuor Principum Funebria, à totidem Scholarum no-
valigeru- nebris, Ferdinandus Bavariarum Dux, Guilielmi Filius: Caroli item duo, Pater
Ducis Bav. & filius è Serenissima ac Regia Ducum Lotharingiarum Domo; unde
Carolo- run, Patria Conjugem & Matrem Maximilianus regnans habebat: ac demum Se-
& filij Du- renissima Maria, Caroli Gracensis Archiducis Austriae vidua, Ser-
cum Lotha- nissimi Guilielmi Conditoris Monacensis Templi ac Collegii Soror;
zingie, cuius uti in universam Societatem; ita in nostram quoque Provinciam
Marie Gracensis Archiducis fiduc. benevolentiarum, cum, sacra præfertim, non uno loco monumenta super-
sint; necesse est etiam, ut in parva maximarum virtutum Epitome in-
ferta nostris annalibus, perpetuum extet grati animi erga tantam Princi-
pem monumentum.*

*916. Alberto Magnanimo Bavariarum Duce, & Annae Austriacæ Ferdi-
nandi I. Cæsaris filia nata, crescebat in spes tantis natalibus dignas:
cum eam annum agentem vigesimum in Sponsam expetiit Carolus
Archidux, cui regendas nuper Styram, Carinthiam, Carniolam Pro-
vincias, uno Interioris Austriae nomine comprehenas, Ferdinandus
Pater tradiderat. Non exiguum Mariæ honorem addebat illud Ca-
roli Archiducis, eam Regno præferentis, judicium. Nam paucis
annis Elisabetha Angliae Regina Essexum Comitem Viennam
petui Caroli Archiducis miserat, qui Sponsum sibi à Cælare Carolum Archiducem peteret,
communem cum illa dignitatem juxta ac potestatem habiturum. Jam-
que Cæsaris nomine Joannes Kövenhüllerus Franckenburgi Comes;
negotium cum Anglo traxabat; cum Elisabetha Catholicis exercen-
dæ Religionis libertatem nolente concedere, negavit consensum Ar-
chidux, nunquam pro Anglia corona æternam daturus. Nec præ-
mio caruit ea Religiosissimi Principis in fide constantia, Numinis dein-
cepit præcipuis Europæ coronis Nepotes ornante; ipsum vero augente
viribus, quibus gravem jam Austriacis Principibus per omnes
Provincias hæresin maximo subditorum ac dominantium bono depri-
meret. Ut effectum id daret, adjutorium ei simillimum Deus
Qui Mariam Bayaram dedit, quam eidem Georgius Kövenhüllerus Baro,
Carinthiae Capitanus, & Pancretius à Windischgrätz Aulæ Mareschal-
lus, Monachium Legati, ab Alberto & Anna impetrarunt.
cum Parentes secum ad thermas Casteinenses, in Salisburgensi ditione
fines Carinthiae suæ, duxisset; advectus cum paucis suorum Carolus
primo sponsam salutavit. Posthac Nuptialibus felis Viennæ pri-
mum, mox Gracij regio splendorc ac sumptu celebratis, prima cura
fuit:*

Qui Mariam Bayaram dicit.

fuit Religiosissimorum Conjugum, ad Catholicæ pietatis leges leipso; aulâmque componere, modisque, quibus possent, omnibus restau-
re ruinas Ecclesiæ, quas iis in Provinciis tam graves passa fuerat,
ut sit, qui scribat temporum illorum gnarus auctor: ita Styriam om-
niem deformatam ab heresi fuisse, ut Græcensis civitas non tot Ca-
tholicos numeraret, quot Nilus ostia. Nam tractat potentiorum c.
xemplis in casum Provinciæ, cum jam folos ferè audirent errorum
magistros, crescente in dies ad novæ doctrinæ laxitatem inclinantum
numero, animus defecerat Principes; non ausos concitare in se tot
hominum, ubique in dominos insurgentum, vires. Statuto qui-
dem Græcensi in urbe Societati Collegio, multos nostrorum industria ad
sanam mentem fidemque revocarat, recepto non sine gravibus hereti-
corum minis, & præsentissimo Collegarum periculo, primario urbis
Templo, quod ejeclis Catholicis Pastoribus, triginta jam annis Luthe-
rani infederant.

Miserrimus
Catholicæ
Religionis
in Stiria
statua.

Statuitur
Societati
Collegium
Greci, &
recupera-
tur prima-
rium Tem-
plum.

Tanto magis Lutheri studiosa nobilitas, numero atque opibus fre-
ta, laborandum sibi existimabat in stabilienda per Decetum Principis
novitij dogmatis libertate. Jamque id petebant à Carolo, quem
inclinare in vota poscentium cœperat & mali gravioris metus, & po-
liticorum, laxè semper de Religione sentientium, consilia; denique
aliarum Austriæ Provinciarum, quæ id à Patre impetrassent, exempla.
Nemine, adversæ potentiaz metu, agere quidquam in contrarium au-
so, Maria Archidux, ad quam, quid ageretur, fida relatione perve-
nerat, murum se pro Religione opposuit; causamque occultans, ma-
xime familiares, ut ad iter necessaria compararent, admonuit. Non
poterat ea res latere Archiducem; qui confessim accedens ad Con-
jugem rogat, quodnam illud iter esset, cui se in scio Marito accingeret?
Tum ista, audio, reponit, id agi, ut heresis, quæ se viribus hucusque
„ & artibus suis sustinuit, deinceps publico etiam decreto in Provin-
„ ciis istis stabilita triumphet. Quod si ita est, clare edico, vivere
„ me eo loco nec posse, nec velle, ubi Catholicè vivere cum meis libe-
„ ris quietæ non possum. Fixum igitur est; si omnia ad iter necessa-
„ ria desint, collectos in corbem parvulos liberos his humeris impone-
„ re, & solo nixam scipione, mendicato etiam ostiatum pane, in Ca-
„ tholicam meam remigrare Bavariam, Spero Guillelmum fratrem
„ meum, si locus in Palatio desit, haud negaturum in Hospitali angulum,
„ qui me cum liberis capiat, quibus, si nihil aliud possim, optimam avi-
„ tæ hereditatis partem, synceram fidem relinquam. Penetrarunt
„ intimè in animum Caroli hæ Mariæ voces; quas cum tenetissime à
„ manti, pietas insuper ac Religionem commendarent, madentibus oculis;
„ absit, inquit, ô carissima Coniux, ut hujus ego & mihi & tibi
„ doloris sim auctor. Eadem, quæ & te, & communis liberos in-
„ violabili caritate ac fide complector, tibi sanctè promitto: me his
„ Statutum postulatis nunquam subscripturum. Ita matris fiducie
sunt vinculis, quæ tunc Principi ac successoribus parabat iniicere her-
esis, nè moliri aliquid in ejus excludum posset; manusque libertas,
qua fortiter æquè ac feliciter usi Pater, & filius, nobilissimas Provin-
cias purgârunt ab eo malo, quo nullum est ad animalium divisionem,

Bcccc 3

XXXI

certam Reip. postem potius, ac , si semel perentium metu à Magistratu permisum est , insanabilius.

Nec minùs illius apud Ferdinandum filium , postquam is in Partis defuncti jura successerat , pro Religione studium ac vigilantia va-
eius Filij in lait. Is equidem non plus lactis , quam sinceræ pietatis , à Matre
heresi compri-
menda for-
tudo.

921. annum seculi prioris sexagesimum octavum , absente in Hispaniis Ca-
rolo , utendum tempore rati acatholici Provinciæ ordines , publico
sumptu moliti ædificium sunt , in quo verbi Lutherani Candidati in
Præcones formarentur ; unde velut ex equo Trojano incensuri Austria-
cam Trojam Heroes prodirent. Capacem , ut crescere semper ædifi-
cium posset , delegerant aream ; quod deinde succendentibus annis in
eam amplitudinem laxarunt , ut numerosum caperet Ministrorum ver-
bi , ac Didascalorum Collegium ; Carolo , dum viveret , eam hære-
scos arcem , prævalido nobilitatis præsidio defensam , aggredi non
auso. Ausus est id annorum viginti & unius juvenis Ferdinandus ,
promulgato sub annum ejus seculi nonum ac nonagesimum , die deci-
ma octava Septembris . severissimo Mandato , quo , proposito ca-
pitali supplicio , ante solis occasum Græcensi urbe jubebantur exce-
dere , quotquot in ea novorum dogmatum vel Præcones essent , vel
Præconum Magistri. Novendecim omnino in eo , quem diximus ,
nido confederant ; qui tamen ad subeundum pro Luthero martyrium
haud quaquam parati , maturato ante vesperum abitu urbein purgā-
runt.

922.
Deserere
illud co-
guntur à
Ferdin-
ando.

923.
Maria illud-
vertit in
Monasteri-
um Claris-
tarum.

At Mater solicita , ne , quod Christus monet , expulsus ea sedem
mendax spiritus , assumptis pluribus nequioribus redux , novissima
primis pejora faceret ; eam melioribus inquilih transscribendo . spem
omnem reditus præcidere statuit. Ampliatis igitur ædibus , atque in
destinatos usus aptatis , Templum quoque annexum purgare , pluri-
busque elegantis formæ altaribus ornare cœpit. Adjunctum ei Sa-
crarium copiosa , ac divite , ad usum Sacrorum supellecile plenum ,
illata inter alias Divorum Reliquias è cruento Christi ferta spinâ , diu
jam in sacro Archiducum thesauro , privata pietate religiosissime culta.
Omnibus hunc in modum instructis , perfectisque , Clemente octavo
Pontifice Maximo approbante , è celeberrimo ad D. Jacobum Mona-
chij Virginum Clarissarum Asceterio , delectæ quædam Religioæ Vir-
gines , Græciūmque eas ipsas in ædes traductæ , illud hæreseos planta-
rium , Catholicæ Ecclesiæ Paradisum fecere ; castissimis animabus ,
angelorum æmulis , tanto numero ad cum mox convolantibus , ut hoc
quinto post initium anno , vitæ suæ ultimo , earum quinque supra qua-
draginta , cum incredibili solatio Serenissima Fundatrix numeraret.

924.
Eius inter
Moniales
agendi ras-
so.

Has inter magnam extremæ vitæ partem agere solita , non Do-
minam sc omnium , aut Matrem , sed famulam geslit. Ipsa mensam
sternere , ipsa cibos inferre accumbentibus , ipsa mensis sublati in cu-
linam se referens , orbes , scutellas , ollas sua manu purgare ; haud
equi-

equidem huius insueta laboris; quippe quam in publico Nosocomio pharmaca cibosque ægris ingerere, lecto levare, eoque mollissime composito reponere, familiares persæpè conspexerant. Animus erat abdicata dignitate in earundem vestem domumque se abdere; nisi privato affectu prævaluisset publica erga tot liberos, imò tot Regna, & Provincias pietas, quibus subducere se ipsam non poterat, quin plurimum de illorum felicitate detraheret. Ceterum non dissimulabat indignationem, si quos parentes audiret, Deo liberorum quempiam à mundo se vocanti observere. Ejusmodi Patrem unum ad se votum serio increpans, certum esse jubebat; si quem è Principibus filii ad religiosum Ordinem (Societatem & PP. Capucinos nominatim exprimebat) vocari sentiret, adeò se non repugnaturam, ut eos, in tam sancto animi proposito confirmatos, ipsa Religionum Superioribus sua manu adductos, sistere parata esset. Et sanè hac in re, quod poterat, egit; dum Archiduces duas, Christiernam ac Eleonoram, in Halensem Parthenone in se recipere optantes, Halam ipsa volens gaudensque deduxit, ac Societatis curæ commendavit; quæ nobilissimi illius contubernii conscientias à primo eius exortu, summorum Pontificum, maximè S. Pij V. voluntate, regendas suscepit.

De Religio-
sis ordin-
bus existi-
matio.

Christie-
nam & Ele-
noram filias
ad Halen-
sem Par-
thenonem
ipsa addu-
cit.

Illustrius multò adjecti addicissimi nobis animi argumentum, postquam præsens interfuit, cùm Serenissimus Archidux Leopoldus, quem nostris pietate ac litteris informandum crediderat, publicum ede- ret specimen hausti in Scientiarum palæstra tam excellētis profectū, ut omnino in admiratione in daret. Exemplo enī Carolum natu mi- norem filium ita nobis totum commisit, ut nos non audire tantum Ma- gistrōs, sed ædium quoque nostrarum incolam vivere nos inter, & agere velerū unum è nostris jusserit, maxime utique Societatis honore, nec minore omnium, qui Principis curæ destinabantur. Illa, Carolum conjugem perpulit, ut datum ad erigendam Religionem à Fratre suo Gulielmo Bav. Duce consilium, in opus deduceret, crebro Graecis, magnificeque dotato, cum Universitate, Collegio. Imò hujus utilitate perspecta, ut alterum Labaci, tertium in Carinthia Clagenuit, adiiceret, animavit; ut jam Austriae, inter Boicamque Domum certamen esse videretur, quenam augustinoribus beneficis Societatem sibi subditisque obstringeret.

Carolum
filium iux-
ta vult de-
bet.

Obtinet
marito
Fundatio-
nem Colle-
giorū Gra-
censis, La-
baciensis.
Clagen-
furkenis.

Ipse vero Princeps, cui Religiosi Ordines hominesque tanto erant in precio, minimè habebat opus, ut Regulatis ritæ ducendæ causa Palatio suo excederet, in quo ad latas ab ipsa leges sic omnes regebant se se, ac regebantur; ut ab optimè instituto auctorito sola Aulæ appellatio differret. Gynæcci, quod pars aulæ periculosior esset, & Archiduces filiæ in eo educarentur, sicut semper præcipua cura. Secunda seria caiusvis hebdomada erat, in qua singulis certis actionum ac temporum ordo præscribatur per hebdomadem observandus, excluso pohitū ordo, familiari Aularum mala. In ea distributione horarum non exigua fuit, quæ rebus divinis tribuebatur, temporis por- tio: nam & ternis assistendum sacrificiis erat, & hora integræ in veritatem Christianarum meditatione ponenda. & statum tempus vocan- dis ad Examen diuinis actionibus dandum. Acu piægeoribus, qua- Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Decr. VII. Filiæ artis

Aulam Ser-
enissime or-
dinatur
habet.

arte omnos superabat, cum una laborans assideret; selecta Divitum gesta vel prælegebat ipsa silentibus, vel alteri prælegenda tradebat. Nec enim profani risus, fabulæque laborem illum decebant, qui totus Deo Divisque ficer, non nisi Templis Atusque ornamenta parabat. Nec sola Graecens urbi vicina Templo, & Sacella, nos Sanctos Archiducis ac Gynæcei labores ostentabant; sed in Bohemiam, Moraviam, Hungariam, Sueciam, quinquaginta Italiam, atque Hispaniam, hæc pietatis laboriosæ monumenta dividabantur. In Monasteria præsertim à se erectora, fundataque, munificentia illa magnificè Religiosa erit, nam præter Graecente Clarissimum cœnobium, Mediolani aliud ejusdem Ordinis Virginibus à fundationis erexit; aliud in Hungaria bellorum ac temporum injurias operari restituit, novaque dote firmavit. *Hoc* Tam late ad supremi Numinis obsequiū ac Religionis splendorem curas suas extendit Religiosissima Princeps; ac si aliud agendum sibi nihil incumberet; cum nametissima domi proles quotidiani curis distringeret animum. Nam quindecim liberorum Matrem reliquerat moriens, post novendecim annorum conjugium, Carolus; quorum ultimum uno post Marii mortem mense pepererat.

928.
Fortiudo
animi in-
victimo ma-
rxi morbo,
& morte.

Deicere animum, etiam non mortem, poterat mors; morten-
to tot liberorum onus in unam transferens Matrem. At Maria pro ly-
dio lapide fuit, ad quam admirabilis Heroine fortitudo, nulli fortunæ
& morte, cessura enituit; quæ sane casum illum nulla Sanctorum Principium fa-
cientius simili fortiusque toleraverit. Cùm enim Vienensis fibra
thermis nihil emendata Conjugis valetudo in gravem morbum crippleret.
in primis omnes omnium Græci Monasteriorum utriusque Sexus Anti-
sites rogavit; ut, continuatis diu noctuque precibus uvitam ægro, &
Sanitatem, Republicæ tantopere necessariam, exorarent. ipsa
susceptra agrestantis curâ, tanta illam solicitudine, caritate, & confusio-
nati gefit, ut præter impensa corpori obsequia, identidem condolando
psique ingerendo, erigeret animum quoque, nec à lecto discederet;
nisi cùm advertereret, se affectus teneritudine moliri in lacrimas;
tum enim ad proximum concilare se recipiens, ante Christi in Cruce
pendentis provoluta effigiem, iis frene laxabat, ardentissima inter-
jungens sulphuria; quibus per sacra mortentis Vulnera orabat. *Hoc* Ma-
rito ad ferendos dolores, & sibi ad quævis Redemptoris exemplo agen-
da, patientiæque virtutem, viresque sufficeret. Confirmatq; hunc
in modum animo ad obsequia decumbentis redibat. Ubi vero com-
muni medicorum omnium sententiâ, desperata ægræ fatore, certam
imminere mortem intellexit; et si gravissimum fatalis nugis scossum
vultus proderet, animo tamen ad serendam eam naturæ necessitatem
cresto, vitam Conjugis, suam, ac liberorum fortunam, Divine Pro-
videntiaz consiliis summa præsentis animi sequitatem submisit. Ac pri-
mo quidem Religiosorum coetus omnes per suos admonuit: continua-
tò precum ardore, intentionem mutarent; ac postquam longiorum
in terris vitam Principi videatur Coelum abnuere; foliæm beatam mortem
ad meliorem transitum moribundo exposcerent. Tum ad animis
medicos conversa confessarium rogavit, ne quidquam, quod ad mi-
grantis solatum pertineret, omittaret. Dein Sacramentis, in ultimæ

necessitatis levamentum institutis, magno sua solatio, pari spectantium exemplo, munitum, cum jam agonii imminentem sensus & lingua destituerent, rogat: num se nosset? & annuenti paucis verbis extremum valedicens, in conclave se sola recepit, precibus, quod unum restabat, auxiliatura morienti. Ad mortis nuntium, fusis ubertim lacrimis, nulla voce tamen, aut gestu, animi sine modo moerentis impotentiam prodidit; & ejulantes, præsertim fœminas, objecta Numinis sapientissimè vita mortisque tempora definientis memoriam composuit.

Vidua sui que juris iem facta, Religionis ac boni publici intentio studio, sic Principem inter ac Matrem civas divisit, ut exemplum haberi omnium possit, quicis Regionum, una & liberorum curam præmatura Maritorum sata reliquerint. Hoc illam inter ac conjugem pacium cum sanxisset Conjugalis amor, ut, quæ pars alteri superstes viveret, quotidiano Missæ Sacrificio, suam etiam post mortem fidem ac pietatem testatam ficeret: adeo ad scrupulum usque, datam fidem implevit, ut non tantum domi oblato pro Conjuge quotidiano Sacrificio, per decim & octo annorum Ipatum præsens adstiterit: sed mari etiam iter agens, Sacrificij causâ ad littus appellare nautas compulerit, & quando id vel terre distantia, vel venti negabant, eam saltē, quam per Ecclesiæ Leges licet, Missæ partem persolvere Benignitas erga pauperes. Sacerdotem jussit. Pauperes non filiorum duntaxat loco, ut Mater, sed Dominorum instar ut famula habuit, quorum duodenos secundâ quavis feria in aulam vocatos, laitis epulis admovit, summaque curâ non aliter, ac ipsi Christo ministravit. Ac, ne ipsa absente solatio consueto miselli carerent, si quod necessarium iter alio Matrem a vocasset; in ejus officium nulli succedere Principes filii, ea auctoritate ministrorūn explebant officium, ut pulcherrimo certamine orbis fibi mutuo laniçesque præciperen̄t. Dignissima Progenies, qui in ejus famulatus mercedem præcipias totius Europæ coronas Regnum distributor Deus rependeret! Extrat hodieum, Græcensis in Aula prægrandis Tabula, in qua, Maria mandante, Parentum ac liberorum vultus ad vivum expressit Petrus de Pomis, inter primos ejus ætatis pictores celebris: sed in qua Pictoris ingenio modum præscripsit pietas, atque modestia, Imaginis medium suffixus Crucis Redemptor affusa ad pedes Magdalena implet: Supernè filio circumfusus luce Coelestis Pater, & columbina specie Divinus Spiritus imminent. Sub Cruce pars dextera Carolum Patrem circumdatum filiis, Iæva Mariam Matrem intet filias mediani exhibet, suo singulis ad picto Custode Angelo. Qui per vacuum aërem volitant genij, explicatam æternâ Patri schadam, ceu supplicem libellum offerunt, quem sequens imploratio: Respic, quas sumus, Domine super hanc Familiam tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradiri nocentium, Et Crucis subire tormentum. Quorunque Tari butu intuentur, non tam virtus laudant Archiducum vultus, quam spicantem ea venerantur pieatis, faciem omnem ac fastum extollit, synecclitem. Vito

III. vii

Fffff 2

Vita

990.
Emissa re-
ligiosa Cla-
rissarum
professio-
ne, sancte
moritur.

Vitæ porro virtutum omnium coloribus à Maria elaboratam imaginem, mors hoc anno, ultimam lineam ducendo, absolvit. Ne pridem mortua se intra claustrum muros sepeliret, officio Matris prohibitam suprà scriptum. Nihilominus vestem clericij coloris, ad usitatam D. Claræ monialibus formam, confici sibi mandavit, ac scrip-
tio pereleganti, ad eum, quem jam tum destinaverat, usum inclusit. Cùm enim malignæ febris, quâ laborabat, incrementa propinquæ illam mortis admonuissent, animum ante omnia accurata confessione à noxis expiavit. Dein, approbante Nuntio Apostolico, & præ-
sente Virginum Clarissarum Confessario, religiosa votorum professione se Ordini D. Francisci adstrinxit. Nec ultra principalibus titulis ap-
pellari se passa, non alio, quam *sororis Marie* nomine vocari susti-
nuit. Ita abdicato, dum adhuc viveret, mundo, in Religiosarum pauperum cœtum adscripta, cùm se votorum metam attigisse cerne-
ret, convocatos ad se liberos ad Religionis & concordiaë studium hor-
tata, omnibus in Deum, Rempublicam, Familiam perfuncta officiis, laudatissimam vitam beato fine conclusit. Seci corporis viscera Caroli conjugis tumulo inferri jussit: corpus ipsum Monasterio: cor verò in perpetui amoris pignus Societati nostræ in ejus Templo con-
dendum transcripsit; quæ vivens semper gavisa fuerat vulgato jam nomine *Jesuitarum Mater* appellari.

991.
Quædam
post mor-
tem pro-
digie affi-
nia.
Annulum
nuptiale
mortua re-
xinet: obe-
dientia ju-
bene di-
mittit.

Vocata in
opem pe-
dum dolo-
rem mo-
mento pel-
lit.

Funus, uti severè cautum ab ea fuerat, nullâ pompâ, nullo co-
mitatu adultâ jam nocte Monasterio illatum, Deus haud vulgaribus si-
gnis illustravit. Cùm enim corpus, parato pridem habitu induen-
dui, principali vestitu sorores spoliarent, locique Antistita insertos
digitis preciosos annulos omnes nullo labore detraheret, unus (quem
nuptiale fuisse existimat) prehendens manum sequi pertinaciter
renuit. Cùm illa, altiore mota instinetu, his mortuam verbis affa-
tur. „Soror Maria, cùm palam emissâ votorum professione nostro
te Ordini obligaris; noveris etiam oportet, minimè convenire, illam,
quæ paupertatem professa sit, aurum retinere in digitis. In virtute igi-
tur Sanctæ obedientiæ tibi præcipio, ut statim annulum detrahi è digita-
finas. Hæc effata manum annulo admoveat, cùmque omnium stupore, pa-
ri, quâ ceteros, facilitate recipit; quem hodiecum in rei memoriam
Monasterium servat, ac inter cetera Principis cimelia visentibus mon-
strarat. Eadem Monasterii Antistita (Elisabethæ Segerin nomen fuit)
vehementi pedum dolore correpta, cùm ad chorum (ut vocant)
Monialium se deferri jussisset, multum dolebat, quod Eucharisticum
Numen de genibus adorare cupienti, officium pedes negarent. Te-
nebat manu rosarium, quo, superiore annuli miraculo de Mariæ san-
ctitate persuasa, ejus corpus attigerat; atque: O religiosissima Fun-
datrix Maria, exclamat, cùm digna fide testimonia probent, te sta-
tim à morte in cœlum receptam optimi Numinis conspectu frui; re-
spice miseram, & afflictæ tuæ precibus valetudinem impetra. Simul
rosario utrumque genu, quo dolor sedebat, piè contingit; ac momen-
to dolore omni absterto è sella exiliens, flexis genibus Eucharistiam
venerata, gratias pro beneficio agit; nec alienæ opis jam indiga ad
suam.

suam sc̄ cellulam refert. Plura scriptæ post mortem panegyres memorant; quæ ut̄ omnia referre ad Historiæ nostræ institutum non pertinet; ita ea, quæ h̄ic narranda selegimus, ad Principis optimè de nobis meritæ posthumam gloriam abunde sufficiunt.

Præter hujus Funeris, quia prop̄ materni, communem omnibus lucrum è nostris vix tres quatuorve à morte subtracti. 932.
Duos Mortui, ex
nostris, Frid
dericus
Dückherus, Monachium extulit: quos inter Fridericus Dickherus Gente Livo, domo nobili natus; quem Romæ adlectum, quod auram illam gravius ferret, ex Italia Ingolstadium, atque inde Monachium Superiores miserant, medicos consulturum potius, quam auditurum Scieniarum Magistros: ubi, viscerum tabe nullum admittente remedium vitæ prius, quam studiorum cursum absolvit; postquam octo tantum annos cum laude nobiscum egisset. Alter quinquaginta stipendiorum, quæ in Societate fecerat, emeritus senex Wendelinus Völckius, in Wirtenbergia natus Romæ Societatem ingressus est, ipsa Pentecostes die, 1556. adhuc superstite auctore Ignatio, quem vivum ac mortuum vidit, fausta precatione ab eodem impetratus. Virum omnibus ornatum virtutibus annales scribunt, & castimoniæ præfessionis, gravibus periculis egregiè probatæ, laudibus celebrem. Huiusc ab Ignatio spiritum, argumento erant virtutes, communem modum supergressæ. Admirationem omnium fortitudo animi, & patientia meruit, veteri hernia, & calculo superante, sœpè in ultimum vitæ discrimen adductus, ac gemina ramicum sectione cruciatus, adeò mortem ac dolores non horruit; ut, qui ferentem viderant, non frigere dolores, sed optare dicerent. Prudentia, & mansuetudine gerendis quibusque rebus idoneum, Petrus ille Canisius socium habere voluit in moliendis Augustani Collegij maximas inter difficultates initis. Oettingam, & Ratisbonam missus, antequam sedem ibi haberet Societas, ut haberemus, suis consiliis, labore, exemplo profuit: Oenipontanum quoque ac Ingolstadienit College rexit; ac denique Monachij, cuius Collegii œconomiam cum emolumento administraverat, eadem, quâ semper sibi simillimus vixerat, pietate, fatis concessit die vigesima octava Augosti, anno ætatis septuagesimo secundo, Societas secundo & quinquagesimo. Qui temporum illorum gesta scripsere, iis viris adnumerandum omnes fatentur, qui in hac Provincia constituenda primi pondus dici & æstimū tulerint, in quorum labores nos ingressi sumus.

Duo pariter Ingolstadii diem suum obière; alter sub anni exordium Januario mense: sub si nem alter mense Decembri. P. Caspar
Vitam an-
Wein-
nato incipiente finit P. Casparus Weinschenck Wasseraffingie in Suevia
natus, qui jam Baccalaurei Theologici gradu insignis, & annum agens trigesimum quintum, admissionem ad Tirocinium, ipso petendi ardore & constantia obtinuit. Diu jam non sine multa commendatione Ecclesiasten egerat: inter nostros tamen docendæ, ut mos fert, Grammaticæ admotus, ut eo munere recte fungeretur, Græcas litteras magno ac improbo labore perdidicit. Qui tanto studio puerorum se institutioni impenderat, non minori cura ac diligentia rem deinceps oeconomicam procuravit, & Ratisbonense Collégium rexit; cui vitam longam Histor. Prov. Germ. Sup. S. 7. Tom. III. Dec. VII. Ggggg gio

giorem nemo non optäset: nam morbo brevi correptus post edita diu heroicæ patientiæ exempla vitam religiosissimè clausit 26. Januarij, sex. decim non amplius annis nobiscum versatus.

^{933.}
Et P. Paulus Hoffæus.
Eius elogium.

At Paulus Hoffæus, quem in nostro exercitu primi nominis Ducebam, annis & palmis gravem, cœlestis sententia 17. Decembris placida morte ad triumphum evocavit, clariorem meretur memoriam, viroque tanto velut uni è primis Provinciæ Conditoribus illustrius parentandum. Bingæ in agro Moguntino natus, cùm adolescens inaudisset natæ nuper Societatis, ubique per Germaniam adversum heres pugnantis nomen, fertur, gravissimo casu ex alto ruens, emisso ad eam se adjungendi voto, constitisse illæsus. Litterarum tum humaniorum, tum altiorum studio Embricæ primò, dein Colonizæ Agricæ; Romæ demum ingenium præclaro successu excoluit, fuitque omni commendatione majus Ignatij de illo judicium, Paulum, dum Germanicum Collegium conderet, tum quidem inter primos ejusdem alumnos: tribus vero post annis in ipsam Societatem adlegentis. Nec exigua etiam Pauli, imo trium amplissimarum in Societate, nostræ nimirum, Austriæ, ac Bohemiæ Provinciarum felicitas; quod germanum Societatis spiritum ex ipso fonte Ignatio haurire sit datum, quem dehinc in illarum alumnos solicita institutione diffudit.

^{934.}
Ab ipso S.
Ignatio in-
ter primos
Collegij
Germanici
alumnos:
mox in So-
cietatem
adlegitur.

Romæ quidem Sebastiano primùm Romæ, Collegij Romani Rectori Minister datus; inde supremâ Theologizæ laureâ Bononiæ insignitus, & missus in Austriam, Theologicam cathedralm Viennæ, & simul Collegium rexit. Pragensis dein Collegij Rector, solenni quatuor votorum professione Societati se ac Pontifici obstrinxit 16. Martij, anni 1561. Generalis Præpositi locum sustinente Doctore Henrico Scribonio, Ecclesiz cathedralis Canonico atque Præposito. Ingolstadij quoque ac Monachij præfuit; Provinciam vero universam annos tredecim gubernavit. Quatuor Conventibus generalibus interfuit; tèrque in eligendo universæ Societatis Præposito suffragium tulit, in postremo magno Patrum consensu in Germaniæ Assistentem electus. Postquam decennium fermè in eo munere, & Generali responsa, Provinciarum Domumque Præsidibus danda, concinnarat, & consulendo Generalem summa fide adjuverat; nescio, an in sententiis rigide ferendis, tenaciisque sustinendis plus nævi; an in tanto munere ad Præpositi Generalis nutum ponendo plus modestiaz obedientiazque ostenderit. Ipsemet quidem; uti primum nequam diffitchatur; ita alterum quin faceret, moram nullam interpoluit; reliquoque assistentis officio, cum Visitatoris potestate in Germaniam rediit; magno Provinciæ bono, quam auctoritate & sapientia utilissimè rexit, & præclaris illustravit virtutum exemplis. Subditorum de viro tanto existimationem abundè probavit narrata suo loco P. Joannis Rastelli caritas, cùm Ingolstadiense Collegium regeret, pro Hoffæo, tunc Augustæ à medicis deposito, se devoventis. Exterorum vero de illo judicium nemo explicabit illustrius, quam qui attulerit familiarem Alberti Bavariæ Ducis sententiam, dicere soliti: Petrus Canifus, & Paulus Hoffæus, nos docuerunt legem tuam, Domine.

^{935.}
Munia in
Societate
obina.

Rheni

Rheni Provinciam postquam Visitator lustravit, inde redux, quamdiu pares oneri vires erant, Ingolstadiense Collegium rexit. Hic cùm, difficulter jam gressum moliens, ægrè ad Templum descendebat, extemporaneum ei, quo ad sacra uteretur, Sacellum struxere, quod Bethleum suum vocabat; ubi magnam diei partem oranti, Deus varia, quæ ad subditorum statum pertinebant, aperuit. Sub annum hujus seculi tertium, oranti dæmon saltantis specie apparuit, jactans, aliquid se inexpectatum moliri. Perterritus ea inimici denuntiatione Hoffæus, Deum anxiè pro avertenda à Collegio noxa precatur: cùm tertia post die, casus accidit suo loco narratus, quo fauciatis aliis, duos nostrorum muri collabentis ruina opprescit. Sed ne post mortem quidem sociorum Deus, quo in statu eorum animæ versarentur, celavit. Inde sæpius nostros, qui tunc altioribus disciplinis imbuebantur, juvenes monuit, ne ulla in re ætatis impetui frenula laxarent. Nam, qui liberalius aliquantum sibi indulsissent, eos ideo purgantibus flammis addictos, sua non raro implorare Suffragia. Nec deerat unquam poscentibus; quippe prolixius quotidie colloqui cum superis, quam cum hominibus solitus. Ante tertiam à media nocte horam è strato consurgens, ad sextam usque meditationem extrahere solitus, ad sacrificandum se comparabat. Diuturnum postea cum Christo præfente colloquium sacra lectione excipiebat; & quamdiu per senium licuit, documentorum, Spiritui fovendo utilium, scriptio. Mira illi semper verborum parcitas, & circumspetio; abstinentia insuper tam severa, & constans, ut illâ unâ infestam alias podagram à se procul habuisse ad ultimam usque senectam crederetur. Cibos delicatos, quos seni & ægro caritas paraverat, etiam in morbo aversabatur, non admisso, nisi parabili, & communī omnibus vieti. Votæ paupertatis ad scrupulum usque religiosus observator, levissimas quasque res velandi, vel accipiendi poscebat facultatem. Parerat obediendi religio, nihil, postquam Rector esse desierat, sua voluntate agentis; ut ne ultima quidem Sacraenta, nisi tempore, quo Superioribus visum esset, reciperet: quæque mater virtutum est, summa demissio animi, nihil magis, quam fastum, plausumque aversantis; unde & quinquagenarius Sacerdos jubileam Deo Hostiam, non publica cum ceremonia, ut omnes optabant, sed in Bethlemo suo immolavit, contentus testibus Superis.

Ultimos vitæ annos in patientiæ palæstra, multorum & gravium dolorum victor egit, quibus podagra, chiragra, calculus, jam alternando, jam simul invadendo senile corpus cruciabant; dum interea morbos, quorum alij nec aspectum quidem sine gemitu ferrent, nullo dolentis indicio in jocandi materiam sumeret. Eo tamen tempore, quo generalem confessionem conscribebat, velut pactis indiciis, usum manus quiescens tantisper chiragra permisit: consuetis Sacramentorum præsidii ad agonem comparatus, Socios, circum ægri lectulum collectos allocutus, omnes orare veniam instituit, rogans, eo ut in se animo esse vellent, quo ipse esset in universo. Tum ad liberaliter Deo serviendum hortatus, in spem æternæ salutis vehementer crexit. Postremò ceu Pater filiis benè precatus, gratias egit, quod præstò fuiscent Sacra percipienti, commendari etiam atque etiam rogans Præposito

Ggggg 2

936.
Oranti va-
ria Deus
aperit.

937.
Ultimus
morbis,
ac religione
mors.

posito Generali, ac Provinciali. Ajebat, servitum ab se iis, ut pos-
tuisset: sperare, grata habituros, quæ præstisset. Significavit deinde, cupere se eos, qui deinceps adfuturi essent ægrotanti, sermo-
nis esse modicos; quod decreaseret, reliquum, quod supersit, tempo-
ris cum Deo accœlitibus transfigere. Cùm verò invalueret pridem
apud nostros communis de viri sanctitate persuasio; ij præsertim,
quos ægro advigilandi sors tetigerat, ea omnia, quæ maximè à Deo
impetrata vellent, ejus precibus, veluti certo valituris, commen-
dabant. Triduo autem, quām ipse sequeretur, obierat religiosissi-
ma fœmina, Medici nostri conjux, quæ cùm ante mortem tria mala
punica Patri destinasset, statim ab obitu læta, &c invitanti similis ei vi-
fendam se obtulit: quod ille Collegij Rectori referens, proximè se ab
fine abesse non dubitavit; cùmque nemo meminisset, audisse can-
tantem, carmen tunc de B. Virgine præter omnem morem concinuit.
A morte autem vultu peramoeno, ac vivido, ut penè vocem expecta-
res, ac veluti subridens, apparuit. Societas universa eum demortuo,
quem non nisi summa virtuti solet, honorem habuit, in Menologio
Ordinis iis viris adscribendo, quorum recurrente obitū die, cum elo-
gio renovari quot annis memoria solet. Jacturam viri tanti tolera-
bilem fecit, tum, quod diu illum, ad annum nempè vitæ octogesimum
quintum nobis cœlum induxerat; tum quod propter sanctitatem sem-
per jucunda erat, &c cum solatio juncta defuncti memoria.

938.
Annus se-
cessus ad
Exercitia
per totam
Socieratem
decreto
sancitur.

919.
Duo Socie-
tatis deser-
toris infe-
llices.

Cùm verò alumnos suos omnes ad convenientem vocationi tantæ
sanctitatem promovere Societas cupiat; sanctissimum hoc anno De-
cretum condidit, quo octiduanus ad Spiritualia S. Patriarchæ nostri
exercitia obeunda secessus, quem spontanea nostrorum pietas in con-
suetudinem jam ubique deduxerat, in legem perpetuam abiit. Diu
sanctissimus ille mos uni nostræ Societati peculiaris fuit, Religiosis etiam
aliorum Ordinum viris, quibus idem agendi animus esset, sub nostra
se teœta recipientibus. At tractu temporis, utilitate perspecta, maxi-
mus coenobiorum numerus lege perpetua annum illum secessum san-
xit, editis etiam in publicum, exercitationum sacrarum formulis, quæ
ad suum cuiusque finem idoneæ viderentur. Et sanè nihil ad hominem,
Cuius errata omnia ab animi vitiis originem trahunt, reformandum po-
tentius, nihil, Religiosis præsertim hominibus, ad agnoscendas imple-
dásque sui Status obligationes, proficuum magis, aut necessarium: quo
sanè medio si reœte uli fuissent, duo maximè Societatis nostræ, impe-
trata missione, desertores, felicius intra eandem, quām extra vixi-
fent. Nam unum eorum post discessum à nobis, furti compertum,
captumque ægerrimè nostrorum intercedentium caritas resti subduxit:
alterum verò, ob morbum ab hominum consortio separatum, Con-
stantiense leprodochium exceptit; ad quod cùm ex more noster invi-
seret, progressus in medium miser: etiam ego, inquit, cùm melior mi-
hi animus erat, hac ueste incessi. At postquam illâ mea me improbi-
tas ac petulantia spoliavit, justitia Numinis, adhuc clementer
ponientis, hanc mihi versicolorem injecit.

HISTORIÆ PROVINCIÆ GERMANIÆ SUPERIORIS, SOCIETATIS JESU,

Decadis Septimæ Annus Nonus,

Sec

Christi M. DC. IX.

SYNOPSIS.

Templorum & Domum incrementan. 940. & seqq. Ingolsta-
diensibus nostris incommodat Gürickus Academia Rector.
n. 949. & seqq. Academicorum querela, & responsum Re-
ctoris Collegij. n. 952. Ad Aulam deferrar causa; nec finitur. n.
953. Libri à Gretsero hoc anno editi. n. 955. Ingolstadij, Ratis-
bona, Dilinga aucta res litteraria. n. 957. & seqq. Joannes Godefri-
dus Bambergensis Episcopus summopere commendat Religiosorum.
Dilinga contubernium. n. 960. & seqq. prater Religiosos complures, S.
Ignatij Exercitiis vacant Christophorus, & Ferdinandus Fuggeri.
Joannes Jacobus Fuggerus Societas tirocinium subit. n. 963.
Sodalitatum res memorabiles. n. 964. Constantia occultis heresi-
corum conatibus occurritur. n. 967. Auguste ergaftuli publici
suscepta cura. Pradicantium delicatus Zelus. n. 969. & seqq. Com-
precationis in Bacchanalibus copta progressus. 977. & seqq. Beneficia
Castitum. n. 974. & seqq. Defunctorum è nostris quorundam elogia,
prorsertim P. Georgij Federi Auctoris Orphanotropis Monacensis, &
Ottonis Eisenreichij. n. 981. & seqq. Joannes Hylinus ad casbedram
Viennensem in Austria Ratisbonā: tres alij Ingolstadij in Hyber-
nian. Prog. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Hbbbb niam

niam absunt. n. 985. Elvaciensis Missionis notabiles fructus. n. 989. item Vallensana ante annum coepit. n. 991. uti & Donauverdana. n. 994. Stabilitur Societas in Cathedra Landsbergensi. n. 1004. Henricus Augustanus Episcopus à Dilinganis Fundator salutatur. n. 1007. Guilielmus Episcopus Basileensis consecratur in nostro Templo Bruntruti. n. 1008. Jacobus Episcopus Constantiensis adhibet nostros condendis synodis Decretis. 1009.

Annus M. DC. IX.

940.
Numerus
Sociorum
450. Am-
plior redi-
tus habi-
tatio Ingol-
stadii.

941.
Biburgense
Templum
Altaribus,
& odeo-
sum.

Fuit hoc anno in hac Superiora Germania Sociorum, quantum nunquam antea: nam quadringenti & quinquaginta numerabantur, in sedes dispersi octodecim. Inde, cum Landsbergensi tirocinio emissos Ingolstadium altioribus disciplinis erudiendos excipiat; angustior in dies & incommodior habitatio laxandæ iterum domus necessitatem imposuit. Prioribus igitur Menseis duo alia superaddita, quæ hiberno tempore quarernis ac vicenis commodam stationem præberent. Empta pariter necessario dudum consilio, intra urbem ea, quæ hodiecum utimur, domus lotoria, istosque in usus accomodata. Cumque, ampliore in dies Oeconomia, famulitum quoque cresceret, stabulum primò fornice munatum, eique, quod partem famulorum caperet, superstructum cubiculum est. Ipsa oeconomia aucta prædiolo, Aigelsbachij empto, trecentorum florenorum impendio. Plus Biburgi in Templi nitorem impensum; quod & Altaria nova, & commodum sacra audientibus odeum accepit. Illa pridie Calendas Octobris ipse Celsissimus Ratisbonensium Præfus Wolfgangus initavit; ac pretiosum, quo è die ulius fuerat, ornatum Templo donum reliquit. Ingolstadij quaque Petrus Steuartius, nihil aucto reditu augeri nihilominus tantis accessibus atumnorum numerum videns, quingentos Collegio floreno ducnavit, beneficij silentium pacius. Eos verò, missus super è Böhmana Provincia in nostram Visitator Theodorus Busæus, non æratio Domus inferri, sed in Bibliothecæ locupletandæ bonum elocari ad censem jussit; reliqua tamen Collegio potestate, ut, si quid olim in Bibliothecæ commoda Patroni offerrent, eam inde, quæ nunc dominus careret, summam, in huius emolumenta detraheret.

942.
Dilingæ
pro novo
Templo
areas emi-
t. Episcopus
amplio-
rem.

At Dilingæ, quod Domus, et si haud amplæ spatium capiendis tamen incolis utcunque sufficeret; cogitationes omnes in novi Templi structuram convertebantur. Amplum & magnificum cum animo designasset Henricus Episcopus, areæ obstabant angustiæ, quam zdes occupabant, queis considerant Sorores duæ, Christophori Kapferi olim Consulis reliæ filiæ: quæ tamen, oblatæ pretie, minimè se difficiles præbuere pietati Principis, tam sancto & salutari usui locum destinantis. Emptum ergo florensis bis mille nongentis, ædibüsque dirutis, aptatum novæ fabricæ solum, & convehi ad muros condendos coepi lateres, quibus coquendis haud procul Virtus tingæ suo sumptu Princeps officinam erexerat. Ut surgeret brevi

REO;

profuturum omnibus opus, etiam vicini optabant; moriensque in domo Cognati, tunc Wittislingæ Parochi, pia virgo, florenos in fabricæ usus quadringentos legavit. Dum Dilingani Patres beneficio Principis & Episcopi sui, novæ Ædis moliuntur initia, Friburgen-
ses in Helvetia suæ aliquot abhinc annis cœptæ, tētum imposuere, internāmque ejus faciem affixo superiùs eleganti tabulato reddidere splendidiorem. Debebant & ipsi hæc fabricæ incrementa Patro-
norum munificentiarum, mille hoc anno, centum, ac septem coronatos largientium. Nec Lucernensi Templo defuit Helvetiorum muni-
fica pietas; in quo (illustre Pfyfferorum donum) geminum hoc anno altare surrexit, ab Illustrissimo Apostolicæ Sedis Legato consecratum.

943.
Friburgen-
ses in Helve-
tia suo te-
atrum im-
ponunt.

Oeniponti verò hoc tandem anno & Domui & Templo desūt benefacere Illustris vidua Anna de Spaur, quam recte Annam illam in Evangelio celebrem dixeris, à Templo nunquam recedere solitam. In omnes ejus ornandi occasiones intenta, tot minutis in speciem do-
nis, identidem & initia surgentis, & incrementa promovit, ut cujusvis Patroni illustre munus illorum numero & frequentia exæquaverit. Id profecto in ejus ordinis Matrona minimè vulgare, nec tacendum, quod lineam omnem Templi supellectilem lavandam sibi permittit, gratiæ loco depoposcerit; nec eum laborem, annis omnino triginta conti-
nuatum, nisi cum vita dimiserit. Nos, ut animum testaremur bene-
ficiorum memorem, defunctæ eodem, quo nostris, ritu parentavimus. In eandem sacram æde in ex pretioso suarum manuum labore munifica-
fuit Serenissima Archidux junior Anna, ac Christum Eucharisticum au-
ro ac gemmis vestivit; dum Maximilianus avunculus studere pergeret Halensis Collegii rebus, quorum horto suburbano, in usum commo-
diorem laxando, spatium amplum adjecit; imposito iis, qui pertina-
ciis, quam justius obnitebantur, silentio.

Lucerne
se duobus
Altaribus
ornant
Pfyfferi.

944.
Moritur
Anna de
Spaur, de
Templo
Oenipon-
tano opti-
mè merita.

Anna ju-
nios Archi-
dux inChri-
stum libe-
ralis.
Halensis
Collegii
horto sum-
dum adjic-
cit Maxi-
milianus
Archidux;

Landspergæ res familiaris cùm alienis, tum nostris impensis
egregia hoc anno incrementa accepit. Nam & Senatus civitatis, &
vidua Comes Helfensteinia, & Serenissimus Guilielmus Bavariæ Dux
pecuniaris ex more subsidiis nos juvère: & Superiorum accessit pra-
videntia, æquum esse censem, præcipuâ curâ complecti hoc Pro-
vinciæ universæ commune plantarium, in cuius solo, biennio integro,
novelli surculi in spes Collegiorum alerentur. Commodè Ottoni
Zengero nostro ex hæreditate paterna obvenerat Eigenbachensis To-
parchia, ex qua divendita pretium omne Landspergensi Tironum Do-
mui permisum, media sugessit, quibus & in vicino pago Wallen-
husano aliquot fundos emeret, & horto nostro vicinum alium adjic-
ret, ab hæredibus Büchelianis florenis septingentis ac quinquaginta
Collegio venditum. Horum accessione fundorum è diutinis
angustiis cluctari res teconomica cœpit. Ea Ratisbonensibus etiam nensis
minùs posthac difficultis accidit, postquam duo millia florenorum æris
alieni expunxerunt; & in litteris censualibus ab Joanne Ungenemio,
Cathedralis Ecclesiæ Canonico, annum augmentum accepere. Tem-
plum nondum satis à sacro ornatu instructum Ferdinandi, adhucdum
Archiducis, pietas locupletavit, pro Ara & Sacerdoce vestem, cal-
cem item, urceos cum pelvi, magnò omnia pretio, ut donantis mag-
nitudinem decebat, mittentis.

945.
Landsper-
gensis Ged
conomicæ
incremen-

946.
In Constan-
tienis be-
neficus Je-
acobus Epi-
scopus.

Inter Principes Imperij, quorum perpetuum in res Societatis flu-
dium enituit, ne ullo anno de se, nisi ingratiss, tacere liceret, Jacobus
maxime Fuggerus Constantiensis Praeful continuatis favoribus effecit.
In omnia nascentis Collegii commoda vigil, cum vacuam, quae in
horti usum complanata fuerat, aream cerneret, stum ipse hortulanum
submisit, qui apta divisum in spatia, arbusculis optimæ stirpis consere-
ret. Imò, cum ab litterarum, quarum plures longè ab exteris, quam
nostris mittebantur, quibusque respondendum erat, multitudinem,
non exiguum solvendi tabellarios onus domesticæ paupertati incumbe-
ret; id universum in se transtulit, omniumque scriptarum à nostris epi-
stolarum pretia solvit. Cùmque absoluta quamprimum, instru-
ctaque videre Collegii, Templi, scholarum ædificia cuperet; nec ta-
men sufficere in tot sumptus corrogataam stipem, quantumvis libera-
lem, agnosceret; ad universum Diœcœlos Clerum litteras encycli-
cas dedit, gravissimis, nostrisque Ordini perhonorificis argumentis
refertas; quæs omnes hortabatur, ut ad Gymnasium præsertim, quod
in Pastores idoneos juventutem formaret, quamprimum perficiendam,
& ipsi eleemosinam, sacrae ac profanae Reipublicæ profuturam, con-
ferrent. Eam amplissimæ Diœcœlos Clerus, aliquique per Sueviam,
Rhetiam, Turgojam, Brisgoiam Patroni certatim tam liberalem mi-
sere, ut perfectâ Collegij, ac Templi fabricâ, eductis quoque Gym-
nasi muris imponitecum potuerit. Huius, auditoria octona com-
plexi, supremam partem aula divinis officiis dicata occupat, quæ
ampla satis, & ex ornatorum posthac accessione magnifica, lon-
gitudine pedes centum, ac tricenos, latitudine quinquagenos ex-
quat.

947.
Joannes
Baro Schel-
lenbergius
Constan-
tienium
Patronus
moritur.

Huius tamen ædificij promotor, ac penè auctor præcipuus,
magnisque in utramque Rempublicam meritis clarus, diem suum
oblitus cœius, quam ut cernere perfectum posset. Nam Joannes Ba-
ro Schellenbergius, Hüffingæ, Stauffæ, & Randeggij dominus, E-
questris nobilitatis per Hegoviam, Algoiam, & ad Acronium lacum,
(ut vocant) Director, omnem illam, cui præsidebat, Nobilitatem
oratione, auctoritate, exemplo impulerat, ut ad publicas Constan-
tiaz scholas constituendas octo millia florenorum designaret. Ejus,
ob virtutem clarissimo generi parem, Religionis avitæ studium, & ra-
ræ eruditionis laudem, celebre passim nomen erat, & superest in
hanc diem gloriofa memoria. Bibliothecam, librorum copiâ & de-
lequu nobilem, raro eorum temporum exemplo, magno sumptu col-
legerat; quam moritus unà cum effigie sua Constantiensi Collegio
legavit, datâ syngraphâ, ne litem olim hæredes moverent. Mota ta-
men est! &, absque tabulis illis fuisse, causâ eramus casuri. Re-
mittendum aliquid in Familiæ reverentiam Superiores censuere, libros
tandem ex universa Bibliotheca nongentos concedentis.

948.
Rem no-
stram Con-
stantiaz pro-
mover Ma-
gistratus
civicus.

Nec civicus Constantiaz Magistratus suum erga nos studium de-
siderari passus, pecuniario munere collectam in ædificia stipem auxit;
ac ne vicinia Religiosorum habitationi incommodaret, editorem ex
adverso turriculam, sive speculam, unde liber in nostram domum de-
spectus patebat, obstruendo, evacuandoque fecit inhabitabilem;

Pa.

Patribus insuper, si qui transibant dignitate aut famâ insignes, vinum offerre honorarium solitus. Maximum verò, quo nullo suo sumptu plurimum rebus nostris commodavit, aliud beneficium fuit, quo nos in sancienda Gymnasij surgehtis disciplina adjuvit. Si quos enim publicè peccantes deprehendisset, nostris continuo multandos mittebat: & ne juventuti similium delictorum ac secretos maximè coventus agendi & compotandi parata semper occasio esset; civem, in suburbana villa lucri causâ ea juventum levitatem abutentem, claudere cellam vinariam jussit, eoque medio frequentia illa, & periculosa ex loci oportunitate conventicula sustulit.

Non eadem in Academica juventute regenda Ingolstadienses nostri adjumenta habuere; inde lites & obstacula passi, unde opem debebant accipere. Cum enim plus, quam aliqui vellent, ex quibus nostri præterant, scholæ florarent, criminatio dudum à nonnullis quærebatur materia; quæ cum justa se nulla offerret, vel ini quam arripere placuit. Suo loco narratum est, Facultatem artium, quo nomine Gymnasium & Scholæ Philosophicæ veniunt, à Serenissimo Gulielmo Bavariae Duce pleno jure Societati traditamuisse, more nostro & instituto gubernandam; adempta omnibus impediendi nos, turbandive facultate. Eo jure ad eam diem, obstante nemine, usi Societas, Scholasticis poenis coercerat delinquentes; & si nulla correctioni respondebat mutatio, facessere omnino, & exesse jubebat. Nec obstabat quisquam suo jure utentibus; donec ad Adamum Guericum, Theologiæ Polemicæ Professorem, delatum est Rectoris Academicus munus; qui se nullo antecessorum exemplo in artisticæ Facultatis regimen ingerens, primus viginti & amplius annorum pacem tur bavit. Nam primò syntaxeos discipulo, ob ignorantiam & inscitiam spe ascensùs dejecto, potestatem fecit audiendæ Theologiæ moralis. Hujus verò publicus in Academia Professor, cum auditori cuidam suo ob infrequentiam testimonium de integro anno negasset, affirmata duntaxat novem mensium præsentia: Guericus hominem apud se conquestum, primò, an adsint, qui de annua diligentia testentur, rogat: ac mox nonnullis, qui de loco id affirmabant, auditis, spreto Professoris testimonio, aliud ipse priori contrarium dedit. Etiam Baro quidam, è Rhetorices schola propediem ad Philosophicam transiturus, examen prævium subire, frustra saepius vocatus, negabat. Astudeum inductus cum subiisset; causam tergiversationis rogatus, candidate fassus est, ab Rectori Universitatis prohibitum se, illo inscio adire Collegium, quocunque nomine citatum. Quiet ad hæc omnia Superiores nostri, dissimulatione religiosa redimendam putarunt tracrum molestiam; dum anno circumacto, à Magistratu abeunte Guericco, pax pristina sua sponte rediret.

Verum, ut in magno adolescentium numero turbulentia non de sunt ingenia, quæ Patronum nostra, sibi nomen ab audacia quæ rant, ita priorum adversus Professores Guericke auctoritate sc̄ tuem exempla brevi habuere imitatores. Hos inter unus è Rhetoricæ discipulis, pravò ingenio, ac improbris moribus contubernali bus domi, ac Professori imprimitis molestis, è Comitatum, in quo Hisp. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. liii dicitur.

949^o
Ingolstadiensi disciplinae incoram modatur à Guericke Rectori Academico.

Syntaxea ab ascensu prohibito dat facultatem audiendi Theologiæ moralis. Professoris testimonio contrarium aliud largitur. Baronem exame subire vetat.

degebat, Collegio ejectus fuerat. Sub instaurationem Studiorum repullam quoque à Gymnasii Præfecto, & Patribus doctrinam periclitantibus passus, multis tandem precibus, ut inter Logicos admittetur, obtinuit: ita tamen, ut temporanea esset admissio; revocanda subito; nisi mores ipse mutasset. Adeo nihil hæc indulgentia ad nequissimi adolescentis correctionem prosuit; ut is, ex cogitatis quotidie novis petulantiae modis, furtiva etiam clavem jam maturius referat à scholâ, sociisque introductis, ingressos primùm Religiosos tum è nostra, tum D. Francisci Familia, atque ipsos etiam Barones plausu pedum, varioque tumultu exciperet: jam aliis alia in Professoris tædium & contemptum molientibus eam clavem commodaret. Nec poterat Professor malo afferre remedium, latente diu auctore turbarum; donec post accuratam indagationem ventum est in ejus notitiam, & reus, culpam confessus, à schola jussus facessere.

Ille nihil admodum cā exilio sententiā motus, rectā ad Academiæ Rectorem abit, questus: scholâ sibi interdictum, non alterius culpæ reo, quām quod eam semel reserasset. Rector ea nostros vexandi occasione latus, consilium Notarium mittit, qui causam ex Professore quærat, amandati à schola discipuli? quam cum omnem ille, tunc erat, edidisset, rēusque biduum proximum à scholis absuisset, por- specta cause æquitate nihil ultra adversum nos Rector moturus credebat. Verum elapso biduo redit ad scholam turbulentum caput, Professore nec salutato, nec compellato. Is, re dissimulata, secundum scholam ex Superiori suo, Collegij Rector, quid hac in re factū opus sit, quærat; jubeturque interrogare adolescentem, quā confiden- tiā injussu suo redditum tentarit? & si facti auctorem Rectorem Academicum nominet; abstinere denuò jubeat, dum negotium certius ac ploniūs Rectori fuisset expositum. Ille Superioris jussa executus, vocatum, ac de Academico Rector, redditum imperante, confessum, extra scholam præstolari litis exitum cum jussisset; alter rectā iterum ad Rectorem; à quo missus iteratò Notarius, Professorem simul ac Facultatis artium Decanum Academicī Rectoris nomine docet: quæ Rector Academiæ hac in causa egisset, non suā unius egisse sententiā; sed Patrum quoque Academicorum, qui ejus rei gratiā convocati cen- suissent, exclusionem è schola actum esse jurisdictionis, soli Academiæ Rectori proprium. Si quid singularis privilegiis ea in re Societas habeat, id, exhibito, quo id contineretur, instrumento ut adstruat, necessum esse. Reposuit Professor: se, dum facessere tot nominibus meritum à schola juberet, nihil de jurisdictione cogitasse; certum tamen, se id aliorum ante se Professorum exemplo facere. Esse autem nobis plenam artisticæ Facultatis, etiam quoad disciplinam, ac mores administrandæ facultatem (si quidem ignoretur) tabulis authen- ticas propediem probaturos. Ita, dimisso tunc Notario, postridic Rectorem ipsum ambo convenient, & exemplum Diplomatis, cuius autographum in Collegii tabulario servatur, legendum exhibent; quo quidem illud ipsum, quod nobis ademptum ibat, jus puniendi & scholis interdicendi tam clarè expressum habebatur, ut dubium omne legenti eximeret. Manifeste deprehensus Rector in omnem se par- tem verlabat, negans, quemquam omnino à schola prohiberi à nobis posse,

*Contra ex-
pressum jus
Arbitriæ
Facultatis
a Guillelmis
Bisce con-
cessum.*

posse, quin liberum sibi semper atque integrum sit, causam cognoscere; recte, an secus sit actum, decidere. Suam esse supremam in jure studiosis dicendo potestatem, ac poenæ cuiuscunque, si a se petatur, arbitratum. Negabat, contra apertam Diplomatis à manu Principis firmati sententiam, plus eum juris in discipulos concessum voluisse artisticæ Facultatis Professoribus, quam alii aliarum Facultatum in suos acceperint; quos omnes in punitione delinquentium ab Academæ Rector pendere nemo sit, qui ignoret. Perstare se in sententia, eaque ejectum nuper à nobis recipiendum videri. Professor viro contendens ardore, omnem se de jure nostro disputationem ad nostri Rectoris, ac ipsius artisticæ Facultatis judicium rejetam velle respondens, protestatus simul est, se ab ea sententia de recipiendo rebelli discipulo appellare ad Universum Senatum Academicum, postularéque, ut, dum causa decideretur, ab scholis ille, de quo agebabatur, abesset.

Ita cùm discessum fuisset, coactus postridie Senatus Academicus est, exclusis nostris, ne quod una pars, simul & Judex decreverisset, alteri constaret. Biduo tamen post, Senatus hunc in modum di-midiati nomine, P. Rectorem nostrum convenit cum Notario Universitatis Doctor Schoberus, qui de Patrum Academicorum erga nos benevolentia, pacisque tuendæ studio quedam composita oratione præfatus, queri coepit; obstatæ nonnunquam eorum rotis facta quedam juniorum Professorum, quos ad excedendos potestatis suæ limites, vel juris ac moris Academicici ignoratio, vel inconfutus ardor impelleret. Talem esse, quæ modo Doctores alios cum nostris committeret, controversiam, ab unicæ Philosophiae Professore excitatam: quæ si præter hunc Professores quoque alios, vel ipsum Rectorem auctores habeat; id nos agere velle videri, ut gubernationis, ac disciplinæ modum, in hanc Universitatem induceremus, Dilinganæ similem: quam rem & odio nobis atque iævidiæ, & ipsi Academicæ fraudi quam maximè fore, cui ex juvenum aversione certa inde solitudo immineret. Unam, demptis nostris, Patrum omnium esse sententiam: gravioribus poenis, (quas inter sine dubio è scholis ejectio sit) studiosos multare, nequaquam nostræ jurisdictionis negotium esse, sed solius Rectoris Magnifici officio ac potestate contineri.

951.
Convocat
Senatum,
nostris ex
clasiis.

Eorum
querela.

952.
Responsum
P. Rectoris

Responsum ab Rectori Collegij: nihil equidem à nobis unquam, quod sciret, peccatum esse in communem concordiam, patratis semper omnia conferre in ejus conservandæ studium, salvo, quod nemo injuriam dixerit, jure nostro, ac privilegiis. Tantum equidem juris, quantum Dilingæ haberemus, hic nobis nunquam sumpsisse; nunquam sumptuos: illud vero, quod nobis Serenissimorum Principum voluntate ac decreto concessum esse authenticis tabulis constet, merito semper vindicatos. Eam porrò, quæ hac tenus ex more Societatis usi essemus in subiecta nobis facultate gubernanda rationem, adeo nec parentum à mittendis filiis, nec horum ab audiendis nostris animum alienâsc: ut, qui præteriorum memor, præsentem Academicæ statum aspiciat, facillimè judicet, frustra Academiam à Societate scholis suis solitudinem timere, cuius Magistris ac disci-

disciplinæ maximam, quâ nunc scholæ florent, frequentiam debeat. Jus in artistica Facultate, quibus videretur, pœnis coercendi refractarios, ac Scholis etiam prohibendi, à prima Principum concessione nobis semper fuisse, idemque hodie persistere : nec sine privato publico que incommodo remitti ab eo quidquam posse. Nisi hoc adversus petulantiam aut negligentiam remedium sit; nullum fore: nec enim nostro Instituto conveniens esse, de cuiusvis pueri multa, si queratur, rationem nos externo Rectori reddere, aut coram hujus tribunal veluti reum Magistrum cum actore puero in litem descendere. Reposuit Schoberus: de Gymnasii quidem discipulis hic non agi: in Philosophicis tantum scholis causarum cognitionem sibi Rectorem deponcere. Hunc vero, uti & alios Patres Academicos eâ semper prudentiâ fore, ut non facile quibusvis querelis pronas aures accommodent: quin potius accusatorem aliquando remissuros cum mandato, ut pro meritis egregiè castigetur, adjuncto unâ Notario, qui quo res plus auctoritatis habeat, ejusmodi animadversioni præsens interfit. Contrà P. Rector: quid Academiæ Rector, & Patres, si cesserimus, in posterum facturi videantur, non contendâ se: licere tamen ex præsentibus exemplis futura prospicere. Si semel à nobis juri nostro in Philosophos renuntiatum eslet: facilem fore ad res Gymnasii transitum. Et, si diploma Principis, quod conjunctim nobis utrumque concessit, in afferendo uno jure non valeat, nec in altero valiturum. Inilci jam nunc in res Gymnasii manum: exemplo esse prohibitum ab examine Rhetorem, & Syntaxistam Theologum. Nobis quidem ad castigandos discipulos nec mandato Academiæ opis esse, nec teste Notario: nec tam levem nobis aut Principis auctoritatem, aut profectam ab illo gratiam videri, ut, quod tam gravi decreto ipse concesserit, nos tam mobili ac noxia levitate dimittamus.

Cum ita firmum in tuendo jure nostro Rectorem Schoberus cer-
Moderatio neret; sermone translato ad ejectionem nuper è schola discipulum, quid
P. Rectoris tandem eo futurum sit rogat? Rem (si sibi permittant) reponit P. Re-
ctor, fore compositu facilem: ita enim in gratiam Rectoris, & Aca-
demicorum se aetrum, ut & illis salva auctoritas, & aestimatio ma-
neat, simûlque juri nostro res fraudi non sit. Juvenem, ante pro
meritis multatum, recepturum in Scholam; cum expressa tamen
protestatione: fieri id non ex ullius mandato, sed in gratiam Patrum
Academicorum; nec ultra duraturum beneficium, quam admissi ex
gratia emendatio duret: revertenti ad ingenium, scholâ iterum in
perpetuum interdictum iri. Poenam quidem, ajebat Schoberus,
Senatus consulto decretam nuper esse, atque relata in tabulas; at-
que ita altercatione finita discessit. Reus, biduum ac noctem in
carcere maceratus ad scholam, & paulò post ad mores reversus, fre-
quenti ac diurna absentia justitiam interrogataz à nobis poenaz probavit;
tandemque omnino videri desiit: sive imperandum proxime exilium
Spontaneo discessu præventerit; sive Rectoris, nostram sententiam
prævenire clam volentis, iussu discesserit.

Reus clam
abit.

Ità quietum est; dum ad Collegium Busæus Visitator veniret; qui explicata gestorum serie, & inspecto Diplomate Principis, censuit, petendum ab Senatu Academicо: ut juris, in Philosophia ac Gymnasi, discipulos concessi, usus quietus in posterum nobis, & extra controversiam esset; ejusque rei testes communi nomine litteræ traderentur. Ternis id libellis petitum: ad quorum duos cùm dubium & anceps responsum misissent; tertium silentio dissimularunt. Cùmque causam nos ad Principem delaturos minimè dubitarent: dum nos Ingolstadij litteris ad ipsos scribendis, rescribendisque tempus terimus; ipsi Monachii per suos in Aula amicos occuparunt aures Principis, nosque, ceu nimium nobis in creditam Facultatem juris arrogaremus, accusarunt. Nostræ quidem causæ æquitatem satis tuebatur Diploma Guilielmi; sed quod Maximilianus tuendo unius jus partem alteram nollet offendere; respondit, se rem totam P. Provincialis, ac Rectoris Monacensis arbitrio componendam permittere; clementi quidem responso; sed quo simul omnis in nos transferebatur invidia. Provinciali ex officio ad lustrandam Provinciam digresso, in Collegii Rectorem Jacobum Kellerum molesti negotii onus incubuit; qui cum Aulae Cancelario Dornspergio agens impetravit, ut peteretur ab adversariis: missis litteris clare exprimerent, qua in re plus, quam concessum sit juris, Jesuitæ sibi in Academia sumerent; ipsa responsi procrastinatio indicabat, probationem Accusatoribus esse difficilem: quæ cùm ultra bimestre frustra expectaretur, lis hoc quidem anno indecisa remansit.

Hæ tamen allatæ nobis ab Academia molestiæ nihil obstitere, quin egregiè pro illius ac Numinis honore laborarent, qui in ea audiebantur; Societatis Professores; in cuius rei testimonium vel ea volumina, quæ hoc iterum anno è Gretseri Museo prodierunt. Sunt vero: Secundus Tomus Defensionis Bellarmini, cum Apologia pro libro de translatione Imperij: Et Apologia altera pro Gregorio VII. Pontifice. Petrus Cnapbeus reditorius de Triago, contra Thomam Aquinatum. Notationes in epistolas ejusdem, quam idcirco Cnapiticam vocavit. Agonisticum spirituale adversum Predicantes Palatinos, qui Predicanem vapularem oppugnaverant. Praeterea Tertulliana contra hereticos. Relatio de Jesuitarum arcana, contra Joannem Cambilensem. Eam Vögerus in Germanicum transluit. Hic tanquam vir, ut docendi in Academia labor nobilissimo Scriptori minor deinceps ac facilius esset, cathedram hoc anno mutant; & Scholastica Theologiâ alterius traditâ, moralem coepit interpretari. Qui edikorum ab eo intra decennium librorum numerum velabiter iniérat, nulla Thesum, Præstationum ratione habita, septuaginta excedere numerum deprehendet; ut dubium de Gretsero esse possit, an ingenii ac eruditio yustitas, an ignorentia laboris in coquenter admirabilior,

Docentium in Academia Sidus Gretserus cùm esset; discentium

^{956.} Archidux Austriae In-
golstadium ad studia missus no-
stræ curæ commen-
datur.

Maximilia-
ni Archid.
in pauperes
scholastis
cos libera-
rias.

hoc anno classem magnopere illustravit Serenissimus Archidux Au-
striæ, è Caroli relictis filiis unus, atque à monumentorum Scriptore Matthias appellatus, quem Cæsaris Consiliarij cum decenti comitatu adductum, curæ nostræ tam sollicitè commendarunt; ut ve- hementer institerint, unum è Patribus designari, qui extra Collegij septa diu noctuque cum Archiduce esset. Hoc unum verò, ceu rem no-
vam, & in exemplum ituram, deprecantibus nostris, ceteraque om-
nia, quæ Instituto convenirent, obsequia deferentibus, mandatum aulicis, qui regebant pueritiam Principis: omnia, quæ ad eum, in lit-
teris moribúsque pro summorum Natalium conditione formandum pertinerent, cum nostris communicarent: id, quod ab iis cum cura est præstitum, quamdiu schola nostra hunc alterum ex Augusta Domo Austriaca Serenissimum Discipulum Ingolstadij habuit; ubique ex-
perta Archiduces Mecœnates munificentissimos; qualem & hoc anno Oeniponti se præstitit Serenissimus Maximilianus, qui haud contentus magnificam Musis nostris habitationem à fundamentis erexisse, ne te-
nuioris conditionis juvenes, ingenio pollentes, paupertas excluderet; è publica pecunia, fisco illata, summam designavit, è qua distributa hebdomadatim eleemosyna subsidio egentioribus esset. Utque ex-
positæ omnium conspectui virtutes Principum transire in exempla so-
lent; vir quoque spectatæ nobilitatis Cyriacus Heidenreichius, Sere-
nissimi Guilielmi Bojariæ Ducis Aulæ quondam Præfectus, novo Divi Nicolai, tunc pauperum ferè adolescentum, contubernio, florenos testamento quadringentos legavit. Præpositus verò Provincialis, ut numerosæ juventutis, Sacraenta non frequenter minus, quam religiosæ ambientis, pietati prospiceret, duos è Sacerdotibus Sabbathi diebus, ac Festorum per vigiliis, præsto esse confessuris in aula Gym-
nasij jussit, magno & ipsorum & civium commodo, ne sibi mutuo im-
pedimento essent.

Et Cyriaci
Heidenrei-
chij.

^{957.} Ratisbonæ
doceri
cœpium
Jus Pontifi-
cium.

Iusta fun-
damenta
Seminarij

958.
Dilige-
augentur
lectiones.

Ubique lœtis successibus res litteraria cùm floret, cùm Superio-
rum, tum Mœcénatum voluntate novæ palæstræ aperteabantur & Ra-
tisbonæ quidem subeunda hoc anno, sicut Pontificij Iuris docendi pro-
vincia; quo ii qui ad Sacerdotium & animarum obsequia formabantur,
tanto ei muneri evaderent aptiores. Ut simul dignos sui Statutis Sanctorum
mores condiscerent, suscepimus est de Seminario erigendo consilium;
& jaeta, sub D. Ambrosij nomine, fundamenta. Nihilominus,
sive litterario labore ac fructu fit sermo, vix aliud hoc anno Provincialæ
Atheneum Dilingano se æquaverit; ubi ardori disciplolorum adeo mi-
mia non est visa lectionum multitudo, ut plures optarent. Satisfe-
cit Busæus Visitator pulcherrimis votis; & pluribus, quam antea, horis
Scripturam, & Linguam sacram, Philosophiam, Ethicen, Mathesin
explicari jussit. Delectabat cum sumnopere florentissimæ juventu-
ti frequentia, & eruditio; eius præfectorum, quanti aliebat D. Hieronymi
celebre contubernium; quod flos Academie ducens ac triginta
implebant, plerique vel à nobilitate, vel Religiosa professione æfi-
mandi.

Nec dissimulabat ex eo animi sui solatum Celsissimus Princeps, nequaquam infra suam dignitatem esse ratus, publicos Academiæ actus præsentia suâ reddere celebriores. Nam & nepotem suum Casparum Egloffium, è Philosophia disputantem, audivit; &, cùm quatuor Candidatis Academiæ Rector P. Christophorus Grenzing, Thœologici Doctoratus ornamenta conferret; Præposito Wettenhusano, & Ful-
tenbacensi Abbe comitantibus, eam totam ceremoniam spectavit, & rogatus solennibus epulis Conviva assedit. Plus favoris in alterum Theologiæ Doctorem contulit, quem ad id honoris noster Sebastianus Heissius, tunc Dilingæ, mox Ingolstadij Theologiæ Professor, promovit. Cùm enim novis fulgentem insignibus, solitâ pom-
pâ ad Parochiale Templum deducendum, Academiæ Rector, & Pro-
motor medium inter se accepissent; Princeps, exemplo antè non viso, medium inter se, & Elvacensem Principem, qui tunc forte ade-
rat, incedere jussit. Prandum tamen cum Serenissimo Guilielmo Ba-
variæ Duce, qui & ipse occultus spectaverat, in nostro triclinio uter-
que sumpsit. Necdum Elvacum Celsissimus Præpositus redierat; cùm
improvisus in Collegio nostro adfuit, electus nuper Bambergensis Epi-
scopus Joannes Godefridus ab Aschaufen, uno tantum nobili comita-
tus, sacrisque in domestico Sacello operatus, nostrum, ac D. Hiero-
nymi Collegium lustravit, extemporaneo Carmine salutatus.

Cùm omnia perplacuerint; laudavit præcipue Religiosorum unâ habitantium, studentiūque contubernium, ac singularem mo-
destiam; quorum hoc anno centum ac triginta numerabantur, ex
quadraginta sex diversarum Regionum Asceteriis missi. Eamque rem
altè descendisse in animum Principis, certo mox argumento patuit;
quando vix domum reverlus, visa Dilingæ narrans, duobus ex Or-
dine D. Benedicti Præfulibus persuasit, ut tres è suis mitterent lectissimos
juvencos, in eo tot Sodalium paris conditionis numero scientiarum cog-
nitione imbuendos. Commodum priori anno erectum fuerat in ea
ipsa, quam Religiosi incolebant, domiciliij parte Sacellum; quod
magno etiam Secularium studio miris modis exornatum, & Sacrifi-
cantibus peropportunum erat; & piis Conventibus, quos alternatim
celebrabant, uno è nostris ad sui quemque statûs virtutes comparan-
das adhortante. Inter ipsos tamen diversorum Ordinum alumnos cùm
majori numero essent, qui Benedictina professione censebantur, mag-
na reliquorum voluntate, solenni ritu, festam divi sui Patriarchæ lu-
cem celebrarunt; invitato ad eam solemnitatem Celsissimo Princepe, ai
qui & cantato in aula Academica solenni Sacrificio adstitit, & mensæ
unâ cum ipsis & Academiæ Rectoro accubuit, in proprio eorum tri-
clinio; quod, cùm numerum ultrà non caperet, laxatis parietibus in
magis spatiū ampliare hoc anno necessarium fuit.

Poterat Dilinga eo tempore absque ullius injuria communis Re-
ligiosorum, sibi confluenter, schola vocari; unde cum egregius
Scientiarum, juxta ac virtutum ornamentis redibant; nec enim remis-
sus erat pietatis, quam litterarum studium. Certè, è quadra-
ginta, qui ad excolendum Ignationa alcesi animis hebdomadem
Ippofata, dirigente nostro in Collegio exigendam, sere omnes Reli-
gioſi

gioſi erant, diversa Instituta profesi. Eos inter tres erant ex illiſtri Berchtoldgadensi Canonicorum Collegio, studiorum causā huc misſi, atque ē Razensteinia, Perfalliana, & Seiboltstorffia Familiis oriundi. Carolum Kurzium Weingartense Cœnobium, ſacerdotem unum Ochenhusanum, duos Neresheimene ſubmisit. Atque his Junio mense domum reversis, sub Auguſti finem Nereshemium Revereſtissimus Abbas P. Jacobum Berchtoldum evocavit, ut cunctis eadem exercitia obituris ſerviret. Unum etiam ē Cisterciensi familia eadem de cauſa Friburgenses nostri hoſpitio excepere. E multista- men, qui ejusdem ſacri ſecefſū amore in diversas Provinciæ domos ſe recepere, ſingularem memoriam poſtulat insignis pietas Religiosiſſimi viri Mathiæ Langij, D. Benedicti Regulam in celebreimo Sueviæ Mo- naſterio ad Vineas profesi, atque inde ob excellentem virtutem atque prudentiam in Tirolim ad Mariæ montanum Monaſterium Administra- toris titulo regendum translati. Is enim ſacrarum ejusmodi médi- tationum vim pridem experimento edocuit, quod cum tanto fructu ac ſolatio in Suevia egerat, Oeniponti repetere in Tiroli conſtituit, par- vi ducens longæ viæ moleſtias, quas tanto cum foenore coeleſtes gra- tias compenſarent.

962.
Auguste
idem fa-
ciunt Chri-
ſtophorus
& Ferdi-
nandus
Fuggeri.

Longè maximum tamen Auguſtæ noſtrorum Patrum ſolatum ex- titit, cùm ex Illuſtrissima & fundatrice Fuggerorum familia duo intra conditi à ſe Collegii ſepta, nobis animum, B. P. N. exercitiis imbuen- dum, committerent. Christophorus erat ē Fundatoribus unus: Fer- dinandus alter, Octaviani Fundatoris filius. Ut animum attulerant ex Familia ingenio ad pietatem pronum; ita ſumma erat in eodem huic ſalutis negotio applicando cura, & qui cum ope Divina respondere conatui ſolet, uberrimus fructus. Christophorus præſertim Sep- temvir, nec dare ullum reſponſum, nec miſſa ad ſe reſponsa Senatus legere ſuſtinuit; & ne litteras quidem à filiis, tunc Italiā obeun- bus, venientes resignavit. Cū nos omnia deberemus; non ceſſa- vit tamen prædicare acceptum à Deo & Societate beneficium, ne- gans ſe, quā erat modetiā, referendis gratiis parem unquam fore.

963.
Joannes Ja-
cobus Fug-
gerus So-
cietatem
ingreditur.

Tertius ex hac Illuſtri Familia præclara indeole, nec minore in- genio ac pietate adoleſcens, cùm Majores ſui in ſtabilienda Auguſtæ Societate maximas ſanè opes effudiffent, ſeipſum Ordini noſtro confe- cravit, ac primus Fuggerorum nomen in Societatem intulit, Joanneſ Jacobus, Severini Fuggeri & Catharinæ Helffenſteinæ filius, ē quin- que Fratribus quartò genitus. Abhinc octennio amiferat Patrem Münchingæ Suevorum demortuum; relictus curæ religioſiſſime Ma- tris, à qua nihil omiſſum diligentia, quò juvenilis animus diſcipuliſis ac moribus imbueretur, ſplendore natalium dignis. Ita cùm inter quotidiana magna indolis argumenta, in ſolatum Matris, ſpēmque Familia adoleſceret; ubi tamen noſtri Ordinis diſiderium explicuit; adeo materno affectui, pietas erga Deum prævaluit, ut lubens volens, præſens ipſa præſentem Deo ac Societati probandum ſliterit; ſancte confeſta, ex omni filiorum numero nullius ſe tantopere, uti beatus, electione ſtatueret. Præfectus igitur ex Auguſtano Collegio, quod Paterni nominis Majores coniderant, in Landpergenſen Do- mum

mum immigravit, quæ Helfensteinianæ Prospiciæ, unde Mater fuerat
orta, suam originem debet.

Quini alij ex eadem Rhetorica tñd cum eodem in Societatem adlecti, quòd florem adolescentum tunc Rhetorica completeretur; non eruditione tantum in schola, sed pietate simul in Sodalitate florentium; cuius spectata quotidie pietatis exempla cùm identidem augerent accendentium numerum, operæ pretium Roseffio Provinciali visum, ut, quæ una tunc erat litteratorum Sodalitas, in duas deinceps divisa, crecere absque incommodo posset. Jam annis abhinc vi-ginti primum illud Sodalitium ex juventute studiosa coaluerat, tres Gymnasij superiores classes, ac deum etiam externos complexa. Capta saepius unam in duas dividendi cogitatio hoc tandem anno in opus deducta est. Relicti, cum externis, Poësis ac Eloquentiæ Can-didati, novum nomen Sodalitatis Majoris accepere, retento priore Virginis ab Angelo salutare titulo, Avulla Syntaxis, adjunctâ Grammaticâ, Cœtum alterum Minoris appellatione constituere iusta; ac na-scenti tunc quidem à Nata Deipara nomen inditum. Huius novelli Cœtus ut celebriores natales essent, res divina manè festâ symphoniâ peracta est: à meridie verò primam ad Sodales Parænesin ipse Provin-cialis Roseffius habuit. Etiam Bruntruti æmulatione pulcherrima civium, nihil de pietatis studio litteratis concedentium, nova sub As-sumptæ in Cœlum Virginis titulo nata Sodalitas. Erant equidem, qui faluberrimum consilium jam anno priore cœptum, ne statim proce-deret, aliquamdiu sufflaminaverant: sed terruit eos novi Principis haud secùs, quām demortuus fecerat, pia cœpta foventis exemplum. Imo res deinde ante oculos posita, speciatique in Sodalium vita pulcher-ripi fructus, ita animos in æstimationem amoremque novi Cœtus, converterunt; ut nomina certatim magno numero darent, quos inter & ipse adversariorum Dux, & caput accessit,

Veterum Sodalitatum nova semper in testando Divino ac Ma-riano obsequio studia enituere. Apud Halenses primùm hoc anno cœpta laudatissima consuetudo, quā, expiato prius vel à vitæ totius, vel anni certè præteriti, maculis animo, sacra Dape refecti, præeunte Præfecto, quod sub ingressum Sodalitij Virgineæ Matri dixeré, Sacra-mentum renovant: quæ vetusta Sodalium consuetudo in hanc diem, sacrosancta durat, coronatis etiam capitibus Majestatem suam au-gendo illi Marianæ gloriæ triumpho accommodantibus. Et sanè Partheniorum clientum publicis conatibus, ad promovendum Maria-ni Nominis honorem ac reverentiam, præclara incitamenta attulit in-gens Sodalium quorundam in morte ex Mariano cultu solatium; quo-rum unus Oeniponti, suscepit religiosissimè iis, quæ ad beatè morien-dum Christus instituit, Sacramentis; cùm imminere agonem sentiret, promiè cista, sibique in manus dari Imaginem Deiparæ jussit, quam peculiari cultu venerari confueverat. Eam una manu, alterâ ce-reum ardente tenens, eam vultus serenitatem ad extreum usque spiritum retinuit; ex qua omnes, talem mortem plus solatii, quam moeroris habere intelligerent. Alter pridiè mortis, sesquihoræ spa-tio nihil locutus, seria tamen pertractanti similis cùm jacisset, tan-Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. LXXXI. dem;

964.
Augustana
Sodalitas
litterato-
rum in
duas divisa.

Bruntrudi
cœpta So-
dalitas
civium.

965.
Halenses
Sodales
incipiunt
renovatio
nem soleu-
ni Maria-
ni Sacra-
menti.

Sodalium
duorum
lata mors.

dem: serius mihi, ait, sed minimè tristis cum Deo meo sermo intercessit, qui monstrato amoenissimo viridario, quandam cœlestium voluptatum umbram ostendit, certumque esse de migratione jussit. Inde semper latus, & ad ultimum usque halitum sui compos, præsentem vitam, futuræ amore ac desiderio, lubens reliquit. Tertium Ingolstadii febrilis ardor à mentis potestate dejecerat, ut ne Sacerdoti quidem, sacra ingerenti, aptè quidquam responderet. Sola Dei parentis ingesta memoria hominem sibi restituebat, ut, quascunque, etiam antè incognitas, de Virgine Matre preces prælegerent, & intellectu apprehenderet, & voce nunquam aberrante repeteret. Pridiem mortis cùm Deiparam habuisset lucidissimo amictu aspectabilem; equidem, ajebat, spes erat recuperandæ valetudinis medicorum sententiæ: sed Domina, quæ conspiciendam se mihi dedit, supremum imminere diem nuntiavit. Vélo hoc aspectu recreatus, quād lætus terram deserō, cùm Cœlum patet!

966.
Constantiensem
Sodalium
in thermis
Fabariensi-
bus piope.

Nec sanè mirum, cœlum ab iis impleri, qui cœlo digna in terris gerunt: certè si caritas & alienæ calamitatis miseratio cœlo sequaces inferunt; potiantur illo, necesse est, clientes Parthenij, qui ubique ferè locorum etiam hoc anno sibi detraxeré, quibus alios satiarent. Constantiæ Sodales quosdam ad thermas Fabarienses Medicorum allegarāt sententia. Illuc ambo profecti, haud majorem suorum corporum curam, quād pauperum habuère. Eorum enim tot quotidie prandium ære suo instruebant, quot duæ mensæ caperent. Quæ res & Catholicorum quorundam, in vanissima oblectamenta pecunias profundentium, vanitatem contrario exemplo correxit, & meliorem, quād attulerant, de nostra Religione opinionem ingessit hæreticis, doctrinam (quamquam de sua id ipsi nolent) ex moribus Catholicorum aëvia extimantibus.

967.
Occurrerūt
heretici
Constanti-
am redu-
cendæ per
vita.

Qui peregrè Catholicī nominis honorem tanto studio ac impensis trahantur, iij domi, atque in ipsa urbe Constantiensi haud agebant remissiūs. Ardorem non mediocriter accendebat noster in summō Templo Ecclesiastis; qui, Catholicam veritatem ab hæreticorum figuris vindicando, tanta sermonis viii prudentiā ac suavitate temperabat, ut concionem hæretici, &què ac Catholicī celebrarent. Ipse urbis Praefectus, assiduus dicentis auditor, in codicillos referebat argumenta, quibus Catholicam fulciri sententiam, aut aduersam everti audiebat, solitus, cùm abesse cogebatur, vicariam manum substitueret, quæ notaret, suo loco ac tempore profutura. Et necessarium sa- nè fuerat, summum in urbe Magistratum à tali viro geri, qui & Austris Principibus, & Religioni fidus, in omnes, Lutheranorum maximè, ciuitatum conatus, vigilem oculum animumque intenderet. Deprehensi sunt enim inter acatholicos, qui occultis consiliis hæresin, unā ac libertatem reducere moliebantur. Hos inter Faber quidam ærarius, lingua promptus, & à libris supra conditionem instructus, cœpit dominum pro hæresi prætorium facere; plebēmque concursante, & plures semper trahentem, ita verbis fascinare, ut penè pro vate coleretur. Jamque, ne popelli ad unius semper domum concursus suspicio- nem faceret, alterum operis socium accepérat, quem Tiguro evoca-

tum,

tum, domini fore vir opulentus alebar, Zwinglii commenta, occulta circumstancia, vicinorum auribus ingerentem. Jam in quorundam parentum, atque ab his in juventutis manus Lutheri Catechismus pervenerat; cum & nostrâ, & Magistratum vigilantiâ deprehensa fraus; eversa consilia; impostores duo in exilium acti; catechismo hæretico substitutus Catholicus; & rogatu Magistratus visitari à nostris cœptis triviales scholæ, remotumque à juventute venenatae doctrinæ periculum.

Et huius quidem tenellæ ætatis affectum ita sibi, maximè Catechistæ, devinxerant, ut ad publicam catechesin euntes hæreticorum quoque liberi, Catholicis immixti, sequerentur, quorum sapè, quæ didicerant, domi docentium candor & innocentia plurimum valuit. Eorum unus novennis puerulus, cum audisset, neminem extra veræ Ecclesiæ gremium æternæ salutis compotem fore; domesticos, ac parentes maximè miseratus, sapè hoc ipsis occinens, ut periculo se liberarent, admonuit. Obsurduerat ad omnia Pater: cum puer Dominica quadam die, postquam cubitu surrexerat, illum ex more salutatum accedens; ubi præter morem paternè suavitèque se acceptum vidi, usus occasione se peramanter in patris sinum congecit, arctèque collum complexus: mihi Pater, inquit, si me, juxta ac te amas, & salutem amborum queris, me sequere: dies Dominicus est; neque te secutum pœnitibit. Quò verò me duces? ait Pater. Ad D. Conradi, reponit (ædes illa nostra est) ad confessionem faciendam. Hic Pater pendente ab ore parvulum intuitus, & aliquamdiu attonus, tandem: ergo præito, inquit, nate: vicisti. Duc, quo lubet; ac læsum secutus filiolum Sacerdoti nostro se ab hæresi, ac peccatis solvendum obtulit: probavitque deinceps moribus ac constantiâ consilium Numinis, ad fortis contundendos infirma mundi eligentis. Multarum simul animarum lucrum in uno Ludimoderatore factum. Is, doctor inter suos habitus, trigesimum quartum jam annum Lutheranæ sectæ rudimenta juventutem docebat; cùm cum aggressi Patres, privatis disputationibus erroris convictum permovere, ut & agnitos errores & impiam unâ catechesin abiijceret: nec eo contentus, ut illatum juventuti, ac Reip., Christianæ damnum sarciret, Catholicum deinceps dogma è Canisiano Catechismo non minore, quam anteà hæresin, ardore pueritiae instillavit.

Cumque nullis in locis necessarium magis esse videatur catechesos frequentandæ studium, quam ubi catholicis inter hæreticos degentibus majus est à contagione periculum; novam hoc anno catecheseos scholam Augustanis Patribus aperire visum est ad D. Margarethæ, quod superioris urbis confluere juventus posset. Et ne ulla hominum, quantumcumque abjecta, conditio nostram in curanda eorum salute desiderare industria posset; nova hoc anno suscepta provincia est. Augustanus Senatus, ut cives suos ab otiosorum hominum, ex aliorum ferè damnis, & injurijs viventium, colluvicatos præstaret, Decretum condiderat, quo malè feriati errores omnes, per destinatos ad id apparitores deprehensi, ducerentur in compedes, & pro cuiusque conditione vel noxa, ferro cellum, pedesque

963.
Novoris
parvulam
Patre con-
verendo ar-
dor & in-
dustria.

Catechista
Lutherani
in Catho-
licum utilis
mutatio.

969:
Nova Au-
gustus ad D.
Margare-
tha; &
lo publico
catechesis,

Insignis nostrum ex-
ga misterios illos chao-
ritas.

gravati, per plures menses opus facerent. Necerat exiguis jam ergastulariorum numerus, qui omnes nullo Religionis discrimine eodem clausi carcere tenebantur. Vistum nostris, id maximè hominum genus salutari doctrina monitisque egere, quos in eam vitæ licentiam vel salutaris doctrinæ ignorantia, vel prava educatio impulisset. Petutum ergo à Magistratu, ut nostris adeundi ergastuli, & Catholicos salutari doctrinâ imbuendi copia fieret. Quare summa cum commendatione accepta, primus infelicium illorum agere Curionem cœpit P. Georgius Mayer. Is octavo quoque die ad eos revisens, deprehendit, maximam partem adeò rerum ad fidem, ac salutem pertinentium ignaram esse; ut præter nudum Christiani nomen nihil ejus professio- nis nosse, aut habere viderentur. Igitur ab accurata capitum fidei explicatione exorsus, cùm rectum etiam Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ usum docuisset; volentes instantesque à peccatis absolvit, & sacra Synaxi refecit, iterato sibi, ad corundem preces, religioso sacrorum Mysteriorum usu. Erat jam prorsus alia loci facies; nec jam ex præsenti morum compositione agnosci poterat prioris vitæ licentia, plenisque affirmantibus, eum carcerem improbitatis sibi terminum, ac salutis principium esse. Cumulavit beneficium Pater, dum corrogata stipe, meliorem misericordis mensam instruxit, ve- ste contextit, breviorem multis, tolerabiliorem omnibus captivitatem fecit.

970. Movet ea earitas custodem ergastoli, Lutheranum hominem, ut nostrum pro miserorum salute labore, cum suorum corpore, ac negligentia comparans, religionis tam suorum immemoris caudio offici atque nostræ desiderio flagrare inciperet. Ergo aperuit Patri conceptum recens desiderium; qui cum gaudio suscepimus, atque eodem ferè, quem ceteris erudiendis impendebat, labore institutum, abjurata hæresi Sa- crorum nostrorum participem fecit, uno pariter è vinclis Lutheranam, cui innutritis fitterat, fæciam ejurante. Celebrata omnium sermo- nibus res, uti cives in Societatis laudem disertos fecit; ita Lutheranos maximè pupagit, non habentes, in tanto Catholicorum Sacerdotium, ac suorum discrimine, quod exemplo opponerent. Cùmque ipsius custodis, cum uno è captiuis ad nos accessio innotisset; Prædicantes, suorum objurgationibus, ac pudore vici, & ipsi ab senatu aditus ad captivos petierunt. Statim hic patuit, quid veram inter, ac spuri- riā caritatem intersit. Locus enim squalore suo, ac foetore, quem sola adhuc relatione percepérant, talem nauseam delicatis hominibus movit, ut Magistrati supplicaverint; honestas sedes, ac mundas de-signaret, in quas captivi ad audiendam adhortationem educerentur. Lutheranis indignatione, Catholicis risu petitionem excipientibus, concessus quidem aditus est; locus aliis negatus. Imposita igitur uni, quam nullus omnium ambiebat, provincia: qui ubi semel atque iterum miseris vidit, loci sordibus ac graveolentia offensus, nullis ad- duci precibus potuit, ut tertio rediret. Ita, cùm secundum non intivenerint, qui deseruta à primo locum subiret, cum risu omnium exceptum opus intermisere.

971. Prædicantum deli-
catus zelus.

Major

Majori constantia, quām hi Evangelici (si superis placet) Heroes horarum unius loci fœtorem tulerint; unus adolescens, post suum à Lutherō ad Catholicos transitum, patris fœtitem, verbera, & intentatæ mortis horrorem pertulit. Illa, quæ Christi natalem præcedit, nocte Catholicorum Psalmodiæ, Divinóque officio, nescio cuius ductu, puer intererat, & Sacrorum majestate, & suavitate concentus mire delectatus. Verū nihil ita puerile pectus in pios, ac teneros affectus emollit, ac repræsentata oculis in erecto Præsepi Redemptoris Nativitas. Christi parvuli, Matre ac Nutritio adorantibus, inter medios Angelorum choros in stramine jacentis, amoenissima species ita cordi inhæserat, ut post octiduum Catholicis se palam adjunxerit. Id ubi rescitum à familia est, furere pater; cūmque nihil vell linguâ vel manu proficeret, stricto mucrone impetum in puerum facit, certissimum minatus interitum. Cūm verò incredibili patientia, & fortitudine parvulus non tantum loco non cederet; sed vultu sereno, ac renidenti se morti offerret; emollita mater, ac patri supplex, iram primo placavit; mox ipse pater, modestiâ filii, & constantiâ vietus, eam, quam elegisset, Religionem sequendi libertatem permisit. Præter hunc qui diversarum sectarum erroribus, diversis in locis, nostrorum operâ nuntium remisere, quadringenti & quinquaginta numerati.

Hunc numerum mulier Hebrea auxit, cum geminis filiabus, ab Oenipontanis Patribus majorum superstitiones dedocta. Ea Mantua nata cum marito Bollani confederat, sacrarum litterarum, ac gentis rituum ita gnara, ut eo nomine apud suos Rabbina audiret. In uno diversa erat ab infaustis natalibus indoles: quod, cūm facile subiaret animum alienæ calamitatis miseratio, nullo discrimine se in miseros liberalem ostenderet; qua insueta genti erga exterros caritate, viam sibi ad salutem stravisce credebatur. Porro ipsum Sacrarum litterarum studium cūm lucem ac desiderium injecisset investigandæ veritatis; viginti nihilominus annis, innato genti Christiani nominis odio, ac pertinaciâ, urgenti intus Numini obstatit: donec, vincente obstinationem animi Divinâ gratiâ, suam Archiduci viduæ, è Mantua Ducibus natæ, per litteras mentem aperuit, unaque modum suggestit, quo ejus ope contribulium, ac mariti maximè suspicionem effugeret. Haud exiguum sibi comparaverat in arte medendi peritiam: eo nomine ut ab Archiduce Oenipontum evocaretur, facile obtinuit; eò minus subolente domesticis fraude, quod locias itineris unâ duas filias duceret. Oenipontum delata, &c, quos vellet, diligere sibi Magistros jussa, nostros adscivit: quorum duos Sacerdotes plūs integro mense mulieris, supra sexum doctæ, institutio exercuit: qui, plenissimè percipiatis veritatis Christianæ fundamentis, matrem ac filias Baptismo matrassisstere Archiduci; quas illa in Templo aulico sacro fonti admovit, quo eas magno suo solatio Wilthinensis Præsul abluit.

Ejusdem Archiducis, ceterorumque Austriacorum Principum, tunc Oeniponti degentium, pietate factum, ut quadraginta horarum comprecatio, bacchanaliorum tempore hoc anno à nobis Oenipontum introducta, illustre haberet principium. Nam & Archidux Vidua, cum filiabus, & Carolus Burgoviæ Marchio, cum conjugé, certas Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Mmmmin tas

972.
Invicta ad
fcentis ca
tholicis ad
juætici Coa
stania.

973.
Oeniponti
Hebrea Ma
ter cum
duabus fi
liabus bap
tizatur.

974.
Compre
catio 40.
horarum in
bacchana
libus intro
ducta,
Oeniponti.

tas sibi horas delegere, quibus cum aulico comitatu expositum in Hierotheca Numen adorarent; & is ardor omnem serè civitatem impedit, planè ut temporis, ac vetustæ consuetudinis oblii viderentur. Ut Dilingam, obstante nullo, ea inveheretur Religio, plurimorum Henrici Episcopi, loci Principis, pietati debuimus, trahente grege exemplo Pastoris; qui secundâ feriâ sacrâ in nostro facello operatus horis ante meridiem omnibus in Eucharistici Numinis cultu consumptis, instructo etiam prandio, suum ex instituta, hoc maximè tempore, tam splendide Deum colendi ratione, solatium prolixè testatus est.

Dillinge.

975.
Friburgi in
Helvetia
post super-
atas initio
difficul-
tes, ingens
serves.

In Helvetia, ubi pariter huic pietati hoc anno factum initium major in ea introducenda difficultas fuit. Et Friburgi quidem primus rumor invitis auxibus à vulgo acceptus, metuente, ne ea res licentia modum poneret, lucrumque unâ minueret, quod trahere è baccharium erumena constuerent. Sed, cùm honestior civium pars, atque ipsi summi Magistratus laudarent consilium, tutò id auctiui videbamur. Delecta igitur, Templo nondum perfecto, aula Gymnasi & collatis undique altarium parietumque ornamentis, quām potuit splendidè instruēta, adornata insuper, quo potuimus, studio, quæ Divinis officiis accineret, musica. Cūm accurrentium alios apparatus, alios arte, simul & numero præstans symphonia traheret; plus omnibus tamen exempli religione supremus Reip. Magistratus valuit qui cuin Ordine Senatorio rei Divinæ præsens, splendoris ac magnificientiæ multum adjecit. In ipsa plebe mira mutatio. Ingens in urbe silentium, in plateis solitudo: apud nos tantum perpetua se compimentum multitudo, in abeuntis turbæ locum nova semper succedente frequentiâ; quæ iis maximè horis superabat loci angustias, quibus Patru aliquis in suggestu prodibat, seu Germanico, seu Gallico sermonem cœtum allocuturus; id quod eo triduo undecies factum, nunquam ad medium omnino horam producto sermone; ut frequentiæ tedium brevitate præverterent. Cūmque his plena accederet poenarum remissio, mille & sexcenti (magnus tunc, pro temporis præsertim conditione, numerus) expiatis confessione animis Eucharisticæ mensa accubueré. Ita, quæ audita primùm populare murmur excitárat nova Numinis, in ipsis Licentiæ festis, colendiratio; deinde ante oculos posita, diuturna laudum materia fuit. Verum Lucernæ consultum non videbatur, mentionem facere de dividendo in quadraginta horarum orationem toto Saturnalium triduo, ob veteres ludos, quibus militari schemate, ordinéque circumducta per urbem juventus, majorum bella, & victorias repræsentat. Igitur decem tantum horarum prima illius tridui comprecatio fuit; ita tamen, ut apparatus & Officiorum divinorum magnificentiâ consuetam aliorum Festorum pompam multum superaret. Promovit rem maximè Apostolica Nuntij illustris, & magnifica pietas; qui & magni pretij peripetalinatis Templi parietes splendidissimè exornavit; sub Orationis initium sacram Eucharistiæ Ferculum per Templi ambitum ipse circumvulit, & cum aulicis delectam sibi horam orando, coram exposito Nominis praefratio, maxima pietate explevit.

Lucerne
decem
dantaxat
horas te-
nes.

Et habuit ista, beneficio Numinis Societati suggesta divini honoris vindicandi, amplificandique ratio eam à Cœlo gratiam, ut magnis summorum ac infimorum studiis cœpta, post centum & amplius annorum decursum, adeò nihil (contrà quām in aliis piis cœptis afolet) à primo ardore remiserit; ut maximis incrementis aucta, ubique terrarum, in extremis etiam Indiis, vigeat, ubi sedem Societas ^{976.} tas. Mira hujus Religionis in hac tempora vigen- tis celebri-

fixit. Quām constanti in eam affectu ac studio ferrentur Serenissimi Bavariae Principes, postquam semel introducta Monachii fuit, hoc anno maximè patuit.

Postquām enim priore biduo non unam duntaxat horam orando exegerant; ne tertia die à fine abessent, sollicitè mandârunt, ut de ultima hora, quæ solenni Supplicatione circumlatâ intra Templi ambitum Eucharistiâ claudi solet, admonerentur. Contigit verò, ut qui eâ causâ missus ad aulam fuerat, perperam, & unâ horâ seriūs, futurum finem nuntiaret. Igitur, consuetis ejus temporis oblationibus ad dictam usque horam protractis, ea appetente, omnis aulica nobilitas, à ludis, à rhedis, aliisque animi relaxationibus momento abstracta, cum Principibus adest, intrâque ipsas Aedîs valvas agmini occurrit supplicantum. Eo conspecto religiosissimi Principes nihil morati, accensis, quas domo attulerant, albanticibus tædis, se procedentium ordinibus jungunt, pérque reliquum Templi spatium comitantur. Cūmque nuntii errorem, & quadragesimam precum horam exiisse intellexissent, ipsi nihilominus cum omni comitatu ante Aram procumbentes, horam adhuc integrum in precibus posuerunt. Durat hodie in Serenissimis Posteris Avorum pietas; & vel mediis Saturnalium gaudiis, hoc publicum annuæ pietatis exemplum intercedit.

Par est constantia in visenda quot annis Octingana Thavmaturgæ Deiparæ sede; quæ, ex quo, Ruperto Doctore Christum adorare Bojaria cœpit, commune Regum Ducumque asylum esse con-^{977.} sivevit. Senos hoc anno ex utroque sexu Patrios Principes, vidit Avorum exemplo iter illuc suscepisse: quibus septimus ex Austria Princeps, Archidux Leopoldus accessit; qui omnes suæ in Dei Matrem religionis, & erga nos affectûs monumenta reliquere; pro ea, quâ sunt omnes, clementia testati, plurase Societati debere, cuius labore ac studio, quotidiana caperet incrementa popolorum erga eum locum religio; diu noctuque adlaborantibus nostris, ne sine animi solatio quisquam discederet. Neque vana, & absque fundamento fuit illa, animos quâm peritissimè curantium, commendatio; cùm plerique omnes eam inter suscepti itineris causas commemorarent; atque unus etiam à septuagesimo milliari Germanico se huc profectum asseveraret, quod aliorum relatu spem certam concepisset, hio medium inveniendi, cuius curæ occultata haec tenus alii animi vulnera cum solatio & fructu subiiceret.

Et erat quidem facile tyrannum Stygium animorum, se Deo dentium, possessione deijsere, ea vi poenitentiae Sacramento à Christo auctore indita: plus negotii creavit per biduum nostris ille malus genius, qui corpus unius infederat; cui tamen non admovendas prius consuetas Ecclesiaz machinas & execrationes censuere, quâm accu-

ratà peccatorum confessione animum præparâset. Paruit il expiatusque, atque inde ad Sacratum Virginis ductus, ad ipsas fo exanimatus concidit; nec nisi stolâ sacerdotali collo injectâ ad innum pertrahi facillum potuit. Ubi divino Sacrificio præfens, cù Sacerdos in altum sacram Hostiam efferet, sibi planè restitutus, me tem & corpus ad sani hominis habitum composuit; pròque inferno h spite Divinum in Eucharistia recepit. Et in hoc loco, & Eberspo gensi in Sede, ubi, D. Sebastiani cultam promovitus, tantum h anno est auctus coelestium beneficiorum numerus, ut iam tunc dec tum fuit, ne illorum periret memoria, proprium, qui ea uno lumine complequeretur, designare scriptorem.

978: **Contra B. P. N. Ignatij beneficia, præsertim in parturienti**
ficia B.P.N. salutem ubique accumulata, notari ob frequentiam desiere: duof
Ignatij, tamen accipientium gratitudine servata memoria. Amiserat fi
tum unicum; abhinc biennio, vocato in vota Ignatio, feliciter e
tum, vir primæ nobilitatis Joannes Conradus à Bodmann, Möckin
dominus; cùmque, ob conjugis in pariendo difficultatem, spes e
gua esset suscipiendi alterius, ad noti Patroni expertam opem con
git. Allatis Constantiâ Ignatianis Reliquijs, & cùm partus instaret
puerperæ collo suspensi; duplex inde beneficium est consecutus. N
ex prolem masculam sanam vegetâque conjux effudit; & primi
cum partum expertem discriminis, & facilem habuit. Oenip
contigit akerum; ubi viri ciuisdam, officio & auctoritate clari
axer secunditate partum felici frequentes fecerunt; sed intempestiv
semper & immatuos cedebat, magno utriusque parentis mero.
Vocati in consilium medici spem omnem maturi partus ademera
cùm de coelesti auxilio cogitantibus in assūmum vénit, quod aliquot
hinc annis in Calabria factum audiērapt; ubi votis parentum obser
ac feliciter edita proles maloula Ignatii nomen tertio articulate expre
rat. Obstringunt ergo se voto: si masculam, cámque matur
ac durabilem surpet acceperint, Ignatii nomen indituros; quo
etroque voto damnati stetere promissis, cámque primam omniam p
rem post justum mensum circulum enixa mater, etiam prima in
Unum V. P. fuos & Beatinostri Fundatori nomine Ignatum appellavit. Ex sim
Petri Ga
nisi,

979: **Porro Ignatij nomen, cùm in omnibus Christiani orbis partib
Postulatur**
a S. Sede
B. P. N. in
ter Divos
relatio.
Maximilia
ni Bav.
Duci stu
dium
Ecclesiæ
honori
ad Pontificem precibus, ad trecedim̄ in super Cardinales, quoniam
poterunt Romæ antorcas videbatur, singulas scotini literas
eodem

codem argumento dedit; dignissimus omnino, qui & ardore illa, & præclaris Majorum, ac suis in Ecclesiam meritis id saltem tunc obtine-ret, ut publicis eum precibus devenerandi facultas concederetur. Id Augustæ Vindelicorum pridie calendas Augusti, ipsa scilicet beati obi-tus die cantato solenni officio ipse Provincialis Roseffius egit, munus-que regendæ Provinciæ, quod per novennium præclarè gesserat, in humeros Theodori Busai è Rhenana Provincia ad nostram lustran-dam missi, transtulit; præmissa religiosa parænesi gratulatus sibi, quod hunc ipsum, quem quinquagesimum in Societate vixisset, annuin-jubileum haberet, quâ missionem adepto, in sancta quiete liberum à curis senium agere deinceps liceret. Utque perpetua Beati Patris, ac filiorum codem honore gaudentium, memoria & veneratio esset, eorum imagines, nobili artificis manu depictas, ex utroque altaris la-tere suspendi jussit: quorum in cœlo precibus tribuenda videbatur in-sperata à repentina vehementis morbi assultu liberatio, qui eò senem optimum deduxerat, uti medicorum sententiâ, nisi intra quinque ho-ras vis mali remitteret, ferendis ultrà doloribus par futurus non vide-retur. Distulit viri mortem, discussio morbo, Providentia Numinis; quamvis hoc anno septenos ex hac vita evocârit.

Horum duo è laicorum fratrum numero erant, Casparus Strauß ^{981.} Tirolensis, & Georgius Tyrfschenbach Boius, Geisenfeldæ natus. Illum, post annos novendecim in culinæ potissimum ministeriis deten-tum apoplexia prostraverat; in qua nunquam de suis, sed quas alijs faceret, molestius questus, festa Beati Ignatii luce, è lecto in nudatas erga S. humo deponi enixè rogavit; ut, cùm aliter nequiret, eo saltem mo-^{P. N.} do, erga sanctum Patrem suum reverentiam, ac venerationem testa-retur. Alterum Novembri mense Halenses extulere post annos à Religionis ingressu trés & triginta. Simplex morum candor, mo-Georgius destia, & singularis in Deiparam pietas, ira omnibus charum reddide-Tyrfschenbach in rat, ut ob curatum singulari fide ac diligentia Regij Parthenonis (quod simul tunc nostrum erat) Templum, ab ejus morte Serenissimæ Regij Par- Archiduces instantissimis precibus à Collegijs Rectore impetrârint, ut ^{cæmeterio} in eodem, quo Parthenonis illius Virgines condebantur, cæmeterio se-peliretur; primus alijs in novi Templi, quamvis nondum consecrati, cryptam inferendus. Ita sepulto, decantatis etiam mortuorum, ut appellamus, vigiliis ac funebri officio parentarunt,

E Sacerdotibus Jacobum Schacherum, Collegii Ingolstadiensis Ministrum, Etingâ Sueviæ oriundum, ante annum ætatis trigesimum mors citius abstulit, quâm ut agere multa, quæ scriberentur, potuisset. At Joannem Bredanum secuta prævios morbos tandem paralyticis post annorum quadraginta egregios labores Ratisbonæ extinxit quinta & vigesimâ Jubij. Is Bredæ in Belgio natus, & singularibus ad di-cendum dotibus instruQus, annos duos ac viginti populum è cathedra docuit, eo constanter audientium favore, ac benevolentia, ut, cùm Friburgo Helvetiorum avocasset cum Superiorum imperium, supremus illius Republicæ Magistratus tres honoratissimos viros ad Hoffæum, tunc Provincialem, alegarit, qui Bredanum repeterent. Et ce-Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Nonn. dca.

dendum fuisset ardori potentium; nisi Deus immisso morbo omnem abstulisset proficisciendi facultatem. Ex eo refectus, cum dicendi contentionem ultrà non ferret, ægrotantium se maximè addixit obsequiis tam avidè expetitus, ut satis compertum sit, eum plusquam nongentis oculos à morte clausisse. Decein sæpè horas per diem sacro tribunalis affixus hærebat; donec non dolorifera minus, quam molesta paralysis ita sibi aliisque inutilem fecit, ut ne manum quidem ad os admovendi libertatem relinquere. Cùmque sub finem apoplecticum quoque symptoma accederet, inter acutissimos dolores admirabile patientiae exemplum fuit, quam ne verbo quidem aut suspirio lassitudine intulit.

982.
P. Georgius
Federus. E.
juslogiū.

Auctor est
orphano-
trophij Mo-
nacensis.

Invisunt ad
eum Bava-
ri Principi-
pe,

Eadem quæ
Christus
die ac horae
exspirat.

Tres reliquos Paradiso Monacense Collegium transcripsit. Prior Aprili mense diem suum obiit P. Georgius Federus Suevus Altenbainensis, qui sub annum prioris seculi sexagesimum sextum, annorum sedecim adolescentis; in Societatem receptus, post litteras humaniores Philosophiam novennio, biennio Theologiam moralem, triennio Scholasticam professus, ad docendam Mathesin, quâ multum excelluit, ab exteris Provinciis expetitus, eam perdiu Neapoli ac Dolæ explicuit; librûmque sub nomine Horoscopi scripsit. Ex Academiarum cathedris in Provinciam redux, omisis speculationibus ad exceptiendas confessiones, visendos ægros, formandam ad leges Christianos pueritiam se transtulit; nec minore ad hæc opera charitatis quam olim ad Scientias studio & ardore incubuit. Orphanotrophus apud Monacenses condendi primus ipse auctor fuit, primisque ælenda stipem corrogavit. Eò brevi, exemplo Patris, & privatis adhortationibus, è parvis initiis pium illud inceptum crevit, ut non multi post propriis in ædibus quadraginta pueri, puellæque scorsim educantur; dum eos aut opificiis robustior ætas assiceret, aut honesta clientela, & famulatus exciperet. Totus in hujus sux Domus curam intentus precibus, & quâ apud omnes erat, auctoritate impetravit, ut è publico ærario singularis Magister conducearetur, qui primis elementa traderet; & Matrona, cui de puellis cura esset, ut laetam acutumque tractare docerentur. Demum sub verni jejunii extremos dies ad laborandum foras profectus, atque ex laterum doloribus æger reveritus domum, exiguum recuperandæ valetudinis spem medicis tulit. Cùm tertium jam diem gravissimos dolores magni & alacri animo exantlasseset, ad decimam septimam Aprilis sacrissimæ præsidii munitus, animo atque vultu invicto gloriosum cum doloribus certamen continuavit. Paucis ante obitum horis, cùm à Principibus Bavariis, ad ægrum visentibus, rogaretur: sui ut apud Superioros meminisset; debitum id & communi Societatis, & privato nomine assenserens, hilari etiam fronte promisit. A meridie in contiguum cubile digressus, stans etiamnum & ambulans, penè momento extenuatus est. Plus enim spatii non habuit, quam ut in socii unius brachio cervicem demitteret, ac humi depositus, advolantem præstolaretur Domus Rectorem; quo ingresso, benèque precato, velut data veniam obiit, actis Deo gratiis, quod pro vita exitu istam sibi diem a horam designasset. Nam ipsa sexta feria Parasceves, morienti Christi exemplo, sub horam à meridie tertiam exspiravit.

Alter

Alter Monachij, ubi annis abhinc sexaginta vitam hauserat, mortem invenit P. Otho Eisenreich, Romæ à S. Francisco Borgia in Societatem adiectus, & posito tirocinio, remissus in Germaniam. ^{933:} ^{P. Othono Eisenreich} Hic Philosophiæ, ac Theologiæ professione perfunctus, vetus primò Convictorum Collegium, quod Albertinum vocabant, Ingolstadij rexit. Inde translatus Monachium, nostrisque Rector datus, magno in pretio fuit Bavariæ Ducibus, frequenter ejus consilio usus. Amavit virum summopere Guilielmus Fundator; id quod maximè in Lauriano itinere patuit; ^{cum} Othonem, in piæ peregrinationis comitem adscitum, ob viæ incommoda vires deficerent. Tanta enim solicitudine, & caritate ægrum curavit, ut majorem à suis exspectare Princeps non posset; famularem præstiturus operam, nisi Pater obstatisset. Augustanum deinceps Collegium, ac totam demum Provinciam septennio rexit. Româ, quo Procurator è Provincia ierat, redux, incertas adhuc Constantiensis Collegij res, cum Episcopo ac civitate composuit, fundimque pro ædificio ac stabilem in sociorum alimenta dotem obtinuit. Ipso etiam Reclere perfectum est Monacense Collegium, & asserta à Guilielmo Duce publico Diplomate, quæ calumniis pestumibat, Societatis innocentia. Cum natura, aliàs parùm robusta, in labores ultrà non sufficeret, bonâ Superiorum veniâ Landspergam sibi delegit, ubi inter tironum, primo ardore calentum, exempla se compararet ad abiitum. Quinquennium illa sancta quies; imò rectius continuum inter morbos patientiæ exercitium, tenuit; cum vocis usum, alperatis fauibus, assidua destillatio sustulit. Inde, quod in Monacensisibus archiatris plus fore auxiliij Superiores crederent, eo translatum præstantissimis illorum commendavère. Sed vicit horum consilia jam debili corpore potentius malum; & brevissimo agone quartâ Maij extinxit, magnum sanè, dum vires supererant, virum, ac optimè de Provincia meritis adnumerandum.

^{934:} Item P. Joachimi Rheii.
Tertium duobus funus accessit P. Joachimus Rhetius, Suevus, Constantiâ oriundus, sextum ac trigesimum annum in Societate agens, ad quam viginti natus accesserat. Post humaniores litteras, Philosophiam, ac Theogiam moralem professus; quod spiritu maximè, ac religiosæ perfectionis studio emineret, Monaci Collegio Confessarium, ac Spiritus Praeceptum Superiores dedere; quo in munere ultimum vitæ septennium posuit. Cumque unâ curam domesticæ Bibliothecæ gereret, ipsa in hoc munere curando diligentia mortis occasio fuit. Cum enim è summis forulis pulvisculos ipse excuteret; fallente gradu in pavimentum delapsus, dum nullius operi inclamare aut potest, aut vult, aliquamdiu viribus defectus jacuit. Iis aliquantum receptis subrepit in angulum: ibique ac clinis dum residet, in somnum delabitur. Inde excitatus ad cubiculum secessit, casumque aperuit: sed, adhibitis serò fomentis, altera post die vivere desiit. Maximam viro laudem, cui addere majus nil possim, paucis verbis scripta hujus anni monumenta tribuant; cum post obitum, cum suavi pietatis sensu, omnium fuisse opinionem scribunt: quod nullam unquam nostrarum, communium etiam, & quantumvis minuta præcipientium, Regularum, violare sit visus,

985.
Joannes
Hylinus à
Ratisbo-
nensi Ca-
thedra ad
Viennem
sem in Au-
striam abiit.

Et hos quidem, confessis stipendiis militiâ solvit cœlestis impetum unum reliquis armis, mutare tamen arenam jussit mandatum Praepositi Generalis; dum Joannem Hylinum, summi Templi Ratisbonæ Ecclesiastem, Viennam Austriæ abire ad idem officium jussit. Warrix in Suevia natus, Theologæ laureâ insignis, Ratisbonæ Cathedralis Parochiæ curam gesserat; atque inde quatuor ac triginta annorum vir ad Societatem venit. Cumque ob egregias dotes, ac masculam in primis eloquentiam, adhuc ejus memoria ac nomē floraret; brevi Superiorum voluntate Ratisbonensibus redditus, summi Templi cathedralis annos ferè quatuordecim tentuit, æquali semper laude ac fructu; qui aliquid de audientium aviditate ea temporis longitudo detraheret. Obdientiæ tamen amor, ad locum hominésque deferendos, prævaluit, isque anno exeunte civitate simul & Provincia, Austriacæ deinceps adscriptus, excessit.

986.
Tres, abso-
luti studiis, mesortius, & (cujus prænomen intercidit) Dotanus absolutis The-
ingolstadio logiæ studiis, laboribus maturi, Ingolstadio proficiunt in Hiberniam
in Hyber-
niam mit-
tuntur.

Aliis in
Provincia
Missiones.

987.
Honori-
cum Curi-
ensis Epi-
scopi de iis
judicium.

988.
Depulsa
exemplo
contrario
avaricie
not.

Dum Generalis Praepositi jussu Hylinus in vicinam Austriam transi- ejusdem imperio tres alii Sacerdotes Thomas Briones, Richardus Co- latus studiis, mesortius, & (cujus prænomen intercidit) Dotanus absolutis The- ingolstadio logiæ studiis, laboribus maturi, Ingolstadio proficiunt in Hiberniam jussi, gloriofis plenam periculis provinciam latu subiere. Intra Pro- vinciaz verò nostræ limites, in faciendis ad populos excursionibus par annis superioribus fuit diligentia, non impari fructu. Na- rursus ab Eberspergensibus in Noricas, Rheticasque alpes itum; Bruntrutanis Delemontum, S. Hippolyti oppidum, & montana Bu- gundia loca Apostolicis culta laboribus, eo populorum ardore, a que frequentiâ, ut, in Burgundia præsertim, accurrentium numeri Sena interdum millia superante, ad nonam usque diem continuandi fu- rint Missionis labores. Augustani Patres ad varia Virginum Monastria, & frequentiâ incolis loca evocati, præter alios, quos reliquæ post se Apostolicorum laborum fructus, Sodalitia exere, quæ à S. Christi Corpore nomen ferunt, & cum Principe in Augustana S. Crucis Æde erecta sociarunt. Fructus tamen extra domum legenda Constantiensis ager præ aliis ferax, hoc anno eam quoque à Curie Episcopo operariis nostris laudem attulit, ut in magno Procerum con- fessu ille palam prædicarit: quidquid in ea, quæ germanico sermone utitur, Diœceseos suæ parte bonæ frugis jam nasci, ac propagari cer- neret, id se nostrorum Patrum, eas partes laboriosis per annum excu- sionibus lustrantium, zelo adscribere. Non defuerunt ex adversis nostris laudibus excitati obrectatores, quorum cavillos, & commer- ta refutandi optata se obtulit in una Missionum occasio. Adeund erat unius è nostris eo loco natihæreditas: cum omnes in nos intenti nescio quod expectabant avariciæ specimen; cuius notam nostro no- mini quorundam Jesuitas calumniandi libido inusserat. At nostri permisso iis, quorum commodum agebatur, quid concedere nobis vellet, judicio, de adjudicata sibi sorte, detractos insuper quinqua- ginta aureos in ejus loci pauperes distribuere. Quod factum, magna calumniatorum rubore, tantam commendationem habuit, ut Magistratus centum pro quinquaginta nobis de suo reponuerit, in necessa- riis Templi sumptus adhibendos,

Jam

Jam vero Elvaciensis excursio ob evocato^m identidem nostrōs, & continuatos fere labores stabili Missioni, quām annuæ excursioni erat similior: duobus Sacerdotibus Jacobo Berchtoldo, ac Joanne Rēge infatigabili ardore multorum locum explentibus. Nam & ab hæresi ad Ecclesiam le recipientes instruebant ipsi, quorum quindenos hoc anno Catholicis adjunxerē; &, quos abhiinc anno, duobus præsertim in viculis, ad fidei vēritatēm reduxerant, revisendo in eadem adversus vicinorum assultus retinenda firmabant. Cūm omnibus ad eos, velut ad commune asylum accessus pateret, nulla dies expers laboris abibat, cunctis omnes animi curas afflictionēsque in eorum aures exonerantibus. Quotidianas fere ad Catholicām pietatem seu reducendam, seu conservandam adhortationes plurimūm exemplio juvabat Celsissimus Princeps, qui & facultatem impetrārat erigendi per suam citionem Sodalitates, quæ à Rosario Mariano nō men habent; & Tempia hisdem nobilitata non raro pedes visebat. Ad vicinam Virginitatem in quercu dictam, euntibus ne pietatis incitamenta decesserint, suā nostro columnas quindecim lapides opportunityis spatiis distinctas, erigi propè viam jussit, singulāsque imago^m, quindenis Mysteriis ex ordine respondente, ornavit, brevi, quæ animos excitaret, precatione subiecta. Conservavit eas in hanc diem posteriorum pietas, ut & celebrem diei, Divo Vito Martyri Ecclesiae Principis Patrono sacra Religio^m; quæ ante annum solennius agi coepit, hoc anno etiam creuisse visa est, amplius nongentis Sacra Dape refectis, cūr omnia uni quidem Sacraenta suscipiendi animus incidisset. Non deerant tamen, in quorum animo stomacho^m Luterani fermenti reliquiae hæserant, qui in aliis observandis, retinendisque faris diligentes, à carnium tamen esu diebus vetitis haud sibi temperabant. Hos ab inolita consuetudine abducendi haud alia efficacior ratio fuit, quām singularis in tradenda catechesi diligentia; quæ pueritæ, ejusdem avidissimæ, animis tam profundè infedit, ut cū nullis deinceps rationib^ms ad præcepti violationem adigi à parentibus possent, suā constantiā eos in ruborem dederint, ut puderet, id observatu nimis arduum dicere, quod tenella ætas tam prompta exequeretur.

989.
Elvaciensis
Missionis
fructus.

Columnæ
15. in via
ad B. V. in
queru^m
nostris au^m
toribus
erectorib^m

Emendatus
per cate-
cheticam
juventu-
tem car-
nes diebus
vetitis ex-
dendi uas.

Nec alia defuere, quæ Catholicorum facrorum virtutem agnoscere vel invitos cogebant. Nobile Principis castrum adeò infestū manes vexabant, ut ejus Praefectus inops consilij de deferenda Præfectura cogitaret. Nam etiam post largas eleemosynas, susceptas peregrinationes, procurata Sacrificia, nihil malum remiserat. Accersiti Patres in ipso loco sacrificarunt, eumque institutis ab Ecclesia precibus, & aquâ consecratâ lustrarunt, tam secundo eventu; ut exemplo larvæ omnes migrârint, edito ante ingenitum tumultu, nunquam deinceps auditæ. Eodem loco civis nū per defuncti umbra domum suam graviter infestam cū redderet, uxoris rogatu noster ad Aram pro defuncto fecit; & secuta quidem, sed paucorum admodum dierum, quies fuit: in quintum enim diem importunior rediit. Cūm de mali causa vel remedio cogitanti somnæ in mentem venit, promissæ olim à marito peregrinationis ad D. Udalrici; cui ut ipsa se accingeret, noster suasit, & Princeps viaticum dedit. Assensa est illico uxor, atque in comitem viæ, ac sexus cu- Hisor. Prop. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Oooooo 89:

990.
Arx nobilis
per Missi-
onem Sacrificiū
ac preces
Ecclesiæ à
spectris illis
berasur.

Et ab Uxori
anima dei-
functi con-
jugis.

stodem filiæ, alio in loco degentis, servum, notum hominem ac fidum poposcit. Verum, sive iter homini, sive causa displicuit: item se negavit. At non defuit suæ causæ mortuus, atque suis relictis immigravit in ædes filiæ, hominéisque illum inertem tanto metu, a terrore complevit, ut prima luce accurrens ad viduam, prompte opem, quæ veller, obtulerit. Ita in viam se dedit mulier, & , vot exsoluto, redux quietem unà domesticam retulit.

991.
Fructus
Valleianæ
Missionis.

Ex hoc tamen Apostolorum binario detraetius alter P. Joannes Rex, relictâ Sueviâ Rhetiaque in Valleiam missus, P. Joannis Fontani, nuper mortui, locum implevit. In hac seni nostrorum duobus in locis strenue suo munere fungebantur, magna approbatione Episcopi, quotidianis ferme beneficiis, suum erga nos amorem testantur. Inde, cum nostra ad D. Mauritii sedes loco edito, ac incommodo, sanitati quoque incolarum obesset; salubriorem aliam, commodius remque in planicie tribuit, quo facilior populo ac juventuti ad accessus pateret. Et Aragni quidem nostra Religio, ex priorum temporum socordia, velut situ quodam ac senio squalens, novo cultu revirescebat, incolarum non paucis, qui vel doni ex pravâ institutione, vel peregrè cum litteris falsi dogmatis venenous hauserant, id vel expuentibus. vel ultra profiteri palam non audis. Et Catholicis quidem ita cum numero animi creverant, ut, cum in proximis comitiis fama attulisset, fore, ut aliquot Sanctorum festa abrogarentur, aperte denuntiarint: sc. si aliter jus Sanctis obtineant, armis defensuros. Tanta veneratione prosequebatur Patres, ut absque rubore ac verecundia vix colloquerentur. Sæpè dolebant, serius ad se venisse hoc Religionis tuendæ præsidium, nec enim locum nunc fore in Valleia hæreti, si ante Societati fuisse Decesse sibi querebantur, quo, uti cuporent, nostra reimunerari obsequia possent, quos fui amore, quocunque vocarentur, per mediū imbrum niviumque tempestates, sæpè non absque periculo, angustiarum montiumque abrupta traijicere cernerent,

992.
Huius per
Exercitum S.
P. egregia
conversio.

EIAM Sedunensis Episcopus, nostrorum labores datis crebro litteris non tantum solabatur; sed nostræ etiam apud populum gratiæ auctoritati augendæ studebat; inter alia ingenti solatio ut rem mirculo similem spectans, quod hortatu Patrum extra Paschale tempore majoribus anni Festis, peccata confessi Eucharistiam suinerent; cuius rei nemo exemplum meminerat. Auxit ejus erga nos studium anteriorius rei felix successus. Juvenis erat, qui sacris cupiebat iniciari, nec abnuebat Episcopus: sed vita obstabat, & morum pravitas, etiam in vulgus nota. Eum ergo vehementer commendatum curæ nostræ commisit, melioribus imbuendum principiis. Nostri hominem quotidiana conversatione conciliatum, ut ad excoleendum plus meditationibus animum in sacrum se recessum reciperet, induxere: ex qua ita in alium prorsus mutatus prodit, ut visa illa morum mutatione publica esset omnium gratulatio, & acclamationibus etiam populus Patrem prosequeretur. Crevit gaudium & admiratio; cum Sacerdoti paulo post iniciatus, dignos co gradu mores utilissimo in omnes exempli preseculit.

Inci-

Inciderat in hunc annum Jubilei, in Sedunensi Dioecesi celebrandi, promulgatio; ubi, si unquam alias; incredibilis in optima gente Christianæ institutionis neglectus patuit. Ejus enim mentione facta, ut ad rem horridam, ac formidabilem trepidare agrestes, haerere, perindeque se gerere, ut si raptandi ad furcam forent. Explicata tamen pro concione Jubilei naturâ, gratiâ, privilegiis, sibi redditi, magno studio, majori utilitate id complexi sunt. Nam & nuptias incestas, aut alio nomine inconcessas vel legitimis modis emendârunt, vel dissoluerunt; aliisque multa, Catholica professioni adversa, sustulerunt. In nos, ut possunt, profusi, lactis copiam ingentem offerebant, id unum questi, quod, cum nihil posceremus, ignorarent, quibus maximè modis suum in nos studium declarare deberent.

Dum in Vallesia ex primis nostrorum laboribus tam lati fructus nascerentur, etiam Donawerdanus ager, nuper coli coeptus ad frumenta mansuescere sensim coepit. Serenissimus Maximilianus, ut de recipiatur in gratiam à Ge-
Cæsaris nomine mitissimus contemptæ proscriptionis ultor extiterat; ciatum & Ge-
ita, ut eadem sublatâ, recepta in gratiam civitas, libertati commerciare, agen-
ciorum, ac ceterarum Imperii partium communioni restituueretur, te Maximiliiano. Hu-
unus maximè impetravit. Octavo Calendas Augusti, die Apostolo jus in ea re-
Jacobu sacra, Internatâ Cæsar, presentibus Maximiliani Legatis, post genda mo-
concionem à nostro ad frequentissimum populum habitam, proscrip- deratio.
tionis tabulas sustulere, ipsa civitate, dum factos in expeditionem sumptus redderet, Maximiliano in pignus relicta. Jussi eidem fidem jurare cives, accolæque subditi, ea tamen lege, ut, quæ Donawerdana civitas, dum libertatis jura manebant, in Cæsar & Imperii commoda publico intulisset arario, ea nunc pro civibus possessor præstaret. Instauratus deinde Magistratus ad eum prorsus, qui ante proscriptionem fuerat, modum, permissa civibus pristina in plenisque diligendis suffragiorum libertate.

Interea in amplificanda Religione Sacerdotes nostros cautius procedere, quam ardentiùs, multa cogebant. Nam & Maximiliani jussu in admittendis, etiam si rogarent, ad Fidei communionem posita hæresi Lutheranis, eadem, quam superiore anno descripsimus, adhibenda circumspectio fuit: & cives metum inter, ac spem recuperandæ libertatis fluctuantes, jam in hanc, jam in alteram partem inclinabantur. Aderant identidem à diversis protestantium conventibus litteræ: retinerent constanter, pro quo diu tam fortiter stetissent, Evangelium: esse ante fores spem libertatis: consulturum clementius in eos Cæsarem: quin ipsum Bavariæ Ducem de pecunia fide-jussum. Ita factum, ut inter tam incertos rumores: ipsi quoque suorum rerum incerti hæsitarent. Cumque, in quamcunque partem res caderet, conjunctas fore cum religione fortunas cernerent; audiabant facile veritatem; recepturi, cum sine opam jacturaliceret. Nihilominus inter media obstacula apud multos metum superavit Divinitatæ vis, & renitenti orco, abjurato Luthero, centum quinquaginta exporti: sicutque aliquorum memoratu digna conversio,

996. Vir consularis, & magna nuper actæ tragedia pars, non C
fareano magis, quam Catholico inimicus nomini, suis in ædibus v
luti liberæ custodiæ tenebatur. Ex ius cum descendere vellet, faller
vestigio è gradibus lapsus, tam graviter corpus affixit, ut proxim
abesse à morte crederetur. Proprietores Cæsarei, cognito homin
infortunio, retinendæ vice amuleta mittunt; simul viam inquirunt
afferendæ illi cum vera Fide salutis. Missus è Pater, ac humani
simè aggressus jacentem, adeò averso vultu animoque accepus fu
ut etiam aures negaret æger; spemque omnem obtinendi, quod vol
bat, præcideret. Vulum, id permisile clementiam Numinis,
fracta major humanis conatibus pertinacia solius. Divinæ mapūs et
opus agnosceretur. Hortatu Patris procumbunt omnes ingenui;
grique salutem ardentissimis precibus auctori Deo commandant.
eas intenti, dum jacentem respiciunt, admirabili mutatione animi
& ipsum brachia manusque attollerat in preces vident, & confessi
nis, actum facienda copiam fiesi flagitantem audiuntur. Ne
trahit moram Pater, expiatum Catholico ritu ad mortem præpara
maximaque animi quiete mortuum Cœlo transcritbit. Primum illi
funus Catholica ceremonia illatum rurus in Parrociam est. Secundum
virum uxor, annos nata septuaginta, & pari solennitate, eodemque
tumulo condita. Quin & filius, jam & ipse consularis, Pare
tum, salutem suam novæ fidei credere non auctorum, exemplo sap
er ex mortuis mature constituit. Horum visa ante se vestigia, ali
insuper ex ordine senatorio deserta hæresi pressit.

997. Hæreticum militem, qui præsidarios later stipendia facieba
Hæreticus ipse cacodæmon aggressus, asylum, quod in sua non reperiebat
miles ad versu dæ monem querere in Ecclesia Catholica compulit. Pepigerat alio loco, a
tempore, cum honesta virgine nuptias, adjecta, si falleret, dira devi
præsidium tione; ut, si animum mutasset, violatæ fidei dæmon ulti ad esset, a
inter Ca tholicos querere compulso reptumque ad primam sponsam reportaret. Malæ hominis vitæ ma
la fides respondit. Vix annus verterat; cum absentis sponsæ mo
riam novus amor extinxit; milésque sibi, & dæce fidei, & dirissima
devotionis oblitus, fidem alteri obligavit. Nec defuit designatu
olim fide-jussor, ac vindicta diabolus; & in hircum versus, noctu ad ex
cubantem in statione militem advolans, subire pedes, & aportar
velle incipit. Exanimatus eo obsequio miser cum alia nulla defen
sio occurseret, salutiferæ Crucis signum (quod sanctum Catholi
cism, detestari eum sua hæresis jubebat) pro scuto obiiciens, ad ma
nipulares decurrit, trepidusque se contubernio claudit; insequent
hominem infernali bestia, ac præ fenestris excubante. Exterriti, &
commilitonis pavore, & hirci conspectu socij hortantur, ut, missi
fectæ nuntio, Catholicis adscriptus, curandum se nostro permittat.
Annuenti adest Pater: quem docentem secutus, & in Ecclesiæ sinu
receptus, ad mores Christianos simul, ac primam, quam sponse ob
ligaverat, fidem rediit.

998. Catechesos, etiam esse, etiam hoc loco experimento didicimus. Catholicorum liberi
in adultis reducen
tis, utilitas.

Verum inter præcipua debellandæ hæreses arma Catechesis
suavitatem docentium, & præmiolis capti, & quales etiam è Lutherana

juventute trahebant; qui sensim se miscentes, & pari cum aliis modo habitū, donatique, auctiore numero redibant; non minùs in audiēdo, quæ docebantur, avidi, quam tenaces in retinendo. Cùm verò, quæ in Templo didicerant, pro ætatis candore cum domesticis communicarent, unus Paterfamilias, vehementer iratus, severè in filium animadvertere cœpit. Cuius tamen sub ipsis plagi patientia simul constantiāque, clamantis identidem: non posse se ex animo, vel ore dimittere, quæ à Jesu ita audisset: sic Patrem commovit; ut admirari primum, mox etiam amare virtutem pueri cœperit; ac paulo post filium fecutus magistrum, Catholicæ veritati manus dederit. Evidem non alia res eorum, qui redditum mediantibus obstabant, ita potenter repressit audaciam, ut vulgatum in omnes divinæ severitatis in simili temeritate plectenda exemplum. Lutheranæ socrui nurus erat, quæ deserendæ sectæ pridem suspectæ consilium ceperat; illiq̄ue pro ea, quain quotidiana parere consuetudo solet, familiaritate aperuerat. Urgebat executionem propositi morbus, qui eâ vehementiā sc̄eminam invaserat, ut extremum fore non dubitaret. Cominodum æstivo tempore se junctis à socrū ædibus habitabat; quo per fidos, ut putabat, homines nostrum evocavit. Sed proditores erant, quos miserat: nec peterant nostri adesse prius, quam infelix mulier à propinquis, ipsaque socrū, lectum instar lupæ ululantis cirumeunte, obsideretur. Unde cohibita metu ægra, præsentem animi medicum, ne aperire quidem morbum ausa, re infecta, dimisit. Ille de æterna animæ salute agi cernens, extemplo Magistratui & sc̄eminæ statum, & socrū importunitatem denuntiat; qui statim facessere ab infirma intempestivam custodiam jussit. Ita agendi cum Patre libertatem naœta, prius nil habuit, quam ut cum Deo & Ecclesia reconciliata, & Sacris Catholicis more procurata, mortem oppeteret. Id solatij naœta, imminentem mortis horam magna aniæ quiete expectavit. At Socrus ea ipsa die, qua Sancti ad agendum cum altera viam intercluserat, adhuc ante numerum, repentina morte prostrata, vitam finiit, tristique exemplo sublata, saltem domesticis profectus. Nam & illi, & è viciis complures rem, ut erat, ab iis edocti, nurum sequi, quam socrum maluere, ac paucos intra menses, catholicos se palam professi, aliis non pauciora cogitandi autores extiterent.

Inter hæc gregem Catholicum augendi studia, Templum quoque ipsum, quod amplius & magnificum civitas habet, ad pietatem ac nitorem componere cura fuit. Detersus squalor, dæfixa Crux, erectum vexillum, & Eucharistia decenti, ut tempus sinebat, conditorio colloquata. Coemeterium item per amplius, in usum Catholicorum ritè sacratum, profano angulo, quo hæretici humarentur, rectifico. Affluebat ad concionem non tam civium, queram à nostris Sacris adhuc pars magna dissidebat, quam aggressum multitudine; quorum ea crata, diendi aviditas, ut permulti, neglecto præadio, allato secum pane obstanti, perdurarent ad vespeream; nec catechesi pomeridianis horis inservi solita fraudarentur: ad quam uti ingents erat adulorum affluxus; ita latè admodum fructus fundebatur. Nec parvum in ludimoderatoribus esse momenti visum, quibus vacuum locum percommodè priorum magistrorum cum prædicantibus fuga reliquerat.

999:
Memorabili
le divina
vindicta
exemplum.

1000:
Templum
instruitur,
coemeteriu
m sacra
tur.

Eos enim, nostro arbitrio lectos, ita instruxeramus, ut statu tempore revocata dictorum in catechesi memoriam, juventus litterarum summae fidei rudimenta condisceret.

1901.
Catholici
ritus cum
decore ac
reverentia
peragun-
tur.

Præter hæc singulari nobis curæ fuit ceremoniarum, quas publicè obire Ecclesia solet, splendor, & non tam sensu, quam animo permovendis apta Majestas. Ita Christi nascientis, morientis, ac resurrectionis vivificantis ceremonia, tam gravi & augusta pietate peracta est, ut Lutherani natu grandes non pauci in has voces erumpere sint audit. *Quam sanctæ, Deus bone, sunt Catholicæ ceremonie! cuius non interius cordis fibras penetrantur!* Multum hæc talia augendæ etiam Catholicorum pietati prodesse visa; quorum, sub ultimos præsertim Magni jejuniū dies, ea modestia, silentium, diu nocturne precanæ ardor fuit, ut se adversarii non continerent, quin dicerent: *Ab ipsa parte nec toto anno tot fieri preces, quot una nocte à Catholicis funderentur.* Illius etiam diei magna fuit, & singularis celebritatis quâ olim supplicantum Catholicorum agmen, infestis animis manusque exceptum, lacerata signa, dissipati ordines, vulnerati supplicii fuerant. Nam eo ipso, Divi nimirum Marcifesto dic, instaurata, quantum potuit, pompa, & in vicinum pagum educta est, eo numero, atque frequentia, ut extra Templi septa dicendum fuerit. Per movit id nostrorum in reducenda, augendaque pietate studium Wemdinganum quoque Magistratum, ut nostros potissimum accersenderet, cum decem sagæ, flammis adjudicatae, ad rogum ducerentur: in quibus ad supplicium pie fortiterque perferendum animandis contentionem nostram, studiumque minimè inutile, cum præsens supplicio Lutheranus præco spectasset, haud temperavit sibi, quin nostrum alloquens diceret: tu vero strenue laboras, ut animas ex oracibibus erectas cœlo afferas.

1902.
Memorabi-
le S. P. N.
benefici-
um.

Et in nobis quidem cum manere nostro præclarè fungendi ardorem plurimum accedit, ac una Catholicæ Religionis affirmationem summopere auxit beneficium, prodigio simillimum, quo simul Beatus Fundatoris nostri nomen ac fama inclaruit. Matronam honestam dum uterum ferret, partui admodum vicinam, repente epilepsia prostraverat. Vocatae extemplo obstetrices, postquam artes suas omnes exhauserant, & matrem & foetum conclamavere. Et secundum quidem, dum ad nos consilij causâ maritus accurrat, vitâ excessi Tradunt Patres homini sancti Patris lipsiana, jubentque e collo uxori suspendere, Divumque ardentí prece in opem vocare. Ille reduciam defunctæ sacrum pignus dum admovet; rigente matre, interfans repente manum ex utero profert, cœu baptismum exposceret quo tinctus, & mox extinctus est; Lutheranis non autem negare, quod totum testimonium confirmabatur; nec tamen argumentum quod sua Divorum cultui vis atque sancticas asserebatur, confutare videntur.

Nec

Nec ad ingerendam duntaxat hæreticis Sacrorum nostrorum fidem ac reverentiam, inusitata cœlum beneficia contulit; sed interdum quoque debilem, rectè quidem credentium, fidem firmavit. In Landspergensem viciniam Episcopus venerat, erectam recens ædificulam consecratus: cùmque nondum sacro chrismate inunctis illud etiam Sacramentum conferre decreßet; ut eò & numerosior, & paratior multitudo veniret, nostrum Landspergâ Ecclesiasten excivit, qui populum Sacramenti sanctitatem utilitatē inque doceret. 1003.
Aliud cum
Confirmati-
onis Sa-
cramento
collatum. Et id tam secundo eventu, ut non pauciores milles se ungendos Episcopo sisterent. Eos inter una erat, quam sive ex melancholicō humore, sive aliunde nata animi tristitia ac perturbatio desperabundæ similem agitabat noto passim in vulgus malo; quippe quod diu multorum consilia & curam eluserat. Persuasa, ut cujus ad eam diem expers fuerat, Confirmationis Sacramentum reciperet, abstergo repente malo, animo vultuque tam sereno ac hilari à sacra unctione reversa est, ut eam animi corporisque mutationem, humanâ majorem, nemo non agnosceret, prædicaretque.

Landspergensem cathedram jam trigesimum annum nostri tenuerant, magna civitatis voluntate, ac fructu; quin tamen certa & stabili in futurum esset ejus concessio. Dignus Serenissimo Maximiliano tot annorum labor visus, quem, pro suo in Societatis honorem, ac subditorum utilitates studio, clementissimo Decreto remuneraretur; quo Landspergensem Magistratum, sua sponte in nos propensum vertuit, suo, aut successorum injussu, à Societate ad alios quosvis cathedrali transferre. Nec possumus nos de totius Serenissimæ Domus erga nos benevolentia majus quid afferre, quam si talem, qualis dudum descripsimus, perdurasse affirmemus. Nemo magnorum Principum, aut illustrium virorum Monachio transit, quem non ad vi-sendum Collegium comitarentur, aut certè hortarentur. Ita præter diversarum Nationum Legatos eum nobis honorem habuere Dux Nivernensis, & Castilionensis Marchio Franciscus Gonzaga, sancti nostri Aloysii Germanus Frater; qui, Augustæ nostro usus hospitio, eò ex Italia partem ossis de Beati Juvenis corpore, pretiosâ clausam thecâ, dono misit. Crevitque in Provincia multum in hunc Divum amor atque religio; apud nostros præsertim Ingolstadii Scholasticos; ubi non defuerere, qui, quidquid parentum aut amicorum liberalitas offerebat, id omnino illius cultui ac honori dicatum vellent; promovente plurimum pia cœpta Visitatore Bufæo. Præcipua tamen cura fuit, concessum nuper Beati Patris Ignatij solennem cultum, reddere celebriorem. Et Dinglingæ quidem, primum ad aram Officium de Fundatore Ignatio ipse Bufæus Visitator cantavit, cui multum celebritatis accessit tum ex Epi-scopi aulaque præsentia, tum à tribus Patribus Thoma Luzio, Christo-phoro Ostenberger, & Joanne Finckio, ultimo tunc publicorum votorum nexu Deo ac Societatis adstringentibus. Secuta est exemplum Provincia, ac pro sua locorumque conditione quæque Domus; quantum potuit, Parenti suo honorem habuit, magno bonorum plau-su, & gratulatione Patronorum.

1004.
Stabilitas
in cathe-
dra Land-
spergensi
favore Ma-
ximiliani
Ducis Ba-
variae.

1005.
S. Aloysii
Frater Ger-
manus Au-
gustanus
submisit
partem
ossis de il-
lius corpo-
re.

1006.
Capitulo
Officio
publico B.
P. N.

Ppppp 2

Atque

1007.
Henricus
Knöringius
Augusta-
nus Episco-
pus Fundas-
tor saluta-
tur Dilinge-

Atque istorum hoc anno serè principi, Henrico Knöringio Augustano Episcopo is honor haberi palam coepus, quem in grati animi aternam memoriam quot annis instaurandam, erga Sedium Religiosorum Conditores pietas & consuetudo induxit. Nam primâ & vicissimâ die Octobris, D. Ursulæ memoriaz sacrâ, quâ Dilingaz solennesse solet studiorum instauratio; sub re Divina præsentî Episcopo, Comitatu Dilinge legii & Academiaz Rector Christophorus Grenzingus majorem cœrum ardentem obtulit; & aëtis pro pietate ac munificentia amplissim gratiis, præter Othonem Cardinalem, Collegii ac Templo aucto- jam designati, Fundatorem salutavit. Excepit summa humanita orationem Præsul; aliâmque pari gravitate ac benevolentia reposuit quâ & propensum erga nos animum, & conceptam de Societate ex stimationem abundè declaravit.

1008.
Guilielmus
Basileensis
Episcopus,
Bruntruri
in nostro
Templo
confec-
tar.

Qui Bruntrutanæ Sedis Auctori, Jacobo Christophoro Blarer Basileensi Episcopo successor datus est, è sorore Nepos Guilielmo Rinckius, obtenta à summo Pontifice Confirmatione, in Episcopum inaugurandus, non in alio, quâin nostro Templo, summum illum suscipere Sacerdotii Ordinem voluit. Peracta omnia, eâ, quæ & Principem, & ipsam actionem decebat, pompâ ac maiestate, Initiatore Ladislao Aquino, Veranensi Episcopo, & Apostolicæ Sedis a Helvetios Nuntio. Inde ad inspicerendum Diœceseos statum Princeps ipse dum pergeret, binos semper è nostris, nonnunquam ternos est in comitatu jussit; quorum, quocunque devenerant, populum con cione, catechesi erudientium, pœnitentes audientium, nunquam otiosa peregrinatio fuit. Domi nostræ summa Principis in nos crat clementia; ubi non raro, uno contentus ephebo, cibum nobiscum, inter plena sapientiae ac pietatis colloquia sumpsit; & sanctioribus ann festis, quibus nostra in Æde sacrificare, Cibumque cœlestem distribuere accumbentibus amabat, ut quietius se ad lacra Mysteria parare etiam domi nostræ pernoctavit.

1009.
Jacobus E.
piuscopus
Constan-
tienis in
edendis
synodi Dice-
cefanæ De-
cretis no-
stris con-
silio nunc.

Jacobus denique Fuggerus, Constantiensium Præsul, innatum erga nos affectum illustri iterum, ac publico arguento testatum feci in maximo ac celeberrimo Synodi à se convocata negotio. Ut nullus ferè Constantensem Diœcesin per Germaniam amplitudine vincit; ingens in ea erat Cleri Regularis, æquè ac secularis frequentia; quo inter & duodeviginti confederant mitrati Antistites. Ad eum tanta celebritatis conventum qui diceret, præ omnibus nostrum delegi. Quin & Decreta, quæ perducta ad finem Synodus, ad Ecclesiæ bonum statuenda vulgandaque censuerat, cum recognosci, conscribique jussisset, omnia cum nostris Patribus communicari, corumque audiri consilia jussit.

HISTORIÆ PROVINCIAE GERMANIAE SUPERIORIS, SOCIETATIS JESU,

Decadis Septimæ Annus Decimus,

Seu

Christi M. DC. X.

SYNOPSIS.

HEnricus Episcopus in Diocesana Synodo Augusta operâ nostrâ uititur. Aliorum magni nominis Patronorum favores. à n. 1010. Diversorum Templorum erectio, exortatio, instauratio. n. 1018. &c seqq. Rei Oeconomica incrementa. n. 1023. Henricus Canisius heredem scribit Sodalitatem Ingolstadiensem, opportuno prorsus beneficio. n. 1024. Sodalitatis civice Monacensis initia. aliarum res gesta à n. 1026. Restaurantur Augusta Sodalitas SS. Udalrici & Afra: Malfij in Vinsgovia S. Sebastiani. n. 1028. alij Vinsgoviana Missionis praeclarri fructus. n. 1031. Donavverda utilissime laboratur. n. 1033. item Horba, Neoburgi ad Rhenum, Landerona, ubi Missionem perpetuam vult Princeps Longavillea. n. 1036. Valbesia res. n. 1039. Puella à damone decepta fraus detegitur. n. 1041. Beneficia Cœlitum. n. 1043. Virginis illustris bareticorum librorum lectione seducta convercio, in libros inquisitio. n. 1046. sublatas idoli domestici species, &c aere Baccbi. n. 1049. editi per nostros, præsertim Gretserum libri. n. 1053. ab unito protestantium exercitu terrores, & damna. n. 1055. Molsbemienses nostri Hisp. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. II. Dec. VII. Qqqqq Brun-

Bruntrutum profugi ad suos redeunt. n. 1059. Bruntruti exoritu
pestis. n. 1060. Lucernensis Senatus Procuratorem exterrum Colle-
gio assignare vult: sed rationibus in contrarium allatis acquiescit
n. 1062.

Annus M. DC. X.

1010.
In Augusta-
na Synodo
nostrorum
operam ad-
terea Synodo,
hiber Hen-
ricus Epi-
scopus.

Finivimus superiorem annum mentione celebratae à Fugger Episcopio Constantiae Synodi, in cuius formandis conscriberet disque Decretis nostris plurimum consiliis utebatur: jämque par narrandorum huius anni gestorum initium facimus ab anno 1010. In Augusta Synodo, quam, Dilinganis Patribus maximè admittentibus, Augustinus convocavit Henricus Episcopus, post annos quatuor & quadragesima; qui hanc inter, & ultimam, à Cardinale Othono Dilingano celebratam, intercessere. Ad tertium Nonas Octobris adcessi, quos jus vel dignitas eò vocabat, maximo numero è Suevia Bavaricaque confluxere. In Palatio Episcopali, conveniente quoque habitu ornati; postquam inde longa, & venerabili pompa, Episcopum ad Ecclesiam Cathedram deduxerant; considentibus ex omnibus, confertissimam concionem patrio sermone allocutus est P. Gregorius Roseffius, nuper Provincialis, & vetus Augustanorum Ecclesiastes. A prandio ad Synodum, suggessti in eum usum Regione Pontificiae Sedis erecto, latinam orationem habuit Georgius Sallerus noster, nuper ad Summi Templi cathedram, quam post Regnum annos complures tam laude tenuerat, Monachio revocatus precibus Civitatis, viri desiderium non ferentes. Hebdomadem inter gram consultatio tenuit, bis quotidie coacto conventu; quem ne a fine in quisquam deserere, sub ipsum initium gravissime Præsul veterat. Omnibus demum, quæ agenda, cavenda, mutanda Synodus sanxisset, ex ambone prælectis, ad ea executioni mandarunt idem, qui principio, Sallerus latino sermone est exhortatus, atque omnibus ritè peractis, decantato Hymno Ambrosiano, bene Coetu predictus Henricus, Synodum solvit nonā Octobris. Adduxerat secum Linga Christophorum Grenzingum, & Georgium Everardum, illas Academias Rectorem, hunc Cancellarium; quos privatis domi consilii non eo tantum, quo Synodus duraverat, tempore, sed post eam nō ximè, antequam in publicum emitteret decreta, adhibuit; mensa fere integrum, dum perfecta cerneret omnia, Augustæ moratus. ter multa, quæ salubriter constituta sibi in Coetu est gratulatus, quod, laudato publicè, qui haec tenus in Clerum regularem, & quæ secularem, è Dilingano Seminario manaverat, fructu, promptos oves habuerit, ad conferendos, quos rogabantur, in decennium sumitus. Nullum inde iter paulò longius ab Episcopo susceptum, quod non præter conscientia arbitrum alterum è nostris Sacrae novi Abbatem assumeret. Principem Proæpiscopum, & Vicarius, pari studio affectu fecuti, cum alias adhibuere consiliis, tum eo tempore, quoniam haec Chrysostomo, Andecensis coenobii Abbatinuper demortuo, alius suffici electione debebat. Gregorium Roseffium eò secum adduxit, qui, antequam iretur in suffragia, ad electores verba ficeret; q

1011.
Decreta
alumnis Di-
linganis
subsidia in
decenni-
um.

1012.
In electio-
ne novi Ab-
batis Ande-
censis ser-
monem ha-
bit Roseffii
us.

is consuetâ eloquentiâ cùm fecisset, felici eventu, absque ulla senten-
tiarum varietate, in Abbatem lectus est Michaël Einslinius, Campido-
næ natns, qui ætate quidem tricesimum annum non exceperat; vir-
tute tamen, eruditione, prudentiâ gubernationi maturus, maximo
deinceps celeberrimi Monasterii emolumento clavum tenuit.

Nondum Augustâ Henricus exceperat; cùm eam urbem nego-
tiorum causâ ingressus est Andreas Opalinskius, Posnaniensis Episcopus,
ædibus, quod longior futura esset commoratio, in suos usus condu-
ctis. Eius non prima tantum cura fuit, ad nos invisere; sed ea
familiarissimè nobiscum agentis humanitas, ut diceret: nihil gratius
sibi fore, atque jucundius, quam si, qualis animo totus esset, eum
pro nostro haberemus. Iude assiduus ille apud nos, & nostri apud
illum. Sub natalitia Christi festa, ut pias inter meditationes religiosus
perageret, reliquis tantisper conductiis ædibus, in nostras se trans-
tulit.

Augustanæ porrò civitatis, & nobilissimarum in ea Familiarum
erga nos studium adeò sibi constitit; ut etiam crescere palam sit visum.
Certè vel unius Salleri, Augustâ Monachium missi, tantus omnium
amor ac desiderium fuit, ut publico nomine de illo sibi restituendo Su-
periores interpellaverint. In Templo condecorando hoc anno ma-
ximè Maria Fuggera, nata comes Schwarzenbergia, Christophori
Fuggeri conjux, enituit; quæ eidem ornando & aurum, & manum
consecravit. Patria Nobilitas quem erga Societatem gereret
animum, unius Remboldi, tum Consulatum gerentis, exemplo patuit.
Nam ejus filium Ferdinandum cùm, facta Societatis incundæ pote-
state, votis Superiores damnassent; adeò id gratum Parens habuit,
ut Landspergam adductum præsens præsentem non stiterit tantum, sed
filio, multisque præsentibus, asseveraverit; se ipsum filii consilium
secuturum; si eadem, quâ is, ætate, ac libertate foret.

Summus verò summorum capitum erga nos affectus est visus;
eorum ferè tantum erga nos eminentे humanitate, quantum digni-
tas excellebat. Certè Bavariæ Principes, quotquot Monacensis
Regia habebat, eas, quas omnibus, quæ solennia Societas habet, fe-
stis in triclinio nobis epulas instruebant, unâ pariter sumere non sunt
designati. Accessit semel Leopoldus Archidux; qui, paucis, qui-
bus hic morabatur diebus, iterum ac tertio uno tantum è suis comita-
tus ad Collegium reversus, semel etiam nobiscum pernoctavit: Oettin-
ganis verò Patribus, quorum arctam esse rem familiarem in transitu
viderat, cados vini quinquaginta ex Austria dono misit. Uni Patro-
norum quos inter diversorum Ordinum Præfules permultos numeraba-
mus, referre obsequium licuit. Cùm enim unitorum Principum pro-
testantium exercitus, transmissio ad Argentinam Rheno, Sueviæ sele-
infunderet, trepidatum non sine causa in Monasteriis est, quæreban-
turque, sacris præsertim thesauris, tuti receptus. Alexandro tunc
Uttenburano Abbatì Monachium placuit; & quia vetus illi cum no-
stris consuetudo intercesserat, cùm Andecense Monasterium Abbas
regeret; ea, quæ maximè servata cupiebat, quibus plausis impe-
fit.

Qqqqq 2

1019.
Andreas Opalinskius Posnaniensis Episcopi erga nos affectus.

1014.
Augustanæ studiorum erga Sallerum.

Maria Fuggera erga Templum.

Remboldi filium ducenti et tyrocinii.

1017.
Bavariorum & Austriae Principum.

Tore Uttenburano Sacros thesauros castodianos Moas credentes.

sita, ad nostrum Collegium misit; quæ & accepta promptissimè pari, quâ res nostræ, diligentia custodita sunt.

1017.
Alij suos,
Exercitia
spiritualia
obitiva
mittunt.

Atque hoc quantumvis magni faciebamus sinceræ nobiscum amicitiae argumentum: pluris tamen non immerito fecimus eam, dæ sacris sancti Parentis nostri exercitiis, nostraque illius ascensionis tractatione methodo, existimationem; quâ permoti, identidem & hoc anno submittebant diversi Praesules, qui ad excolendum iis animum nostrum se se in domos reciperent. Dilingaz certè, inter decem & octo quos, huic sacro intentos negotio, sub nostra tecta receperimus, præter Imperialis Urbis Biberacensis Parochum, ac religiosos Academicos ex Ochsenhusano Monasterio eorum Sub-Prior, ex Uttenburano, Neresheimensi, Fultenbacensi, Zwifaldensi, ac Wilthinensi propè Opponitum, singuli comparuere. Vix numero pauciores fuere quibus à Bruntrutanis Patribus idem spiritualis obsequii genus impersum est. Augustæ, Româ in Poloniā rediens, hanc longo iteru quietem minimè otiosam interposuit vir nobilis, & jam Sacerdos Stanislaus Kisca, Serenissimo Poloniae Regi à secretis, Protonotarius Apostolicus, ac Vilnensis Canonicus. Ut idem facturis Ratisbona major habitationis commoditas esset, eodem sumptu ac labore, quam muri, qui Templum Collegio adnecit, ruinam prævertimus, tria partiter structa fuere cubicula, his usibus perquam opportuna.

1018:
Dilinge
novi Tem-
plici accep-
tatione
fundamen-
ta.

Episcopus
confert
liberale
subsidium.

Majoris longè moliminis opus Dilingæ cœptum; ubi, æquaten solo ædibus, purgata area, ac Martii vigesimali sextâ die descriptus a muslim, ipso Principe præsente, novi Templi ambitus, triduoque post cœpta effodi fundamenta, egestâ inde terrâ in nostrum hortum invectâ. Quintâ Aprilis, postquam conventum de pretio est, missa fabricæ cura Joanni & Alberto Alberthalii fratribus, architectis Italîs; ac postridie à Christophoro Grenzingo, Collegij & Academiæ Rectori, primus lapis in fundamenta demissus, absque ulla solenni ceremonia, quæ reservanda videbatur Fundatori Episcopo. per hiemem suis jumentis copiosam advehi curârat materiam; cùm que eo cives pro sua quisque facultate certare visi. Materiæ floridos mille & quadringentos adiecit; nihilque curæ aut opis prætermisit, quâ suum esse id opus ostenderet.

1019.
Friburgi
in novum
Templum
immigrat-
ur.

Apud Friburgenses post sexennij laborem ita tandem perfectum est Templum, ut in eo celebrari jam satè decorè Divina officia possent. Igitur post longam annorum triginta patientiam, quibus intra parvum Sacelli angustias, nobis juxta, & adventantibus molestas, coarctabamur, in novam Ædem immigravimus, capacem illius frequentiæ quâ festa nostra celebrare populus consueverat. Ipso Archangelo Michaëlis sacra luce, cuius memoriarum dicatus est locus, immigratum est, solenni ritu ad aram faciente, qui tunc Collegium lustrabat, Praeposito Provinciali, Divinumque Epulum præbente numero populo quem partim concessa à summo Pontifice poenarum remissio, partim ipsa novi Templi structura, digna visu, attraxerat. Iplam ædifici frontem insigni ornamento spectabilem fecerat vir nobilis, Petrus Perromannus, insertâ eidem egregij operis statuâ, quæ Divum Archangelum

gelum cum subiecto pedibus Dracone Itygio repræsentat. E solidi lapide excisa, & inaurata effigies septem pedes altitudine æquat. In usus novi Templi præter multa, quæ offerebantur, Sacerdotum & altarium ornamenta, opportunè submissi mille coronati, quos Henrici IV. Galliarum Regis nomine, Legatus promiserat: quibus alios quingentos sexaginta sex, tum piarum matronarum liberalitas, tum morientium voluntas adiecit. Iplam consecrationem in commodius tempus differendam nostri cœnuere.

At Halenses, ut perfectæ nuper Ædis inaugratio, magna celebritate postridie calendas Majas perageretur, statim adlaborarunt. Præter Marchionem Burgoviæ, ac Sibillam conjugem, septem ex utroque sexu Archiduces solennitati præsentes, nobiscum pransi, theatralibus deinde ludis spectatores, & eximij laudatores intersuere: quamvis, quod commodus collocandæ multitudini locus deesset, sub aperto cœlo constituere theatrum oportuerit. Mox ad Templum, divite ornatu locupletandum, Patronorum se cura & munificentia vertit. Diversorum liberalitate oblati aurei octingenti. Preciosas ex ebeno & argento tabellas Oeniponto Serenissima Archidux vidua misit. At omnes longè superarunt, quæ in Regio Parthenone vivebant, Christierna & Eleonora Archiduces, oblati calice aureo magni pretii gemmis ac margaritis distincto; cui auctarij loco decem millia florenorum addidere. Tandem & cœlum novæ Ædis religionem beneficio auxit. Nam honesta quædam Matrona, quæ post gravem morbum ferè omnem oculorum usum amiserat; surgenti in Diverum omnium honoré Templo, ubi primùm suprema ei manus fuisse imposita, donum vovit. Nec sefellit concepta spes; atque illud cum munere votivo ingressa, libera ab oculorum vitio domum rediit. Et nescio, an hujus rei fama, an spontanea Religio, Colsensem Parociam moverit, ut adversus incendia, identidem apud eos erumpentia supplici adducto agmine, in eodem Templo auxilium quærerent; quod etiam invenere, factò propterea eandem Supplicationem quot annis iteran. di decreto.

Constantiense Templum ternis hoc anno aris instruxit illustrium Patronorum munifica manus. Et maximam quidem, Divo Conrado sacram, Truckeffi Fratres Henricus, & Frobenius, Barones Walpurgici statuere, expensis in opus bis mille aureis. E duabus minoribus una. Illustris viri Jacobi Hannibal à Raittenau Baronis in Langenstein, munificentia stat: altera, ab Illustrissimo Carolo Hohenzollerano Comite, Deiparæ honoribus, erecta Catholicæ pietatis, quæ semper ea Domus claruit, est monumentum. Ratisbonæ vero in nostra D. Pauli Æde insignem ex argento lampadem Gaspar Sigismundus à Lerchenfeld, Episcopalis Aulæ Mareschallus, suspendit.

At Ebersbergense D. Martyris Sebastiani cultu ac beneficiis celeberrimum, nostrâ curâ & sumptu ita instauratum est, ut aliud, ac planè novum videri possit. Post Sacrarium enim pretioso ad rem divinam celebrandam ornatu liberaliter instructum, necessaria videbatur de ipso Templo ad nostros usus aptando cogitatio. Igitur ea, quæ Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Rrrr vctu-

vetus state infederat, deteria fuligine, destructum est, quod ab ut muro ad alterum pertinebat odeum, quod Monasticæ olim Psalmæ dæ, ac musicæ accommodatum, populi conspectum arcebat; it et jam liber omnibus ad aram principem aspectus pateret. Mu insuper alia, quæ vel redundare, vel officere elegantiae videbantur sublata. Veteri submoto, novum altare sumnum è fundamen erectum, splendido admodum ac magnifico opere, impensa tri millium aureorum; ad quam summam trecentos & quinquaginta versorum ergo Divum Indigetem pietas contulit. Novo Tempore novum donum Serenissimus Bavariæ Dux Guilielmus submisit, spinas è Chri. sti corona duas è Servatoris patientis corona. Constat ex litteris, quæ u missæ hodie dum servantur: Joannem Christophorum à Westernach tunc ex Equitum Teutonicorum Ordine Commendatorem Kapfeburgi, mox Supremum totius ordinis Magistrum, unde ad Guilielmum pervenerant, accepisse illas à Norimbergensi Commendatore; cuius avus, qui terram sanctam iterato lustraverat, inde secum allatas, theca argentea clausas inter Familia cimelia ad nepotes transmisera. Verum Bojca in honorandis Divorum Reliquiis inexhausta pietas ultros fines in ipsam se rufus extendit Helvetiam. Cum enim Sed nense Canonicorum Collegium complura Thebeorum Martyrum sacra ossa Lucernensibus nostris dono misisset, iisdem pro dignitate ornandis liberales sumptus Serenissimi Duces Albertus & Magdale obtulere.

^{1023.} Res Oeconomicæ Lucernensi Collegio id etiam hoc anno percommode accidit quod laxandis ædificii sui angustiis novum aperuerit spatum, & per molestâ simul viciniâ se liberârit. Nam capona, quæ ædibus multis contigua ædificaturis obstabat, & comporantium clamoribus quieti gravis erat; empta nunc tandem est florensis mille nonagesima partem sumptuum refundentibus quibusdam Matronis, quæ florensis donarunt septingentos. Bruntrutana res emptione stabilium quadruplicem proventum aucta, quos ex Urbe Decurianæ hereditate coemere; quod eos perquam commodos agrorum, pratorumque unde veniunt, propinquitas faceret. Landsperga, cum cresceret Provincia tironum quoque numerus cresceret; ad eum, unde victus haec tenus capiebat, fundum, Kaltenbergam adjecit, Superiorum maximè beneficio; qui partem bonorum, quæ Societatem ingressi tollerant, hic maximè conferendam existimabant, unde in Provincia universæ obsequia omnes, post jacta Religiose vitæ fundamenta, perdirent. Facta illa Kaltenbergæ ad bona nostra accessio tam pro subditorum voluntate; ut ad primum de vendendo nobis pago rum rem gaudio exslientes supplex agmen ad Virginem auxiliatricem campum Lycium duxerint, optatam pridem sub nostra jura vendidi forte exoraturi. Quod post Landspergam nos excipit Ingolstadiensem scientiarum emporium, beneficium hoc anno sensit Henr. eum Canisium, Juris Pontificij Professorem, non pietate minus, quam doctrinâ memorabilem. Is Bibliothecam, quam habebat institutissimam, ita divisit; ut Collegio nostro præter annales Baronianos, liros omnes Theologicos: alteri D. Hieronymi summam D. Thomæ cum Tomis antiquarum lectionum: reliquam omnem librariam superpellere.

pellecitem Academiz testamento legaverit; hæredem verò ex asse instituerit Marianam Sodalitatem.

Atque hoc postremum Divino potius, quam humano consilio factum nemo postea dubitavit: ut vir eruditioñis, virtutis, ac integritatis famâ clarissimus, tam præclaro publicoque judicio Partheniam Sodalitatem honoraret, eo ipso tempore, quo alij, ut agrè Jesuitis facerent, huius quoque disciplinam evertere nitebantur. Quæ ob Güericij, refractariorum adversum nos provocationes accipientis, simulationem superiore anno tricæ artificæ Facultatis disciplinam laxaverant; hoc anno etiam animos secere dyscolis, hucusque sancte habitos Marianæ Sodalitatis Magistratus, legesque spernendi. Notabatur ex more, Sodalium quorundam in Sacramentorum usu socratio: aliorum pravi & exemplo noxijs mores, privatis publicisve admonitionibus castigabantur. Id indignè ferentes, coitione facta, Jacobum quendam Bertholdum, cuius in privatis conventiculis eminebat audacia, oratorem sibi delegere; qui composita oratione in publico conventu, sociorum nomine adversus Præsidem, ac Præfectum querelas proponeret. Jam ad dicendum surrexerat: cùm silere jussus dacia. à Præside, excessit conventu, sequentibus eum aliis ferè quadraginta. Hi omnes, veluti de injuria questi, Doctores primò Steuartium, atque ipsum dein Academiz Rectorem accessere, oblato libello poscentes: Primo, ne ab ullo petatur de sulcèptis è Legum præscripto Sacramentis testimonium. Secundò, ne quidquam in publico Conventu Præfectus Sodalibus denuntiaret; nisi ex consensu Consultorum. Tertio, ut Carolus Hittendorfferus, Sodalitate nuper exesse jussus revocaretur. At successerat interea Guericko in supremo Magistratu Hen. Frustrè ap: ricus Canisius, cui inprinjis curæ & amori Sodalitas erat; qui nec pellant ad qua, nec se digna peti assenserens, quiescere jussos dimisit. Ita, Rectorem Academie Canisium, cùm non esset, qui protegeret, statim solutum est sœdus; ac plerique ad proximum conventum rediere, dissimulante, quod sponte revertebantur, Magistratu. Ceteris certa ad redditum designata dics: quæ qui adsuere, in gratiam & communionem recepti, reliquorum, qui animos obstinârant, nominibus ex Albo deletis. Cùm post hæc Canisiano testamento scripta insuper ex asse hæres hæc ipsa Sodalitas fuisset; adeò illa res nonnullorum animos ussit, ut occultis nuntiis ex ipso Belgio quosdam defuncti consanguineos ad cernendarum hæreditatem evocaverint; quibus, ne indigna lité Sodalitas implicaretur, aliquot centenos florenos permittere quantumvis indebitos, maluit.

At Monachij duplex, sub majoris, ac minoris nomine, Parthius coetus, non capiebat ultrà Sodalitum servorem, ac numerum. Igitur capto tertium erindi consilio, nata est, quæ hodieum florset celeberrima Sodalitas civium, noménque ab Annuntiata Virgine tulit. Ipse, quo accepta est, ardor argumento fuit, nihil olim florentissimis quibusque Sodalitiis de virtutum studio concessuram. Mos eo Matris Virginæ Festo, à quo nomen quæque Sodalitas habet, suscepit religiosissimè Sacramentis, publico in Conventu, consuetâ formulâ se rursùm Marianis obsequijs devovendi;

ab Augustanis quoque Sodalibus hoc anno cœptus, mirum est, quia ab Augustano. tos addiderit stimulos jam antè currentibus. In novos semper pietum servor. tis exercendæ modos ingeniosi, eò etiam devenere è majori Sodaliti nonnulli, ut per eas, quæ Christi nascentis festa præcedunt, hebdomades, jejunium sibi sponte indicerent, & esuriali prandio contento. Et peculia. cœnam vinumque ad miseros pauperesque transmitterent. Ha re fœdus cum Dilin- gana. ipsa major Sodalitas, cum majore Dilingana in arctius insuper fœdum convenit, quo quævis alteri promisit, in menstrua Divorum sortitione uni semper Sodaliū injungere, ut pro alterius felicitate accremento Deum eo mense precetur.

^{1027.} *Felix obi- tus Sodalitatis Constantie. tudo, quâ, uti omnes cum Romana Sodalitate conjuncti, unius corporis membra habentur: ita perpetuo litterarum commercio secundum dicens.*

Vigebat tunc etiam inter Coetus Parthenios pulcherrima consuetudo, quâ, uti omnes cum Romana Sodalitate conjuncti, unius corporis membra habentur: ita perpetuo litterarum commercio secundum dicens. communicabant, si quid accidisset, cuius perscripta narratio affter solarium, vel ad pietatem incitamentum posset. Recreavit omnes plurimùm, missa à Constantiensi Sodalitate epistola, quâ morte significabat Joannis Friderici à Neuchingen, viri antiqua Nobilitate, Ecclesiæ Cathedrális Canonicatu insignis; magis tamen vitæ optimæ exemplis, ac morum integritate clari. Is morbo correptus, ut primùm non carere periculo sensit, expiato accurata Confessio animo, sacris morientium præsidiis sollicitè se communiuit. Sub nocte occurrente levissimo nævo, cùm Confessarij nec copia tunc, nec recessitas esset; nihilominus ad præsentes conversus, eam animi tentissimam labem aperuit, rogans, ut, si ante Sacerdotis adventum rati ipsum, aut lingua deficeret, adventanti & noxam, & intimum, quæ de ea sentiret, dolorem significant, & absolutionem expeteret dignus profectò ob integrissimæ mentis candorem, cui de le narrata fides haberetur; & hoc ipsum, quod narrabat, beneficium contigeret. Nam pulsato repente diversis tentationum fluctibus animi cùm è D. Bernardi consilio Maris Stellam respiciens, ad Mariam configueret; videre illam sibi visus est Divinæ Trinitati pro se supplicantem. Verum cùm in ipsa supplicis fronte, atque oculis nesciuid severitatis apparisset, majori terrore, quam solatio affectus, res Patri exponit, anxiéque rursus in se ipsum inquirit. Jussus inde Servatoris monito, pia importunitate insistere, dum, quidquid fuisset severitatis, in serenitatem mutatum intelligeret; obsecutus paulò post oblatam sibi eandem speciem habuit; nisi quod, optima mutatione, blandam se Virgo hilarèmque ostenderet. Ita, nudo incepit animum tentatione pulsatus, placidissimè obiit. Alterum exemplum cum solatio legendum Augustanæ Sodalitatis, quæ minores complectitur, epistola dedit. Adolescenti ab singulari moribus candore, ac integritate apud omnes noto, bina per quietem se specie obtulit; una mulieris compræ, & superbum in morem studiosè ornata; altera candidissimo, simplicique habitu, vultuque ad modestiam ac verecundiam compositæ; quæ simul, ut, omisso altera, se potius respiceret, ac sectaretur, admonebat. Annuit adolescentis, & ex perrectus, tanto animum castitatis, æternum Deo Virginique devotidæ, desiderio inflammatum sensit; ut provolutus in genua connuo illibati corporis florem concepto yoto, inter liquidissima anima gaudia Deo consecraverit,

^{1028.} *Augustani Sodalitis mira visio.*

Unius tamen Dilingani Sodalis satis funestus exitus tristi documento fuit, cavendi vel ab unius hominis periculooso consortio. Is è Syntaxeos schola discipulus, & ob paupertatem ex ollariis unus, cuidam Physices studiose, uti ferebant, ultrà, quam honestas pateretur, consueverat. Ab hoc inductus, ut liquorem causticum, quem vinum cremenatum vulgo appellant, hauriret liberalius; ejus vim forsitan ignorans, ita se intemperanter implevit, ut è popina domum reverfurus in platea corruerit. Alienis igitur manibus relatus ad suos, quinque non amplius horas supervixit; nec inclamatus, praeter altum suspirium aliud, quod præsentem animum testaretur, signum edidit. Academia & Congregatio, ut præter foedum exitum etiam poena terreret, in funus non prodiere; quamvis, commendata omnibus defuncti anima, permisum fuerit volentibus, corpus ad sepulturam comitari. Seductor infasti adolescentis & ipse ob intemperantiam gravi morbo prostratus, ubi primùm convaluit, res suas sibi habere jussus, ab Academia amandatus est.

^{105.}
Dillingani
contra fu-
nus exis-
tus.

Neque ita nostrarum duntaxat, quæ à Societate ortæ, ab eadem reguntur, Sodalitatum decus & incrementa promovimus; ut non una curæ nobis esset aliorum piorum Coetuum instauratio. Certè Augustana SS. Udalrici & Afræ Sodalitas, quæ temporum ac hominum virtio ante annos complures delierat, Ecclesiasti nostro, quod revixerit, debet; qui in publicis concionibus, de illa Primorum Augustana Ecclesiae Patronorum injuria questus, ita in eorum cultum animos flexit; ut instauratum novo ardore vetus Sodalitum, capita hoc statim anno bis mille ducenta numerarit. Pari felicitate Malsij in Vinsgovia refloruit alia D. Sebastiani honoribus dicata Sodalitas. Illam tam largis olim proventibus majorum pietas dotaverat; ut proprium alere Sacerdotem percommode posset. Verum, posteris ab ævo majorum, serè quantum tempore, tantum pietate recendentibus, ita in desuetudinem, ac denique oblivionem abiit, ut ne unus quidem Sodalis superesset. Illam restituendi occasionem Missio dedit; ad quam in Vinsgovia, seu valle venusta, instituendam nostros evocaverat Curiensis Episcopus.

^{106.}
Restaura-
tur Augu-
stine per nos-
stram Ec-
clesias
Sodalitas
SS. Udalri-
ci & Afræ.

Malsij in
Vinsgovia
S. Sebas-
tianu-
s.

Adiacet Vinsgovia Grisonum finibus, vallis ampla; quæ ob situm ^{107.} Missio in amoenitatem cum fertilitate conjunctam, multorum nobilium sedes, vallum va- venustæ nomen non immerito obtinet. Populum alit frequentem, nesciam suam fuisse Vinsgovie cùmque Catholicum; sed tunc vel ex hæreticorum vicinia corrup- tum in fide, vel ex Pastorum idoneorum penuria rudem. Austriacis Principibus, ut reliqua Tirolis subjecta; sacra tamen iura à Curieni Episcopo petit, qui in arcem Fürstenavensem, quam nobilem ibi ac perjucundam habet, perfæpè recipere se animi causâ solet. Is animarum suæ curæ creditarum necessitate perspecta, Societatis operam statuit expetere, jam pluribus sibi experimentis probatam. Duo igitur Sacerdotes, Oeniponto unus, alter Halâ, ad eum profecti, summaque humanitate accepti, divisa inter se valle, superiorum eius partem unus, alter depresso excolere coepere. Ne qua dies labore sacro & fructu careret, ter in hebdomade pro concione dictum: ter instituta catechesis; cuius in gente erroribus æquè, ac inscitiam Histor. Prov. Germ. Sup. S. J. Tom. III. Dec. VII. Stet labo.

^{107.}
Hujus mo-
nas. & mai-
plex fra-
gia.

laborante summa erat necessitas. Plerosque, Magistrorum magistratu, quā suā culpā laborasse, arguimento fuit summa, quā nō stros audiebant, aviditas, eo numero confluentes, quem Templo nō caperent. Eliminatae superstitionum ineptiae; emendatae contritum vitia; & Sacramentorum maximē cū usus, tum administrat ad Catholici ritū sanctitatem conformata. Reducta sub vesperu seriae quintæ, campanæ signo Christi agoniam in th̄memoriam revocati consuetudo; & revocatus Catholicarum percum, qui exoleverat usus. Lustratæ, Patrumfamilias invitatu, quatuordecim Nobis arces; expiata peccatorum confessione familia; examinati, quæ vel precum, vel otij causā volvabant, libri; multique in flamas cojecti, quos callidæ adversariorum artes incautis obtruserant.

Nec minùs in sacrorum Deo hominum utilitatem se cura Missionis ac fructus porrexit. Accersitus à Dominicanæ Familia M^{onasteriorum de} Monast. nialibus unus, peccata confitentes audivit, & opportunis ad Reges. perectionis studium monitis instruxit. Vivebant in meditatores. Catholicorum complures Monasteriorum desertores, qui, nemini vel invitante, vel competitente ad redditum, parta transfugio libertate impunè gaudebant. Admonitus de re pessimi in publicum exempli Episcopus, statim decrevit, nemini tali indulgere deinceps intrare Dioceles fines persistendi facultatem. Duo, ut luis se ascetis redderent, à nostro persuasi: tres regressuros se negantes purgari noxia præsentia Dioceles jussi.

1032. **Viri nobilis Sacerdotis memoranda conver.** Illustravit Missionem, novorum quotidie fructuum feracem unius Sacerdotis, jam dudum nihil profano agentis, insperata curatio. Is nobilitate, & opibus clarus, Cathedralis Ecclesiaz Curiensis Decanum cū ageret, nescio quā vel maleficij, vel melancholiæ vivendo iudicio, sibi persuaserat, corpus suum insiderit à malo genio, quæ crepta agendi sentiendique libertate, arceret à bono, inque malum impelleret. Eaque mentis aberratio adversus omnes amicorum conatus ita miserum occupavit, ut suæ conditionis, officij, rerum Divinarum ac humanarum oblitus, nullum jam Christiani hominis, nunc dicam Sacerdotis, munus expleret. Ergo amotus ab officio, & opibus sensim dilapsis, rerum omnium egens, locum in publico Nosocomio concessum pro gratia habuit. Illuc invisentes nostri cū in cunctis incidunt, tantam viritalis calamitatem miserati, tam dextrè suaviterque se in ejus animum insinuârunt, ut & animi sui statum integrum aperiret; & lubens, quæ dicebantur, admitteret. Itabrevi efficitum, ut resumpto Christiani hominis officio, sincera peccatorum confessione animum expiaret; quam mox tanta, sedata omni perturbatione, secuta tranquillitas est; ut ab ea die optimi Sacerdotis partes obire constanter cœperit, maxima omnium admiratione, pridem de restituenda homini bona mente desperantium. Crevit inde plurimum cleri erga Patres amor, ac estimatio, & sublatum opinione facilis inveteratum odium, quo Sacerdotes duo maxima populi offensione sese aversabantur. Quorundam ignorantium non leves etiam in Sacramentorum administratione correcti errores: meliores alii optimam discutiendæ conscientiaz, meditandi, ac temporis cum fructu collocandæ rationem edocti. Episcopus ipse Missionis Auctor, ut non ex alio no

no duntaxat, sed proprio etiam fructu solatiū caperet, omnes vitæ totius noxas apud Missionarium relegit, jam latto animo imminentem, ut ajebat, mortem præstolaturus.

Et hanc quidem messenti novus iste ager operariis tulit, egregio operæ, primo eidem impensæ, pretio; cui veteres, & sèpè jam culiti, haud parciius respondere. Elvacum nostros, ægrè semper dimissos, octies revocavit. Vix rarius fuit Dilinganorum Patrum ad Fultenbacense Monasterium excursio, Episcopo & Abbeate peregrinibus; quod plurimum id prodesse cernerent ad instaurandam, confirmandamque Religiosam disciplinam. Hoc anno à Dilingano Collegio procurari etiam coepit. Donaverdana Missio: ubi quatuor ac triginta supra centum ejurato Lutheri adjuncti Catholicis. Magnus is numerus cuiusvis videbitur, difficultates ac impedimenta justa lance ponderanti. Nihil quippe omissum à protestantibus, quo ab redditu ad sacra Catholica deterri civitas posset. Sparsi eum in finem diversi rumores, ac publicis privatisque litteris confirmati. Hos inter pro certo ferebatur, haud commissuros protestantes, ut diutius pignoris loco in Bavari Ducis manibus civitas hæreat: jam inventam esse, illos debitum, simul & alieno jugo liberandi rationem: intra quartum mensem redditum iri civibus pristinam libertatem. Eam famam diu creditam, ubi vanam esse tempus ostendit, successit alia: coisse in foedus protestantium ordinum Principes: scriptum militem, qui armis Iæsa protestantium jura, & creptam civitati libertatem recuperet: cum, qui nunc remotius militet, brevi in conspectu exercitum fore. Dictis fidem adstruere facta videbantur, editis ab unito tum Principum exercitu in Franconia, & Alsatia satis acerbæ hostilitatis exemplis. His erexit in spes novas Lutherani cives insultare Catholicis: qui à Lutheri defecerant, trepidare: multi, qui in via ad Ecclesiam erant, pedem retrahere.

Accidit tunc res, cuius insolentia varios in plebe motus, & multam sermonum materiam dedit. Nam clara die homo quidam agrestis, in quo nullum ceteroquin emotæ mentis apparebat indicium, solo linteo tectus, distentis in crucis modum brachiis, urbe ingressus, in medio foro procumbens in genua, attonitam circa plebem obsecrare, & obtestari coepit: per quidquid sacrum sanctumque haberent, tandem aliquando resipiscerent, Deum sequerentur monitorem, & Magistratibus obtemperarent; antequam in ultimum devolverentur exi- cium. Cumque nihil aliud ab ullo quereret, aliisque omnija pro sano ageret; non paucos minimè rudes, aut meticulosos salutaris horror incessit, ac hæreos deserendæ incitamento suit; cuius nempè insinuò apertæ adversus legitimos Magistratus rebellionis exemplum ipsi extiterant.

At uni viro auctoritate atque opibus' pollenti, sed ob respectus metusque humanos salutis consilia identidem procrastinanti, sub quietem se species objecit Christi Servatoris, scilicet exprobrantis, quod tamdiu contra stimulum calcitraret. Non fuisset inanem somniantis speciem, impressa ostendit animo vis, cui ultra obsistere impotens, intempesta nocte acciri nostrum jussit; spretis-

que, quæ hactenùs insuperabilia videbantur, obstaculis, ejusmodi errare, palam se Catholicæ Veritati addixit. Nec coelestes decrant, quæ Catholici dogmatis puritatem commendabant, favores. Nam hominem, frequenti furore domesticis gravem, sola peccatorum confessio pacavit; & foeminæ phrenesin suspensa è collo B. P. N. lipsianæ theca abstersit. Nos in restituenda Religione nunquam desiderari nostram operam passi, ad Christi Ramalia veteres Ecclesiæ ceremonias dudum hic intermissas revocavimus. Instaurata quoque desita pœnitenzia, cum Eucharistia per Templum circumlata supplicatio, quamquavis hebdomadæ feriâ; quam olim fuisse hic celeberrimam, ex Pontificum ac Cardinalium litteris, in Tabulario repertis, est cognitum.

1036.
Ab Hor-
beni op-
pido, & vi-
cina polis
bucida.

Dum Donawerdani Patres è Sueviae finibus hæresin eliminaverint, contendunt: Constantienses nostri interiora illius ab eadem luce vel sanguine, vel intactas, servare laborabant. Horbam, haud manu num Austriae ditionis in Suevia superiore oppidum, è vicina Wittenbergia se insinuaverat hæresis; cuius in circumiecto etiam agro semina pullulabant. Admonitus de periculo Carolus Burgoviæ Machtio, cui tunc ea Regio parebat, duos sibi è Societate mitti Sacerdos tes Constantiæ petiit, quorum opera & consilio, infedi ab sanis secreti, ad fidei sinceritatem revocarentur, & ab agro noxiis herbis purgato arcerentur zizaniorum seminatores. Cumque messem eos ubi rem legisse Princeps intellexisset; secundò redire ad spicilegium jussit.

1037.
Neobur-
genses ad
Rhenum
Societatem
expediti.

Reditum quoque hoc anno Neoburgum est, oppidum in Rheni littore situm, quo is ab Alsatia Brisgoiam disternat. Abhinc triennio jaeta hoc in agro fermentis fuerat: sed avocati è medio labore nostris discesserant, antequam ad plenam frugem maturisset. Hoc anno Parochus oppidi, cum invaletudine debilis de relinquendo munere cogitaret, rogatus à Senatu; quod ad juvandum, quem unus optimo nosceret, gregem consilium daret? respondit, sibi quidem viam numeram certiorem meliorēmque occurrere, quam si Societatis Iesu Patres accerferent; quos non dubitaret, juventuti, ac populo doctrinam & exemplum profuturos. Facturum se ex Parochi sententia cùm illico Senatus decrevisset; alegati ad Provinciæ Præsidem sunt, quæ communis nomine Societatis operam ac subsidium paterent: missis locum idoneum, & viatum annum designaturos. Verum de Collegio, aut perpetua etiam sede, negatum: ad certa tantum tempora condicta opera est, quæ hoc statim anno opportunitissima civib[us] accidit, quos geminus terror, à bello, & lue venenata exanimaverat. Visebat ad contactos eo malo intrepidus noster, & auxilio coelesti defensus, hunc quidem annum inter funera salvus exegit.

1038.
Longavil-
la Prin-
ceps Lan-
deronæ
perpetuam
eis Missio-
nem valit.

Cum nusquam deesset foras cum fructu prodeundi occasio; fix uno loco labor novum pariebat in alio. Ita, dum consuetis aliis annorum Missionibus Friburgenses Collegæ instabant, secundus de illarum successibus rumor Illustrissimam Principem Longevilleam permovit, ut in suum Landeronense oppidum, septimo ab urbe lapide diffitum, nos evocaret. Eò ubi à nostris perventum est, magnum Catholicæ pictatis neglectum cùm aliis argumentis, tum ex eis depre-

deprehendere, quod extra Paschatis ferias religio omni anni tempore Sacramentorum usu omnes abstinerent. Erat, quam ad venerant. Sanctorum omnium memorie sacra lux: statim noster aggressus ostendere, quanta ad salutem & morum sanctitatem pertingendi vis insit sanctissimis Poenitentiae ac Eucharistiae Mysteriis, cum accensae orationis fructum tulit; ut mox à concione quadraginta expiandos sese, ac coelesti Dape reficiendos offerrent. Cumque ad Principis preces sub proxima Nascentis Domini festa resumisset laborem, aucto plurimum numero, convivas Divina mensa numeravit trecentos ac triginta; quae res tantopere & cives & Principem cepit, ut inde perpetuam in annos singulos Missionem esse voluerint.

In Vallesia fatis prosperum res nostræ cursum tenere, aucto in dies discipulorum numero, quorum centum ac triginta numeratis, quos inter quatuor & viginti erant haereticis parentibus nati. Movit ea res Superiores, ut Calparo Mezgero adiutori laico, è Vallesia evocato, subrogarent Joanneum Tissotum, nondum Sacerdotem, qui quod alter nequibat, in docenda juventute navare operam posset. Ad dicendum porro evocati à Curiosis, aliquoties ad ipsos haereticorum fines cum penetrassent, non defuere ex iis, qui proprieatè gravi in nos ira accensi, cum à Cathedris Catholicorum jure nos prohibere non possent, viagendū censuerint. Jamque unus in sacrarii angulum eo fine se abdiderat; ut dicentem aggressus è suggestu proturbaret. Verum impeditus tunc ab executione consilij, alteram, quam in opus deduceret, occasione non habuit; inopino exitu sublatus ante, quam noster dicendi causà reverteretur. Vel ab ipsis dæmonum spectris infestata nonnunquam simplex plebecula, cum ad nos confugeret, salutare Jesu nomen invocare docta, facile se ab iis larvis expedivit. Et fuit haec Religio saluti tunc maximè è monticolis uns, cum minus eà dignus videbatur. Is è rupe se in pagum demiserat, empturus uxori pueraræ congium vini: cum deprehensus à tenebris, à fratre germano rogatur obnoxie, ut declinatis, quæ nocte per prærupta ituro imminebant, periculis, ad se divertat. At ille à vino largius potato animosior, & fratri tanto magis retinenti iratus, affirmat: domum illo se vespere redditum, etiam mille diabolorum ingratiss. Ad est continuò procero corpore cornutus vector, & infelicem subit, spectante fratre. Exterriti ambo, cum non esset, quo se defenderent; salutiferum Jesu nomen inclamat: quo auditio diabolus ad provocatorem versus: quid opus est mille, inquit, cum unus asportare te possim? quo dicto pedibus se, atque oculis subduxit.

His in Vallesia actis, memorabilior fuit victoria de Stygii veteratoris artibus, quibus in finibus Nariscorum, quarto fermè à Ratisbona lapide, aliquamdiu agrestes deinentaverat. Puella rustica epilepsiaræ obnoxia, & ob id in vulgis hota, à vicini pagi encenitis revertebatur. Ea, dum dè via choream spectat, offerri sibi vidit virginiculæ speciem, cultu decenti, vultu, quam hominis, augustiore; sed atro. Humerum illa spectantis pulsans, grandi, inquit, cum miseria tua confundaris: sed babe bonum animum. Si me audi, morbum tibi excuso. Dictum, saepum, quin puellam insuper id

Histor. Prov. Germ. Sup. S. 3. Tom. III. Dec. VII. Tatt genus

genus morbos curandi in aliis modum docet. Aquam è profluentia alveo haustam certis carminibus incantare, traditisque à se orbiculis imbuerè jubet idque in proxima, sed pridem deserta ædicula: quæ celebrari statim hac novitate coepit. Secutæ morborum persanationes ita percrebuere, ut non vicinam tantum plebeculam; sed longius distos, etiam primarios homines, ad locum fama pertraheret. Rebus in superficie tantum considerantibus eò minus apparebat, mali quod certus precationum numerus, & exhomologes imperarentur. Calvinianæ pueræ, si morbo liberari vellet, etiam hæreticos detestatione præcepta; eratque superstitione eò ad fallendum aptior, quod pietati propinquior.

Sed cum multa prudenteribus rem in dies magis suspecta facerent; ad Bojorum Principem, agri Dominum, quæ agebantur prescripta sunt; qui statim Ecclesiasticum Magistratum admonuit: videret, ne specie pietatis illuderetur Religioni. Profecturus illi Ratisbonensis Proëpiscopis, unum è nostris Patribus secum abduxit Adventum illius antevertens pueræ genius refert: Virum propinquum in loco divertisse, propediem in ejus vita & acta investigaturum verum, addebat, age, Et intrepidam te judicio siste. Tanta eris meo praefidio: nec enim à te unquam ego discedam. Præducta postea in consilium, cum, quæ fama vulgaverat, suo testimoniio comprobasset; examinandam Pater suscipiens, præstigias eas esse & falsam religionem manifestis rationibus deprehendit. Ipsa puella superstitione minimè pertinax, rudi simplicitate confitebatur, quæ nunc fateretur, fecisse; quod rem esse bonam crederet, & mutus cerneret esse causam sanitatis. Jam vero deceptam se tanto consiliis credere; quod cerneret, fidem illius concidere, qui advocatus fore in judicio pollicitus, nunc ipsam, & causam turpiter deserueret. Exempto errore, unâ cum parentibus, & alia rei gestæ conscientia, Sacerdoti nostro expiandam se dedit; qui consiliis mediisque adversus stygias artes instructos, graviter, ut sibi caverent, admonuit. Edocta etiam pro concione male credula plebs, abstinere suspectum remedium; nec unquam credere, invitatis Superis ullum sibi remedium saluti fore. Confirmavit tam necessarias inonentium voces Numen præsenti prodigo. Cum enim, dictorum negligens una pede quem lacer ignis depascebatur, in ædicula, recenti superstitione profanata, remedium quereret; vix limine superato, avulsam à suorum compage tibiam excidere sibi animadvertisit, amissaque pede, Religionis veræ superstitionibus non violandæ documentum fuit.

1042.
Missionis in
Silvam
Bavaricam
fructus.

Defector
Societas
pennicens.

Ex eodem Ratisbonensi Collegio Patres in Silva Bavaria etiam hoc anno repullulantes superstitionum frutices è multorum animis extirparunt; non paucis etiam, quos è vicino Palatinatu audienderat, Jesuitas pruritus adduxerat, ab hæreti liberatis. Hos inter cum hominem Catholicum, annos sexaginta natum peccata accuratiù quām inter hæreticos discere poterat, enarrantem Pater audisset; unde illam peritiam ex eo loco profectus haberet, rogavit. Ille, vobis, inquit, O Patres habeo. Heu! fui & ego quondam vestrum è Coadjutorum temporalium numero. Dimisus in Transilvania 8

nunc in Palatinatu uxori illigatus, poenas meæ stultitiae salvo. Utinam æternæ salutis media me non deficiant! adhuc quidem, expiationis gratiâ huc ire gratis licuit; dehinc vereor, ne major difficultas sit,

Ita & hunc, ut evenire plerisque post abitum solet, serò paenituit desertæ Societatis; cuius Parens Ignatius, concedente Pontifice publico ad aram coli officio coepit, novisque passim signis clarefcere. Præter complures reliquias à medicis, facto ad Divum votopaucos intra dies, vel horas sanitati redditos, Monachij Matrona non obsecrare loco nata, salutem ei in acceptis tulit. Jam quater mortuos factus enixa, cùm quintum jam partui maturum in utero ferret, hydrope corripitur, eoque proles suffocatur. Non dubium & ipsa funus erat: cùm animum cogitatio subit, adeundi Schleishiemense B. Patris Sacellum: quod ubi primùm facturam se vovit; & onere fatali, & periculo liberata, depulso insuper morbo lana, se sospitatori Ignatio fuit. Friburgi sanctus Parens, in curationis clienti adhibendæ societatem adhibuit filium Petrum Canisium, olim à se in Societatem adiecitum; cuius apud Friburgenses æterna memoria, & veneratio est. Adolescentem lecto vis morbi affixerat, ac ratione deiecitum in deliria egerat, inter quæ continua miraque loquebatur; nisi cùm Confessarius ad eum revisens preces quasdam Canisio, dum viveret, familiares præbat: tum enim repente se colligens, & quasi per intervalla sapiens, precantem sequebatur. Monitus, ut de peccatorum confessione solitus, Divum quoque Ignatum in vota vocaret, paruit; votoque concepto, à primis annis repetere peccata promisit. Nocte proxima objecta adolescenti per speciem B. Virgo, circumfusa ingenti luce, ac duobus è Societate Patribus utrumque latus stipata; Mox ægrum amicè compellans: noscine, inquit, qui latus meum hinc & inde cingant? dum hæret dubias, videt sibi ab altero, quem B. Ignatium crediderat, detractam vestem induendam offerri. Ad menem reversus, persoluto confessionis voto, rem, ut gesta est, Sacerdoti aperit, & ex eo Societatis Institutum animo complexus, voti compos vitam in ea religiosissime finit.

In ancilla Oenipontana, ab illato occulta vi gravi malo sananda, sacrorum Ecclesiæ precum, ac imprimis Sacramentorum divina virtus emisit. In vicinæ arcis famulitio posita, coenantibus aliis, ad infinitum ædium partem descendebat, ubi res varias, apud se depositas, condi ante paucos dies herus jussérat. Progressam longius visa primum circumvolitare avicula: mox nescio quæ larva medium complexa, tam horrenda vi lumbos compressit; ut ex ore & naribus sanguinem ejecstaret. Inclamat illa sanctissimum JEsu nomen, & repente à spectro deseritur. Audiérunt vociferantem domestici, ac festim accurrentes pallidam, trementem, & terrore obstupefactam; & iphi trepidantes inveniunt. Extractam humi cùm deposuissent, nostrum curriculo advocant; qui ægræ spirantem offendens sacram cereum accendi jubet; agnum consecratum è collo suspendit; signaculum salutis communis; preces Ecclesiæ recitat; & , redeunte sensim voce ac spiritu, ad peccatorum confessionem hortatur. Dum audiri, sacruin afferri viaticum ac oleum jubet, & utroque capientem mutari.

Tunc 2

nisi

1643.
De B. P.
Ignatio &
V. Petro
Canisio
memorare
da.

1644.
Sacramen-
torum ed-
am in Com-
pore su-
mendo vici-
tus.

Uti signi S.
Crucis

miri quam diligentissime preparat. Singula penè ad oculum prædese visa, usque mediis sanitati ac viribus restituta, ad solita ministria se brevi accinxit. In vicina vero Halensi civitate Catholicon formandæ Crucis consuetudo illustri beneficio commendata est. Narraverat in Catechesi nostra, S. Paulam Romanam dolores quoslibet impresso Crucis signo personasse. Hoc audiens foemina, secundum pedem multis annis graviter affecta, idem, cum nihil cetera proficerent, medium adhibere constituit. Et ecce tertia Crucis impressione sublatus est mali sensus. Rediens tamen postliminio malum, reportata Crucis formâ ita discussum est, ut penitus evanuerit.

1045.
Insigne mi-
raculum ad
invocatio-
nem DEI:
paræ.

Nec subduci posterorum memoriæ debet insigne prorsus beneficium, quod Dei Matre in opem vocata, Divina Potentia puer nostro dum bimulo Neoburgi ad Rhenum præstítit, abhinc biennio; sed hoc primùm anno, adnitentibus nostris, relatum in tabulas. Tantilla etate infans in cellam vinariam præceps ruit, viginti pedibus a tam, caputque in transversum pavimenti lignum tanto impetu illisit, calvaria sub cute eo se hiatu diduceret, qui duos facile capere posset. Quod maximè omnes in stuporem dabat, sub illæsa cute sinciput averterat se in vultum, & conditis oculorum orbibus foedo aspectu faciem omnem confuderat. Accurrunt domestici; chirurgum vocant, qui, actum esse illico concludat. Duabus à lapsu horis, cum mortuum omnes arbitrarentur; etiam Matri adhuc in scia casum significant. Adest illa, & tristi spectaculo attonita, in genua provocatur; utque vel semel fecum orationem Dominicam, cum Salutatione angelica adstantes recitent, rogat, & impetrat. Dein magna fiduciam concipit; si sospitem filiolum recipiat, se die assumptæ in colum Virginis, cum sex comitibus, Ianique filio ad Kirchoffensem ad eam peregrinaturam, idque toties repetituram; dum filius per ætatem ipsius Virginis susterre posset. Res mira dictu! cum incredibili omnium admiratione, voti damnata Mater est; & puer, qui secundum inter & tertiam pomeridianam ceciderat, horâ quintâ eadem die latuusque cum aliis coenavit; reliqua tantum in imo cruce tenui macula, ad accepti beneficij memoriam.

1046.
Ejusdem
ope respi-
scit illustris
Virgo,
incauta
lectione
abducta in
heresim.

Tam benignè gratiarum Mater grave corporis malum sanavit, quo casus imprætem sui puerulum affixerat; non minor benignitas sua quam graviore animæ malo Oenipontanam Virginem liberavit, quæ multe libri curiositate se ipsam inculta perverterat. Illustri genere orta hanc inferius Natalium claritate ingenium cum accepisset, huius imprudens usus eam penè in exitium dedit. Nam mira sciendi cupiditas flagrans, in quascunque chartas librōsque incideret, nullo probo inter ac malos discrimine, avida lectione pervolvebat. Rejecerant parchites codices nonnullos, Lutheri ac Calvini veneno infectos, in abundantum domus angulum; quos pridem oportuisset in cineres redigi. Non se sellere sagacitatem pueræ, curiola indagine omnia rimantis protractos in lucem furtiva lectione volvit, revolvit; ac sensim se in laqueos induit, quibus tanto tenacius hæret, quod extricandi viam ipsa nesciret; nec akeri se prodere velle. Calvini dogma placebat; cōquæ incauto assensu in animum demisso, complures annos

ad

ad speciem Catholica, re hæretica vixerat. Cùm tandem meliora mente divinitus injecta animadvertere coepit, quā propè ab inferno abesset. Nihilominus aperire malum superbia & pudor vetabant, nec anxie menti aliud occurrebat inveniendæ quietis remedium; quā fiducia in Deiparam, cuius amorem & cultum, quidquid contrā hæretiarchæ furerent, ex pristina pietate adhuc solum retinebat. Ergo consuetas Ecclesiæ ex officio Mariano preces per sesqui annum quotidie attente peragit: quo tempore in dies adeò ingravoscebarū conscientiæ stimuli, ut par ultrà ferendis non esset. Igitur è propinquis uni, quem arcanorum facere participem solebat, celatum tot annorum silentio malum aperit; qui attonitus periculo, Parrem continuo in ædes adduxit; quocum illa dies complures egit, & quinque omnino ac viginti Catholicæ doctrinæ capita vehementer oppugnavit. Verum, cùm æquè multum ad perspiciendas, cùm detegebantur, fallacias ingenio valeret, accedente cœlesti lumine, hostios inconsulta temeritate errores damnavit, fidemque veterem ex Tridentina formula in Principum ac illustrium virorum corona professa, ad Ecclesiam rediit.

Vulgatum unius Virginis ex inculta lectione discriben^{to 47.}
vit Magistratum vigilantiam, ad arcendam procul à Catholica plebe
hæreticorum scriptorum pestem; concionatoribus nostris strenue hæreticos
in parte suo munere fungentibus. Nam & Serenissimus Archidux,
& Brixinensis Episcopus, collatis consiliis, viros graves ac pietate con-
spicuos designarunt, qui, re cum nostris antè diligenter communicata,
Iustratis deinde omnibus, qui in quavis familia extabant, libris, pra-
vos ac suspectos secrevère à sanis. Patuitque, majorem fuisse, quā
credebatur, hujus consilij necessitatem; nam ingens illorum struca
debitis pridem ignibus arsit,

Trecenti & sexaginta hoc anni variis expediti erroribus ad Catholicos se adjunxere, quos inter Hebreus unus Bruntruti baptismo tinctus^{1048.}
alias, qui ad Mahometem transfugerat, ipsosque duodecim annos^{360.}
alcoranum prælegens ludum publicum moderabatur, Constantiæ suam impietatem execratus, rectè iterum credere, ac vivere coepit.^{Item Heb-}
Augustæ Lutheranam conjugem Catholicæ marito suam fidem sua-^{reus, & Ma-}
denti obstinatè renitentem cœlum graviter admonuit, manifesto sup-^{homeranus}
plicio. Confirmabant scemnam in errore improbi quidam homi-
nes: quorum familiaritas cùm quotidie magis intrastantem ficeret^{scemna}
eorum consuetudine severius aliquanto maritus interdixit. Cùm illa hæretica ab
excandescens: *quin potius, inquit, tu tibi caues à tuis Jesuïtis, meritatem*
& Capucinis. Vix ea verba finierat: cùm sellâ excidens velut^{lingue te-}
exanimis humili affligitur, ex eoque triduum totum muta, seræ instar
scđum in modum ejulavit.

Hæresi proximum Superstitionis malum, vel ubi pullulare vide-
batur, suffocatum in herba; vel, ubi inoleverat, radicitus extirpa-
tum. Oettinganos Patres ad virum quendam primarium fors tule-
rat, in cuius ædium parte vetus Imago stabat, virili specie, neminem
Histor. Prov. Germ. Sup. S. J., Tom. III. Dec. VII. Uuuuu ccr. Bacchi

Certo nomine referens. Eam penè idoli in morem caram habebant de mestici, vestiebant, atque aliis interdū veluti donis honorabant; bona vel malam domū fortunam in ea sitam esse, tradito per manus erroris dicitantes. Nostri herum adorti, serio hortantur, ut eam superstitionis materiem tollat; nec antē destitēre; quām igni tradita imagina soluta esset in cineres. Peioris exempli mos, quia publicus, Friburgi sublatus; quo primam à seria cinerum Dominicam populū profanabat. Nam majori ferè, quām in bacchanalibus, licenter eternatim procurrebant in campos, Bacchoque aras erigebant, ignes que accendebant, die clamores inter ac bacchantium furores consumpto. Quidquid in contrarium dicerent, agerentque nostri; absurdissimum morem exemplis Majorum, & vetustate defendebant. Hoc tamen anno imperatum à Magistratu, ut gravissimo interdicto hunc morem Christiana Religione indignum, & alia, quæ triduo bacchanaliorum agi licentiū consueverant, penitus susulerint.

1050.
Orationis
40. hora,
cum in
bacchanali-
bus felix
progressus.

Uthaberet tamen populus, quo periculum illius temporis otium sanctius falleret, cœpta superiore anno horarum quadraginta orationis apparatu, quām fieri potuit splendido celebrata est; instructa in eu- finem omni genere ornamentorum aulā Gymnasii, quā adhuc prī Templo utebamur. Reverendissimus Præfus Altariensis, tunc Lan- sanensis Dioecesis Generalis Vicarius, diebus singulis Pontificio ri- ad aram fecit, nostro hospitio, ac mensā contentus. Populi accu- sus ingens, & singularis Sacramenta expertentium ardor, atque frēquentia. Et fortè acciderat, ut Prætorum alter paulò seriūs è B- densibus comitiis Friburgum rediret: qui audito, finem solemnitas nox impositum īri; ut in partem adhuc veniret publicæ pietatis, nō domum quidem ingressus, relictis ad fores equis, unā cum Senato grandi natu, ut erat ocreatus, ad Templum venit, visoque civium ardore mirè latus, non antē, quām, præmissa concione sacra pompa clauderetur, discessit. Lucernæ quoque, quadraginta horis co- tinuari hæc hujus temporis religio coepit; quæ abhinc anno dece- duntaxat horis claudebatur. Ratisbonam primū hoc anno in- Qua hæc laudatissima consuetudo, & alia, vespertinos Psalmos d- cantandi in nostra Ecclesia diebus festis, quibus à solitis Conventib- Marianæ Sodalitates vacarent.

1051.
Ad aver-
tenda in-
cessuosa bella
peculiaris
oratio.

Cūm autem major hoc anno communium precum videretur in- cessitas, quod intestini belli metus, ac penè jam initium esset; Lan- spergæ hortatore nostro per omnes majoris jejunij dominicos festosque dies decem horas oratum est; idēque precandi modus, à Pentecote revocatus, in tertium mensē perduravit. Plus hac in re ad pub- cam salutem præstare Mnoacensis Collegii Patribus licuit; qui au- res fuere Principibus agendi, ut totā Boicā supplicaretur; quæ quidem preces Monachij aupud nos cœptæ, ac statis dierum intervallis ab ali repetitæ, ducentas horas implevēre.

1052.
Nostrorum
in pauperes
caritas.

Suasum præterea, p̄fiasumque, ut, Christi consilio, cum pro- cibus eleemosynam jungerent, quod feliciter in panperum oannis ge- neris utilitatem at solatium cessit. Hos inter eleemosynarios viru- non-

nōn piū minūs, quām copiosum rogaverat Monachij Pater, tū miseros duos, malē tec̄tos, Christi gratiā vestiret. Ille auditis pre. Monachij. cibus, adeo non abnuit; ut non duos duntaxat; sed omniō septau- ginta pauperrimos conquirendos, ac de suo vestiendos curārit. Quām August. Augustani Patres Superiore anno in ergastularios pietarem exercue- rint, suo loco perscriptum; quibus novum ab iisdem impetratum be- neficium est. Hactenū enim infelices tam oleni fornīce clausi tene- bantur, ut aērem non nisi corruptum trahentes, morbum ex pedo- re multi contraxerint; non nulli etiam ferēdis miseris impares mor- tem obiērint. Actum ergo cum Magistratu, peractūque; ut ali- um in locum transferrentur, in quo spirare saltem, ac vivere liceret. Conparata insuper piorum libellorum copia, unde Christianz fidei ac virte documenta haurirent, festis maxime diebus, labore vacuis. Et parebant lubentes Patribus, à quibus tam amanter & corpora sua, & animas curari agnoscebant. Nec minūs labentes nostri adibant miseros, quos suscep̄ta semel æternz salutis curā, cernebant in dies evadere meliores, carcere jam planè in scholam salutis converto- Compensavit hic affluens Numinis gratia nostrum, in iteranda saltem quot hebdomadis Catechesi, laborem, quo apud homines, inter virtu- tis ignorantiam & vitiorum exempla crescentes, supplere conabantur damna negle- pueritiz: quæ ut apud Catholicos tanto certius recte credendi vivendique rudimenta condisceret, Monachij Parochorum rogatu, Patrum unus singulis sextis feriis per scholas circumire, ac quid in Catechesi discenda profecisset, explorare juventutem cœpit; dum ad idem deinceps ex officio præstantum ludimagistri assuefierent. Oeniponti vero, ut obviām iretur malis artibus hæreticorum, pesti- feros libros clam obtrudentium, nostrā operā novus Catechismus in lu- cem prodūit, qui præter Catholicam veritatem hæreticorum quoque errores exponebat; adjectis, quæ plebeia ingenia haud difficulter ca- perent, responsis.

Augustæ hoc anno, Mathæo Radero auctore, prodūit Pars alte- ra Viridarij Sanctorum, de simplici Sanctorum obedientia, Joanni ad Montem Sanctum Abbatii inscripta. Quæ res quām & Præsuli, & nij SS. Para Religiosissimæ illi Familiaz grata jucundaque acciderit, testati sunt lit- teris omni humanitate, ac benevolentia plenis. Paulò post Præsul Raderi, Augustam delatus ad Collegium invisit, ac præter liberale munus ob- latum, actas nuper gratias iteravit.

Verū omnem rursus aliorum diligentiam ac vota eruditorum superavit Jacobus Gretserus, ad cuius veterem librorum numerum, Libri Jac- cobi Grec. sequentium hoc anno accessio facta. Prodiērunt enim ex eius Mu- seo in publicam lucem: *Vespertilio heretico-politicus*, in Societatem nostram contumeliosus. *Lutherus Academicus*. *Paulus Bernrie- densis de vita Gregorij VII. & Herluca Virginis*. Accessit *Apolo- gia contra Goldastum Calvinistam*. *Apologia Christianissimorum Regum Gallie Henrici IV. & Ludovici XIII. pro Societate JESU*. *Euria Predicantium Augustanorum ob refutatam Historiam Cam- bilbonicam*. Quas germanicè imprestiti Conradus Vötterus.

Unum e

Hor:

Hortus S. Crucis, cum novo Commentario de Peregrinationibus & Processionibus, & more lavandi pedes: quem Pedilavium appellavit. *Delzeriana Lusiones* per Conradum Vötterum germanicam linguam translatæ. *Basilicum ducor ad Serenissimam Magnam Britanniam Regem Jacobum*, ob novum genus Juramenti delitatis contra Catholicos invectum. *Lixivium pro abluere male sano capite anoymi cuiusdam fabulatoris de cœde Christi missimi Regis Henrici IV. à Vöttero pariter vernacula linguâ vulgatum.* *Commentariolus de Imp. Regum, ac Principum in Sede Apostolicam munificentia*, cum refutatione Scholiorum, quibus Fraterius Calvinista contaminavit edictum de donatione Constantini. His iterum claris operibus suum & Ingolstadiensis Academiam nominis illustravit Eruditorum sui seculi Alpha Gretserus. Quæ vetus Boica Scientiarum sedes hoc anno Christophorum quoque Scheinrum accepit, inter Mathematicos deinceps celeberrimum.

Christo-
phorus
Scheinerus
Ingolstadi-
um venit.

1054.
Constan-
tie immi-
gratur in
novum
Gymnasi-
um.

1055.
Uatio pro-
testantium
in bellum
erumpit.

1056.
Sunt caufa
xiga Catho-
licice Monas-
chij seca.

At Constantienses Musæ nova hoc anno in sede sunt collocatas, dum Gymnasium exstrueretur, ad Hospitale divertere necessitas coegerat. Ex eius angustiis nunc tandem eductæ, commodius deinceps habitarunt. At verò easdem è domiciliis, jam veteri jure possessis, repentinus ab armis, aut luce metus aliquamdiu, in Suevia maximè, & Rauracia expulit. Nam erumpere hoc anno cœperant fulmina è minaci dudum nube, quæ abhinc biennio adversus Catholicos Aschusii primùm; dein Halæ Suevorum coierat. Postquam enim in Ratisbonensibus comitiis non impetraverant Protestantes, quæ Cæsaris Majestate, Imperii legibus, & Religione salvis concedi non poterant: omissa de subsidiis contra Turcam comparando deliberatione, è mediis Comitiis offensi discessere; indicio paucis post alio, suarum partium Principibus, Aschusii conventu. In Foederis, quod *Unionem* vocabant, scriptæ leges, electo in duce Friderico IV. Palatino Septenviro. Ut tamen Saxoniz Electores quamvis Lutheranus, in partem consiliorum veniret, impetrare non poterant, cuius civilia arma damnantis integra semper in Cæsarem fidei stetit. Ejus etiam consiliis factum, ut *Unioni* Principes, foederis arcis stringendi causâ, Halæ Suevorum collecti, laxato potius vinculo, duas in partes dividerentur; quorum una *Protestantium*, altera *Correspondentium* nomen obtinuit. Armorum avidis opportuna occasio visa, exortum nuper in Clivia bellum, in cuius Ducatur tunc Principis morte vacuum, successio dubia partes colliserat. Traxit igitur in partem Batavis, cùm à Franciæ pariter ac Daniæ Regibus auxilia sibi ventura sperarent, bellare jam certi, tempori tantum & occasioni imminebant.

Fabam in se cudi, dubitare nequibant Catholicæ; qui, ne nundum latus ac indefensum aggressuris obliicerent, de mutua defensionis societate cogitare & ipsi cœperunt. Conventum igitur in fundis Monachij, Julio mense anni superioris, cui nomina dedere, Maxi-

milianus Bayariæ Dux; Leopoldus Archidux Austriae Argentinensis ac Passaviensis Episcopus; Julius item Herbipolensis, Henricus Augustanus, Wolfgangus Ratisbonensis Antistites; Joannes Christophorus Præpositus Elvacensis; & Henricus Abbas Campidunensis; designato Foederis, quod *Ligam* vocabant, ac militiae Capite Maximiliano; quorum exemplum plerosque deinde Catholicos Ordines in foedus collegit.

Interea, dum Leopoldus Archidux, Clivensem turbarum causâ à Cæsare missus, adversus Elec̄torem Brandenburgicum, & Ducem Palatino-Neoburgicum, qui in Clivensem hæreditatem fe ambo im miserant, in Alsatiâ exercitum scribit, ducitque: arreptâ inde querelarum causâ, *Uniti* Protestantes & ipsi suum militem tormentis, aliisque belli apparatu instructum, Joannis Friderici Elec̄toris Palatini auspiciis, per Bambergensium, Herbipolensium, aliorumque Catholicorum fines, ne compellatis quidem Principibus, ac per Argentinensem denique pontem in Alsatiam ducunt. Et in Bambergensi quidem ac Herbipolensi agro, ceu hosticum solum esset, legiones duæ bimestria serè stativa fixere; extortis non à subditis tantum, sed ipso Herbipolensi Principe pecuniis, quem iter agentem, ac hummis spoliatum violaverant. Alsatiâ præcipue duorum exercituum avaritiae & crudelitati objecta, Protestantum maximè vexabatur injuryis, Austriae milite occupatas à se arces, ac ipsum denique Molshemium relinquer coacto. De his tamen rebus à Joanne Swicardo Electore Moguntino, & Maximiliano Duce admoniti; cùm valida insuper comparari viderent à Foedere Catholicò arcendis injuryis subsidia; missis Legatis cum Maximiliano ita res componuere, ut, Clivensi difidio penes suos Autores relicto, dimitterentur utrinque exercitus, & sopiretur aliquamdiu intestini belli incendium,

Interea ob sinistros rumores, & hostem jam fines ingressum, non exiguo metu trepidatum in Suevia est. Cùm enim Marchionis Ohnspacensis copiæ, ex Alsatiâ reduces, iter Ulmam intendissent, repetitis nuntiis perlatum Dilingam est, descensuros inde ad obfidendam Dilingam; quod Augustanus Episcopus, cuius illa sedes est, præcipuus Auctor haberetur occupatæ à Bavarо, & necdum restitutæ Donawerdæ, *Liga* item nuper à Catholicis Principibus initæ. Augustum agebat Henricus, & à suis, quid fieri juberet, consultus, rescriperat, significantem civibus: se malè ipsis ab obfideone; pejoris Clero, ac nobis præcipue ab hæretici militis odio ac furore metuere. Et petierat omnino à Maximiliano ducentorum militum manum, civitati futuram præsidio: quam ab eo submissam per Civium domos Magistratus distribuit; rogato etiam Collegij & Academiz Reclatore, ut in-tanta tamque repentina necessitate, etiam Notarium, typographum, aliquosque Academiz ministros, militem in suas domos juberet recipere; quintamen eo facto quidquam vel illorum, vel Academiz juribus præjudicatum vellent; quos etiam post paucos dies eonere, Reclatore instante, liberarunt;

Dissolunt
cives.

Et Academici.

Perstant
nostris.

Ex cognita
falsitate
rumoris
redeunt Aca-
demici.

1059.
Redeunt.
etiam domum no-
stris, Mols-
hemio ex-
zules.

1060.
Bruntrutii
exoritur
pestis.

Pars no-
strorum
aliò dimis-
titur.

Reptim inde conservantur à civibus, atque auxiliis, & quoniam opibus valebant, tūtum alii in locis, & Augustæ maximè receptum quiescere. Mox, qui in Collegio S. Hieronymi degebant, magnitudine numero Academicorum, petītā, facileque impetrata discedendi facultate, domum omnes profecti. Eos, quibus in urbe victum præbēbant melioris fortunæ cives, abire Dilingā ipsa hospitum Patrumque familias fuga coēgit. Ita clausæ decimā octobris scholæ otium nostri fecerē, quorum ne unus quidem stationem deseruit: quamvis viri nobilis permulti, atque ipse in primis Celsus Lintis Elvacensium Princeps Joannes Christophorus à Westerstetten, multis precibus instarent, quod imminentē se discrimini, ut qui maximè omnium periclitarentur, subducerent. Patuit tamen brevi, majorem periculō metum suisse. Nam flexo circum proximas ditiones itinere, innoxius hostis in hiberna concessit: sive illum Ligistici militis haud procul Augustā tendenter continuerit metus; sive Principum suorum imperium, eo ipso tempore cum Maximiliano per Legatos de pace incunda tractantium. Intercēta magno suo, & communis disciplinæ bono aberant Academicorum quibus præsidiorum effrænis licentia & rixarum & dissolutionis certa erat futura occasio. Cūmque paulò post, conventum esse inter principes, certis nuntiis constitisset; redeuntibus opinione citius Dilingam discipulis, reclusis ad diem vigesimam quintam octobris omnibus scholis, eundem, quem anteā cursum res litteraria tenuit.

Rediērunt quoque sub idem tempore Bruntruto ad suam stationem quinque nostrorum, quos ardens in Alsacia bellum, & admotus civitati obsidio Molsheimio expulerat, intercēta temporis adlaborantibus nostris, ut, quā poterant, caritate tolerabile iis exilium facerent. Verū vix illi à nobis discesserant; cūm exorta repente, unde minimè rebamur, pestilentia urbem invasit. Civis erat, opificio bibliopegus, qui libros scholasticos aliunde accitos auditoribus nostris vendebat. Is Basileam profectus, inde unā cū libris pestis retulit. Ea, confestim post ipsum aggressa domesticos, biduo antequām vacationes finirentur, magna civium trepidatione erupit; teneræ præsertim ætati infesta. Ad tanti mali rumorem Princeps pericolo territus, properè Delemontum se transtulit, duobus è nostris Confessario niniirum, & socio sacerdote secum abductis. Sacerdotem alium cū scholarum Magistro habitare in arce jussit curāmque illius, quam reliquerat, familiz gerere. nostris, qui Sacerdotes non erant, cum aliis ad præstantiam civibus opem haud necessariis, ad Mileracense prædium dimisisti quod opere tumultuario in brevem usum Superiores aptaverant. Nique horum sine fructu otium fuit, ad vicinos circum pagos evocatus accolis; in quibus, ad Christianam pietatem instituendis, tanto ut illius tunc opera ponebatur, quod optimus corrigendæ vitæ Magister metus mortis accesserat. Omnes ubique degebant, præter voluntarios corporum cruciatus, & stata quot hebdomadis jejunia, septem Davidis Psalmos, quia Poenitentia nomen habent, quotidie recitabant.

Qui

Qui domi non ad sarcinas, sed in medio mortis discrimine cum Rectore remanserant, aperto semper Templo sacris tribunalibus affixi de peccatis se accusantibus aures dabant, nullo, quos initio nemo discernebat, sanorum infectorumve discrimine. Jamque P. Philippus Chableus, cum socio non sacerdote Caspero Ellingerio, in procinctu stabat, ut in separatis, quas Magistratus assignasset, ædibus degens, tanto liberius indulgere se omnium necessitatibus posset; cum ipse obstitit Magistratus, missis ad Collegium, qui assererent: ex adulatis, quos malum stravisset, tam paucos esse, ut eorum procurandæ saluti is unus, qui hactenùs se in discrimen dedisset, sacerdos sufficeret. Reliquam partem esse infantes, quorum ætas immatura esset, ad capiendum ex eorum periculo fructum. Rogare civitatem, ut incolis, quam cepissent, præstare in Templo operam pergerent. Crescente malo, rogaturos fuisse auxilium; quod, eo remittente, admittere piaculo ducant.

Nostri, quantum placando Numini vires omnes intenderant, tantum se, tamque civitatem obstrictos agnoscebant admirabili Prudentiæ, illud seu flagellum, seu infortunium vel triduo suspendenti. Si enim vel tantillo dierum intervallo se malum oculuisse, advolans interea numerosa juventus, ex unius incauti hominis domo, dum libros emptum isset, pestem inde haustam per omnes civium domos, per scholas, perque ipsum Collegium circumtulisset, malo ferrè immadicibili, quod vulgatum in tempore, nihilominus ultrà mensem sollicitos parentes tenuit; dum sublata pridem lue, remitterent filios; qui brevi pari numero & ardore ingratum otium compensarunt.

Nobis ex omni sociorum numero unum duxerat hoc anno mors detraxit, Adamum Gentilium, Natione Suevum, Augustæ natum, in Dilingano D. Hieronymi Collegio Pontificiis alumnis Praefectum, ac Theologiæ studiis incumbentem. Trigesimum superaverat ætatis annum; quippe qui ad Societatem admissus jam annum expleverat vigesimum primum. Nam in ferraria officina natum ad incidem tundendam parens damnarat. Sed puer, litterarum avidus, etiam somno adimebat horas, quas iis discendis impenderet. Cessit indoli & constantiæ pueri duritia patris; & adolescens virtutis scientiæ merito in Societatem cooptatus, sola virium debilitate spes conceptas destituit; lenta tabe confectus, atque ab omnibus, qui nō rānt, semper habitus innocentia ac patientia singularis exemplum.

Ceterorum per Provinciam valetudo, & utilis ubique in publicum labor, magno affecit solatio Theodorum Busæum, lustrantem Collegia. Lucernæ tamen, postquam adventantem solita humilitate Senatus exceperat, idem mox per Prætorem suo nomine alegatum petiit: juberet Visitator litteras censuum, quibus supra primam dotem Patronorum quorumvis munificentia rem Templi, vel Collegij auxisset, traderent nostri Procuratori publico, Magistratus auctoritate designando. Cui responsum à Busæo cum fuisset: nullo in acquieciencia ab ullo Magistratu tale quidpiam à nobis exigi: quod, quam nobis grave ac molestum accidat, facile omnes intelligent,

Pars aperto
semper
Templo
conscientiæ
bus aures
præbet.

Plura co-
nanibus
senatus ob-
stat.

Et ceterem
finem.

Mira Numi-
nis Provi-
dencia cir-
ca mali
principio
um.

106r.
Unus tan-
tum hoc
anno mor-
tuus Dilin-
ge Adamus
Gentilius.

Ex officina
ferraria ad
litteras
transgres-
sus.

1062.
Lucernæ
sis Senatus
Procura-
torem ex-
terum deo
signare
vult: sed
responso
Visitatoris

nari ea ratione animos amicorum , quorum non omnes omnibus in
notescere velint. Repugnare quam maximè privilegiis , ac juribus
Societatis ; quæ tamen nobis perpetuo in hac Republica salva fore
in ipsis Foundationis litteris suo & posterorum nomine promissemus.
Sperare sedatam semel , ac firmatam publico Instrumento fidem in
violatam , ac æternam fore. Acquievit responso Senatus , ac pos-
tidie per Prætorem Helmlinum esse securos iussit ; neiminem dei-
cepit hac in parte gravem nobis fore pollicitus.

Ita & hoc decennium inter multa famæ fructuique invidentia
obstacula , plura labores æstimantium beneficia finiit. Dilingant
Collegii , & Academiarum firmata possessio ; absoluta Bruntrutianum &
Constantiense Collegia ; Oettingana fides certo reditu stabiliri coepit
aperta Societati Vallesia ; commendata ad restituendam confirmandam
que Religionem Donawerda ; aliis circum agris paulatim ad messen-
albescentibus : quorum fructus deinceps labore ubertim responderet
proximum decennium scripturo materiam dabit ; cuius tristitia
ob pestem initia , secuti postea læti successus , & reparata
veræ Religionis damna facile abstenses.



INDEX.

Rerum, Personarum, & Lecorum notabilium.

A.

- A**bbtshofen à Monacensi Collegio Alderspacensi Monasterio venditur. 892.
Abdias Wicknerus in Colloquio Ratisbonensi præsens. 10.
Abensperge PR. Biburgenses in carcerebus fructuosè laborant. 85. fœminam à desperatione & vineulis liberant. ib.
Abstinencia à carnis asserta. 357.
Abusus sublati. 34. 72. 623. 898. 899. 902.
Academia. Vide Dilinga. Ingolstadium.
Acidulæ Tirolenses Missiones excoluntur. 721.
Ab Adelzhausen Philippus. 533.
Adrianus Sedunensis Episcopus Societatem in Vallesiam introducere studet. 860.
Ægroti nostri visitantur à Principibus Bois. 157. Societas circa ægros cura. 214.
Affactus sinistri quorundam Monacensium murati. 625. agrestis hominis mitem factum. 1034.
Agricola Georgius S. L. Missionarius in silva Boica. 303.
Agricola Magnus intreat Colloquio Ratisbonensi. 50.
Agricola Hieronymus Otto Vicarius Generalis Brixinenis erga nos benevolus. 226.
Aiblinga Missionem excolitur. 292.
Aichbichlensis Toparchia emitur. 892.
Ainseni Menradi noctambulonis traguscus finis. 425.
Alberus Ferdinandus Collegij Oenipontani Rector duobus Monasteriis libros commodatos restituit. 726.
ALBERTUS Dux Bavar. Societas amans & studiofus. 40. 51. f 23. 695. 1022.

- Ablerthalius Jean. Griso Architectus Dingx. 332. 1018.
Alderspacium nostros Oettinga evocat Joannes Dietmayr Abbas. 31.
Algojæ rustici contra Episcopum Augustanum tumultuantes missione pacantur. 571. 576. ad eos ab Episcopo nostri iterato mittuntur. 846.
Allerstorffensis DEiparæ beneficia. 86. 219. 326. cò veniens Serenissimi Guilielmus & Renata Prince. Bav. 87. crescit ejusdem cultus. 486. eandem hæredem scribit par conjugum 890.
S. Aloysii frater germanus nobis Augustam mittit partem ossis de sacro illius corpore. 1005.
Allatiz Missio. 503.
Altæripenses Religiosi sex in Gymnasio Friburgensi. 784. Abbas ipse Vicarius Generalis Episcopi Lausannensis multum nobis addicitus. 1050.
Altorffij ad vineas Georgio Abbe agenti, convenient ad nostrum Curiones ad conferendum de casibus conscientiæ. 289.
Alumni Dilingani. 372. stipendia pro iis fundantur. 747. corum præstantia. 913. decernantur iis à Synodo Diocesana subidia in decennium. 1011.
Amuleta superstitione cripuntur. 627.
Amuletorum sacrorum virtus. 630.
Ancilla Catholica in famularu hæretico tentatur à dæmoni in forma juvantis ab heris ad nostros adducitur. 200. acatholicis servienti insignis virtus. 323. una debitum condonando herem mortuam liberat. 636. ancillæ pauperis in Templum Halense beneficium. 877.
Anreæ duodennis Lechusiani mors & elogium. 645.

Yyyyy

Ani-

Anima defuncti conjugis liberatur à conjuge. 990.
 Annæ Archiducis Oenipontanæ orga-
 nos bencvolentia. 360. liberalitas
 erga Christum Eucharisticum. 927.
 Anna Fuggera gente Illusugia moritur
 Augustæ. 113.
 Antichristum impudenter hæreticus vo-
 eat Romanum Pontificem, & repre-
 henditur. 29. 32.
 Apostata præpostera pœnitentiam de-
 docetur. 376. alius apostata à Ma-
 hometismo reductus. 1048.
 Appenzellerus Joannes Alberti Bavariæ
 Duci Instructor. 195. moritur Mo-
 nachij. 328.
 Aqua lustralis. V. Lustralis aqua.
 Aquaviva Claudio, Præpositus Gén-
 ralis S. I. in fundatione Collegij Con-
 stantiensis quædam excipit. 350.
 consentit. 359.
 Aquinus Ladislaus Veranensis Episcopus.
 1008.
 Aragni in Vallesia missio. 861.
 Arx Bacchi sublatæ. 1049.
 Arborei Henrici nostri mors & elogium.
 155.
ARCHIDUCES AUSTRIÆ Maria Ca-
 roli Græcensis Vidua, & Maria Anna
 Ferdinandi conjux in Oettinganum
 nostrum facellum liberales. 111. Ma-
 ria cum liberis, ac Boicis Principibns
 nobiscum prandet Monachij, quin-
 decim Serenissimis capitibus ex ultra-
 que Domo præsentibus. 688. 689.
 Maximiliani Archid. Oenipontani
 studio & munificentia surgit Tem-
 plum Halense. 877. Archiducum in
 Parthenone viventium in illud mun-
 fidentia. ib. Archiduces in Oettinga-
 nam nostram sedem liberales. 879.
 Archidux Austriæ Ingolstadium ad
 studia missus nostræ curæ commen-
 datur. 956. Leopoldi Archiducis er-
 ga nos clementia Monachij. 1015.
 Archiduces septem ex utroque sexu
 intersunt. Dedicationi Templi Ha-
 lensis. 1020. Christiernæ & Eleonoræ
 Archiducum regia in illud munifi-
 centia. ib.

Arembergius Hispaniæ Legatus D. Se-
 bastiano Eberspergæ supplicat. 223.
 servatur Londini ope S. Sebastiani
 peste cum tota aula. 414.
 Aromata pretiosa Collegio Halensi e
 Lufitania mittuntur. 227.
 Artisticæ facultatis jura Ingolstadij in
 vaduntur à Guericke, Academia
 Rectore. 949.
 Ab Aschhausen Joan. Godefridi tun-
 Decani Comburgensis pietas. 865.
 ejusdem postea Bambergensis Episco-
 pi erga nos affectus. 959. 660.
 Avaritiaz nota nobis à malevolis affict
 contrario exemplo depulsa. 988.
 Augiz minoris Abbas fundacionem Con-
 stantiensis Collegij adjinxerat. 242.
 Augustæ pœna reliquæ carnivorum
 facit. 60. in Augustanum Collegium
 benefici. 116. Gymnasium præclaro
 alit discipulos. 118. 371. dicitur sapientiæ
 ad populum in Templo S. Crucis. 197.
 Virginibus DEO sacris ad stellam
 crebra impenditur opera, ib. publica
 pœnitentiaz opera salutares habent
 effectus. 301. Auctioribus nostris cri-
 gitut orphanotrophium Catholicum
 323. Collegij Oeconomiaz consulunt
 Serenissimi Bavariæ Duces. 335. Ca-
 tholica fides egregius exemplis asse-
 ritur. 387. tollitur dies festos profa-
 nandi abusus. 453. dedicatur novum
 Templum in cœmitorio Catholicorum.
 454. præservantur à muri rui-
 na discipuli. 462. prospicit Senatus
 ædificio Gymnasi. 590. urbem lucis
 depascitur. 885. res Templi aucta
 beneficiis. 891. & Oeconomica. 892.
 abrogatur lex iniuria Catholicis.
 904. compunctioni 40. horatum in
 Baubanalibus intervenit ex itinere
 Archidux Leopoldus. 906.
 Augustanorum PP. egregia caritas erga
 miseros. 1052.
 Augustani Praeconis filia ante mortem fit
 Catholica. 198. Acatholicorum ibi-
 dem ñdia erga cœaversos. 199.
 Augustani Ministri nolunt congregandum
 nostris. 199.

Ibidem Caupo Aecatholicus in SS. Eucharistiam injurius repente morbo, ac morte punitur. 201. Legati Hispani de hoc facto sententia. 202.

Austriaca oppida ad Danubium servantur ab hæreti. 288.

B.

Bacchanalia Oeniponti modestius agi copta. 322. eadem sancte celebrata. 401. 646.

Bacchi aræ sublatæ. 1049.

Basileensis Episcopus Jacobus Christophorus Blarer utitur nostris in lustranda Diœcesi 176. incipit ædificare Gymnasium Bruntruti. ejus in pauperes discipulos beneficentia. 304. moritur, sepelitur utpote Fundator in nostro Templo, ejus elogium & Epitaphium, 866.

Basileensis Episcopus post Blarerum eligitur Guilielmus Rinck à Baldenstein, 870. Ejus erga nos affectus, & plena pietatis intia. 871. consecratur in nostro Templo. 1008.

BAVARIÆ PRINCIPES improvisi imprudens Convivæ nostris cibis sunt contenti. 106. 153. eorum publica pietatis exempla. 107. D. Sebastiano Eberspergæ supplicant. 223. corundem erga P.P. ad comitia Provinciæ congregatos studia. 614. erga PP. Bacchanaliorum tempore pœnitentibus, audiendis defatigatos clementia. 688. quindecim partim Bavari, partim Austriaci Principes simul accumbunt in Monacensi triclinio. 689. in Oettinganam nostram Domum benefici. 879. singulariter devoti Oettinganæ Virgini. 976. & in Comprecatione 40. horarum in Bacchanalibus. ib. ad nostros ægrotos invisunt. 982. Festa nostra nobiscum celebrant. 1015.

Bavariæ subditi liberos suos ad loca hæretica mittere edicto prohibentur. 608.

Bavariæ totâ exceedere jubentur hæretici. 828.

Bavarica silva. V. Silva Bavarica. à Befort Baro dæmonis hæreticum se

compellantis convitio convertitur ad Sacerdotium adspirat. 379.

Beggelius Joannes voto Sodalitatem ingrediendi edito à lethali vulnere natur. 461.

Bellarmini doctrina male detorquetur ab hæreticis. 44.

S. Benedicti festum solenniter celebrans Religiōs Convictus Dilingani. 960.

S. Benigni cultus egregie promotus Elvaci. 864.

S. Bennonis veneratio promovetur Monachis 319. 885. Per illum senex à desperatione eripitur. 629. aliud celebre beneficium impetratur. 639. 640.

Benefactores munifici erga nos Constantiæ. 349. 764. Bruntruti. 98. diversis in locis. 111 Halæ ib. Augustæ 113. 301. 368 Oeniponti. 116. Landsbergæ. 638. 717. Ingolstadij 368. Dilingæ 557. 745. 746. Lucernæ. 737.

Berchtesgadani nostri mittuntur. 841. Novitios instruunt. ib. Canonicus à nobis aversus ad pie moriendum dispensatur. 842. Patrum in ea ditione labores. 843.

Berchtesgadenses Canoniei ad Convictum Dilinganum mitiuntur. 961.

Bernardi Cracoviensis Episcopi erga nos benevolentia. 275.

Bernenses Praecones repudiata uxore Catholica ducere aliam jubent. 773.

Berserij Jacobi nostri apud Gruenses auctoritas. 179.

Bertholdus Leo primus Collegij Ingolstadiensis incola & Architectus moritur. 666.

Biblia Lutheri tradit Senecio deceptus, & deceptor aliorum Flaurlingæ 72.

Biburgi Templum altaribus & odeo inservit. 941. Abenspergæ utiliter habetur. 85. diruto veteri novum erigitur ædificium. 143. unius ex operis infelix simul & felix casus. ib. restauratur Templum Monasterij, & Parochiale. 235.

Bidermannus Jacobus Augustæ in scenam dat S. Cassianum Martyrem, & Cetero.

nodorum. 497. Monachij S. Adria-
 num Martyrem. 617. ibidem Belisa-
 riū præsentibus septendecim à Domo
 Boica & Austriaca Principibus. 699.
 Bidenbachius Felix in Colloquio Ratis-
 bonensi præfens. 20.
 Biruva Jacobus moritur Landsbergæ. 660.
 Blasphemia punitur. 282.
 Blasphemi Augustæ gravi edicto scriun-
 tur. 726.
 Blysserius Jesuita ab Haylbruñero male
 citatus. f. 23. n. 51.
 Bobinganæ Missionis fructus. 185.
 à Bodmann Joan. Conradus in Collegi-
 um. Constantiensis beneficis. 440.
 accipit beneficium à S. Ignatio 769.
 & alterum. 978.
 Bogenbergensis civis filius mirè sanatus.
 216.
 à Brandis Iac. Andreas primum lapidem
 Gymnassi Oeniponti collocat. 303.
 Brandstetter Josephus frater laicus no-
 ster Guilielmo Bay. Duci medetur.
 366.
 Bredanus Ioannes Concionator insignis
 moritur. 984.
 Breviarij Romanij usus nostrorum ope-
 rā introducitur ab Episcopo Ratisbo-
 nensi. 726.
 Breuningus Suffraganeus Augustanus.
 742.
 Brigantinorum erga Societatem affi-
 dus. 180.
 Brixinensis Episcopus nostros ad se
 Oeniponto evocat. 188, in Halense
 Collegium est beneficis. 227. itera-
 tò Brixianam vocantur nostri. 295.
 Episcopus Oeniponti adscribitur So-
 dalitati. v. Spaurius.
 Bruna Boicæditionis pagus purgatur ab
 heresi. 828.
 Bruno Tobias in Colloquio Ratisbonensi
 præfens. 20.
 Brunovium excurrunt PP. Oettingani.
 77. civium gratitudo eos retinere cu-
 pientium. 79. iteratò nostros advo-
 cant. 190. adjuvantur grassante poste.
 702. restauratur collapsa Confrater-
 nitas S. Sebastiani. 704. iterata Mis-
 siō. 863.

Bruntrutani PP. utiliter laborant Pon-
 tarliaci. 97. duo è nostris fulmi-
 nati servantur innoxij. 887. Patri-
 erga pauperes caritas. 123. immigra-
 tur in novum Collegium, ac paulò pò
 etiā in Templū 361. Templo dedicatio
 altaria, munera, ib, excurritur ad Insu-
 lenses in Burgundiam. 291. res Oc-
 economicā augetur. 892. repetunt
 Missionem in Burgundiam. 396.
 503. Gymnasium floret. 429. Tem-
 plum exornant Patroni. 437. tra-
 duntur Collegio Literæ fundationis.
 438. Grammaticæ Schola in duas divi-
 ditur. 586. repetunt Missio ad S.
 Hippolytum. 777. emptio villarum
 parum fructuosa. 778. inchoatu-
 Sodalitas civium. 964. consecratu-
 in nostro Templo Guilielmus Basile-
 ensis Episcopus. 1008. exoritur pe-
 stis. 1060. consultur melius Occo-
 nomia. 1023.

Burgoyæ Marchionis Caroli pia per-
 grinatio. 485.

Burghausana Missio cum fructu resum-
 tur. 80. nostram operam iteratò e-
 ves expectant. 190.

Busæus Theodotus Visitator Provin-
 ciam obit. 860. 361. 880. 941. 98
 1006.

Buslidius Joannes Serenissimi Maximi-
 liani Confessarius. 692.

Buzij Melchior & Balchašar fratres tra-
 gicum habent exitum. 422. uti &
 Mater serum, & soror. 424.

C.

CAlvinianus juvenis in sola religione
 Catholica quietem animi invenit
 64.

Calumnia in Societatem ab Hailbrun-
 nero. 42. Aliagravis & publica con-
 tra Monacenses nostros publicis In-
 strumentis confutata. 686.

Campidonensis Princeps Ioannes Al-
 bertus Hohenckius Patrem ad se miti-
 ti Dillingā petit. 70. iteratò evocat.
 189. est Collegij Constantiensis Bene-
 factor. 440. etiam Templi ibide-
 878.

Ca.

Canus Joannes Legato juvat Bruntrutum Collegium. 331.
Canisius Henricus hæredem scribit Sodalitatem Ingolstadiensem. 1024. idem Rector Magnificus reijsit dyscos los Sodalitatis turbatores. 1025.
Canisii Petri nomen inclarescit Friburgi. 978. idem in Comitiis Ratisbonæ procurat res Collegii Dilingani. 523. invocatus adest parturienti. 644.
Canisius Theodoricus moritur. 667.
Cantus Ecclesiastici promovendi studium apud Bruntrutanos. 304.
Canticum sacrarum utilitas. 851.
Carceribus mancipati juvantur. 171. 969.
Caritas exhibita misero largâ cleemosynâ compensatur. 399. ejus exempla inter Sodales. 400. caritatis exemplum insigne à nostris Friburgi editum. 482. egregia erga miseros. 969. 677.
Carnes edens dic vetito punitus. 28. 715. 755. eas respuunt discipuli Constantiæ. 756. idem abusus à juventute catechetica emendatur. 989.
Carolus Archidux Græcenis ab Elisabetha Regina Angliae frustra in sponsum petitur. 917. Dicit Mariam Bavaram. ib.
Carolum Archiducem natu minorem Maria Mater inter nostros vult degere. 925.
Caroli Burgoviæ Marchionis peregrinatio ad Eremum B. V. plena pieratis. 109. altera ad B. V. Oettingam. 485.
Carthusianorum Visitator ad nos divergit Monachium. 262.
Castitatis conservatæ exempla. 312. 322. 722. gloriosæ pugnæ & victoriaræ. 406. 477. ejus insigne studium in Sodalibus. 401. ejus tunc ardor apud Monacenses. 626.
Catechesis reducendæ utilissimus labor. 73. 215. 324. 478. PP. Monacensem in eadem explicanda, & juventutis in discenda ardor. 94. adolescentulo pauperi mirè utilis. ib. floret Ingolstadii 95. ejus frequentatio mandatur à Senatu Landspergensi. 208.

Catechesis pauperum Halæ suscipitur 373. & Constantiæ ad S. Jodocum. 442. Augustæ in publico ergastula, & ad B. Margarethæ. 969. ejus ubique promovendæ studium. 881. 882. 883. 884. utilitas maxima. 845. 849. etiam in adultis reducendis. 998. eam frequentant hæreticorum liberi. 768.
Catechetica institutio persuadetur Curi rionibus in Algoja. 184.
Catechetica juventus Monachii suppli catum educta mirè placet, & pio dia logo salubriter movet. 94.
Catechistæ nostri Dilingani Catecheti cæ lectiones typis vulgantur jubente Augustano Episcopo. 273.
Catechistam sui pagi agit nobilis adolescens. 95.
Catechizandi facultas novitijs nostris conceditur ab Augustano Episcopo. 209.
Cathedra Parochialis Dilingana in per- petuum traditur Societati. 274.
Cathedra Parochialis Landspergensis pro nostris stabilitur. 1004.
Catholicorum inter hæreticos compari- ratio periculosa. 773.
Catholicæ ritus reducti, & cum decoro ac reverentia peracti. 1001.
Cavidalia Maria in Collegium Oeni- pontanum beneficia. 495.
Cento Lutheranus in Scenam datus Mo- nachii. 195.
Cera benedicta fistit incendium. 579.
Chableus Philippus ad obsequium per- stirperorum Bruntruti paratus. 1059.
Chœre festis Natalijs sublatæ. 185.
Christianus Joannes noster moritur. 507.
Christiana Archidux Regium Partea nonem Halæ ingreditur. 750. ejusdem in Templum Halense munificencia. 1040.
Christi Servatoris species objecta ad si- dem permovet. 1035.
Cisterciensium Visitator circa restituendam Disciplinam consilium à nobis exquirit. 728.
Clementia Divina in nostris conservan- dis. 856. 887.
Cleselius Melchior Episcopus Viennensis

Zzzzz

- sis divertit ad Monacense Collegium.
695.
- Cœnæ Lutheranæ administrandæ insolita ratio convertit fœminam. 286.
- Collegium. V. nomen proprium cuiusque loci.
- Collmariensis Missio. 397.
- Colloquium Marianum Ingolstadii. 912.
- Colloquium Ratisbonense. ejus occasio.
2. Collocutores. 6. initium. 11. leges
ib. Thesis unica Catholicorum. 12.
- Theses duodecim Lutheranorum. 13.
- fraus eorum & obstinatio. 15. informis extra formam disputandi ratio,
17. nullis legibus ad eam possunt adi-
gi. 21. absurdæ responsiones ad argu-
menta Catholicorum. 25. Hunnius
Pontificem Romanum Antichristum
appellantis impudentia reprimitur
à Serenissimo Maximiliano. 30. vera
de Colloquij fine narratio. 31. adver-
sariorum iniquæ fraudes. 33. eorum
crassa de Colloquio & Jesuitis menda-
cia. 36.
- Collensis Patocie mons Wernensis
magno labore ac fructu excolitur à
P. Michaële Eberio. 298.
- Parochiani ad avertenda incendia annuam sup-
plicationem decernunt ad Templum
nostrum Halense. 1020.
- à Colowrat Catharina in Collegium
Oenipontanum benefica. 111.
- P. Comes Aegidius noster à Lausaniensi
Episcopo mittitur ad curandam Paro-
ciam Staviensem. 84.
- Comitorum Ratisbonensium tempore
Procerum erga nos studia. 893.
- Comitia Provinciæ Monachij. 256. 614.
685.
- Communionis sacrilegæ poena. 271.
- Comportandi post Baptismum abusus
sublatus. 399.
- Comprecatio publica in Templo nostro
Monachij adversùs Turcam felici
exitu. 107. ob eandem causam Dilingz.
272. Comprecatio 63. horatuum
Oeniponti. 470. 40. horatuum Altorfij
ad vineas. 289. Delemonti. 291.
- Splendida Augustæ. 458.
- Comprecatio 40. horarum in Bacchana-
libus floret. 906. est causa conversio-
- nis. ib. in ea singularis pietas Ducum
Bavaricæ. 976. introducitur Oeni-
ponti. 974. Dilingz. ib. Friburgi in
Helvetia. 975. Lucernæ primò tan-
tum ad 10. horas ib. extenditur ad 40
1050. Comprecationis hujus in hæ-
tempora celebritas. 976.
- Conciones fructuosæ. 313.
- Concio promeridiana Landspergæ cœp-
ta. 320.
- Concordia restituta inter graves viro-
Monachij. 189. eadem reducta in
pagum integrum. 104. inter confan-
guineos. 624.
- Concubinarius correctus Elvaci. 69. ali-
feliciter curati. 311. unius egregia con-
versio. 583.
- Confessionis Sacramentalis Synceræ vir-
tus. 91. 187. 214. 315. 169. ad Con-
fessionem nostro Oettingæ facien-
dam mirè quidam inducitur. 91. ac
eandem cœlitùs adducitur unus Land-
spergæ, alter Dilingz. 92. opportuni-
ante mortem obita. 80. ejus raritas
276. insolens modus apud Luthera-
nos. 286. Confessionem Deipara pro-
movet, diabolus odir. 310. ejus neg-
lectus severè punitur. 375. confite-
di ratio accurata, sed rustica. 697.
- Confirmationis Sacramentum mirum
confert beneficium. 1003.
- Congregationes Marianæ. V. Sodalitas
Sodalis.
- Conjugalis fidei exemplum. 407.
- S. Conrado nostri Templum exstruunt
Constantiæ. 353. ejusdem sacrum Ca-
put restituitur, & cum pompa infertur
Ecclesiaz Cathedrali Constantiæ. 592.
- in Scenam producitur Constantiæ
765.
- Conradi P. Martinis ad publicam men-
dicationem pro Templo Friburgensi
emittitur. 364.
- Conscientiæ casuum causâ Curiones ad
nostrum conveniunt Altorfij ad vi-
neas. 289.
- Conscientiæ erroneâ liberatur homo sim-
plex. 628. eadem ferè perdit juvenem
rusticum. 170.
- Conscientiæ libertatis fructus. 278.
- Constantiæ à paucis nostrorum multa

præstantur. 99. Civium Catholico-
rum ardor in publicis exercitiis pie-
tatis, ib. Civitatis in aliam mutatio.
100. Collegij ibidem stabilendi ne-
gotium urget Turrianus Nuntius Apo-
stolicus. 117. evoçantur inde nostri
ad Monasteria. 181. Joannos Georgius
Episcopus serio laborat in absolu-
vendæ fundationis negotio. 236. re-
sumitur negotium. ib, urget rem Cæ-
sat, & Maximilianus Archidux per
Maximilianum Stauffenpergium ut-
bis Capitaneum. 238. conficiunt tan-
dem Episcopus, Cathedrale Capitulū,
& Georgius Abbas vincarū. 240. 241.
Confundatores Collegij Abbates.
242. conversus recens ab hæresi in-
novam Collegij fabricam beneficus,
244. decretum de concedenda nobis
parte Episcopalis Palatij revocatur.
338. ejus r̄ei rationes 339. locus aliis
& conditiones proponuntur. 347. in-
choatur ædificium Collegij. 351. &
Templi 353. Collegij fabrica absolvitur.
441. scholæ aperiuntur. 358. lectionem casuum accedit Proepi-
copus. 430. Constantiensis sedes tran-
sit in Collegium. 430. Fabricæ Tem-
pli tectum imponitur. 560. Primus
lapis pro Gymnasio ponitur. 767.
Fons à Magistratu in hortum induci-
tur. 767. Constantiensis Templi so-
lennis dedicatio. 763. descriptio bre-
vis. 764. ejusdem & Gymnasi per-
fektio promovetur. 946. Altaribus
exornatur. 1021. Benefactores. 242,
440. 764. 840. 878. 948.

Constantiensis præservantur à lue ope
S. Sebastiani. 641. apud eos hæresis
reducendæ pericolo occurritur. 967.
alij pro Religione ibidem utiles no-
strorum labores. 443. Catecheseos
promovendæ studium. 884.

Constantiensis Cleri & Senatus contro-
versia de vestigali vinario. 352.

Constantiensis Episcopi Joannis Georgij
ab Halvæil erga nos affectus. 117.
ejus ad Sodalitatem Dilinganam lit-
teræ. 138. excipitur Lucernæ à no-
stris. 304. urget, & absolvit nego-
tium fundationis. 236. moritur, ejus
slognum. 348.

Constantiensis Episcopus eligitur Jacobus
Fuggerus. 350. consentit in ædi-
ficium Collegij. 351. dat nomen So-
dalitati. 649. celebrat Synodum.
1009. in edendis ejusdem Decretis
nostrâ operâ & consilijs utitur. ib.
Constantia adolescentis Catholici
adversus matrem hæreticam 62. item
Virginis Lausanensis. 63. juvenis Cal-
vinistæ conversi Friburgi, & alterius
Lucernæ. 64. opificis inter medios
hæreticos. 65. fœminæ marito hære-
tico junctæ. 66. alterius cum Prä-
cone conjugiæ ingens animus. 67.
senis inter medios hæreticos fidem
Catholicam amplexi constantia. 381,
eadem maternæ institutionis est fru-
ctus. 452. Ancilla fidei retinentissi-
ma. 697. adolescentis in reginenda Re-
ligione invictus. 972. Constantia
Filij expugnat Patrem. 998.

Conversio ad fidem Hageniæ Dynas-
tie in Austria. 392. Tubingensis ho-
minis litterati. 55. conversionis ini-
tiūm in adolescentiæ pia Colloquia. 56.
recens converso dæmon frustra insi-
dias struit. 56. conversio artificis Mo-
nachij. 57. Filij Präconis Lutherani,
qui ingreditur Ordinem S. Francisci,
58. Calvinistæ Friburgi. 64. senecio-
nis male seducti & cervicosi 72.
Zwingiani Präconis. 100. Tabellarij
Norimbergensis Monachij. 203. Sa-
muelis Pelicani Tigurini. 204. Vir-
ginis Nobilis visio in Eucharistia Chri-
stò agnelli specie. 205. Präconis Aca-
demicæ. 283. adolescentis simul à
manicipatu dæmonis liberati. 284.
Virginis opportuna ante mortem.
285. Doctoris Kelzæ. 287. Hebræi.
288. Custodis carceris audita Cate-
chesi. 970. Matronæ Nobilis ad Fi-
lium invisentis Monachij. 829. Nobil-
is Viri Sebastiani Saurzapfij. 384.
ejus ardor & constantia. 445. alterius
Nobilis ope B. V. sanati. 390. Adami
Paradeiseri. 446. Virginis edito vo-
to ad B. V. 451. uxoris simili voto vi-
xum captivum liberantis. 604. 605,
Präconis Isensis. 606. Filij Präconis
Ratisbonensis. 724. Lycelburgensis

- pagi. 730. Duorum Consulum Dovverdæ præter alios 87. 826. altero anno ad fidem redeunt 150. 995, tertio anno contra artes protestantium 134. 1033. reducuntur in ditione Elvacensi pagi tres, & duo vici. 838.
 Conversio ad vitam meliorēm impuri juvenis. 187. duarum ab eodem vitiis 315. ejusmodi fœminæ norabilis & constans. 632. memoranda Viri Nobilis Sacerdotis. 1022. V. Missio, Abusus.
Convictus Dilinganus. V. Dilinga.
 Corporis Christi Sodalitas in annua supplicatione perit, ut nostra se conjungat Augustæ. 455.
 Corollæ Marianæ usus restitutus. 206.
 Correspondentes. 1055.
 Coasteri Francisci libri occasio conver-
 sionis. 385.
 Cracoviensis Episcopus Bernardus no-
 bis amicissimus. 275.
 Creophaga punitur gravi lapsu. 755.
 S. Crucis signum salutare. 1044.
 S. Cruoris prodigium Erdingæ. 388.
 Curiensis Episcopus utitur operâ nostrâ.
 rum. 594. ejusdem honorificum de
 Missionarijs nostris judicium. 987.
 Curiositas grave malum accersit. 631.
 puellaris Luceruz punitur. 899.
 Cysatus Lucernensis memorabili exem-
 ple post obita Landsbergæ S. P. N.
 Exercitiâ Filium DEO offerit. 654.

D.

- D**achavij laboratur cum fructu. 500.
 Missio ibidem. 583. 698.
 Dæmon in forma Juvenis Ancillam Ca-
 tholicam tentat. 200.
 Dæmon medicus fugatur. 580. Morien-
 tes terret. 594. Ratisbonæ adoles-
 centem vexatin schola. 595.
 Dæmonis crudelitas nimia conversionis
 occasio. 377. Ejusdem levitia fœ-
 minæ saluti est. 378. Ab ejus con-
 fuctudine fœmina convertitur. 316.
 Ab ejus mancipatu liberata fœmina.
 633. Ejusdem puellam decipientis
 fraus delecta. 1041. Insidiz eluse.
293. Deceptione liberatur adolescens.
 758. Ejusdem pacta. 284.
 Dandelius Erhardus in Algojam missus.
 846.
 Dannerus Albertus Brixianam vocatus.
 188.
 Dedicatio Templi Bruntrutani. 361. ejus-
 dem Templi Altaria & sacra munera.
 ibidem. Templi Constantiensis, ejus-
 démque descriptio. 765. & seq. Sa-
 celli in Convictu Dilingano. 742.
 Dedicationis annua solennitas Tem-
 pli Monacensis. 493.
 Defuncti conjugis anima liberatur a
 coniuge. 990.
 Degenhardus Melchior primus Colle-
 gij Constant. Rector. 439.
 Deggingensis Abbas Patronus noster
 moritur. 511.
 Deipara nostro in lacu periclitanti adevit.
 245. Servat puerum in pectum lap-
 sum. 738.
 Deiparæ beneficia. 381. 382. In no-
 stros Lucernæ. 327.
 Deiparæ cultus peccatori inveterato sa-
 lutaris. 165. Item Juveni consuetu-
 dinario. ibid.
 Deiparæ Elisabetham Visitantis, & Con-
 ceptionis Festum celebrant Sodales
 Ratisbonenses. 403. Ejus ope resipisci
 Virgo Oeniponti. 1046. Monachi
 juvenis ab heresi reducitur. 59. fol
 28. Aliud insigne miraculum. 1045.
 Deiparæ titulus Matris Admirabilis re-
 velatur P. Jacobo Rhem. 405. Vide
 etiam Allerstorfensis B. V. Einsidelen-
 sis. Oettingana.
 Delffensis Missio. 296.
 Desertor Societatis penitens. 1042.
 Vide etiam dimissi.
 Desperantes adjuri, & corregi. 103.
 315. 999. 474. 629. 634.
 Detractor a Sodale Mariano castigatus
 134.
 Dialectica forma hereticis odiosa. 3.
 Dialogus sacer de Christo paciente. 209.
 Dialogus in hebdomada sancta Elyaca
 exhibitus. 293.
 Dialogorum piorum utilitas. 480.
 Dietericus Sebastianus Res Oeconomicas
 Provinciaz inspicere iussus. 545.
 Dieter.

Dietmayr Joannes Abbas Alderspacensis nos tristis ad se evocat. 81. Ejus breve Elogium. ibid. S. P. N. Exercitijs cum suis vacat. De his opinio & sententia. 82.

Dietrichsteinus Franciscus, Cardinalis, divertit ad Aedem Halessem, & sacris publicè operatur. 112.

Dilingana Academia floret Magistris & Bacalaureis. 193. 273. Ejus Gubernator Leonardus Gözius. 372. à nostris administranda. 536. & seq. Traditur in perpetuum Societatis curæ. 544. & seq. Ejus & Collegij privilegia. 549. Ejus Gubernatores. 555. frequentia. 913. Lectiones audentur. 958.

Dilinganum Collegium fundatur. Literæ fundationis. 549. Ejus Benefactores. 557.

Dilinganarum rerum tandem post 40 annos stabilitatem narratio. 516. & seq.

Dilinganorum PP. utilis labor in varijs Missionibus. 188. Per Rhetiam & Sueviam utilissimè laborant. 69. Nabant operam spiritualem varijs Monasterijs. 142. Catechesis promovetur. 884. Labor tempore Jubilæi. 210.

Dilinganum Collegium S. Hieronymi, sive Convictus. 960. floret potissimum Religiosis. 110. 432. 513. 741. Ejus Regimen traditur curæ Societatis. 548. 553. Novis ædificijs amplificatur ab Henrico Episcopo Augustino. 332. Convictores Religiosi transferuntur in zedes Horkaimianas. 333. Magnus horum numerus. 333. 372. 554. 913. Etiam Nobilium. 554. Dilingani Collegij seu Convictus Sacellum dedicatur. 742. Alumnorum Pontificiorum præstantia. 915. Alumnis decreta subsidia in decennium. 1011. Stipendiorum Fundator Lindemairius. 747.

Dilingani Gymnasii Nobilitas. 372.

Dilinganæ Parochiæ Cathedra in perpetuum Societati tradita. 274.

Dilingana Sodalitas Parthenia accipit litteras ab Episcopo Constantiensi Joanne Georgio. 128. Sodaliūm Di-

linganorum egregia virtus. 465. Dis linganæ & Augustanæ Sodalitatis peculiare fœdus. 1026. Sodales Illustris Bacchanalium tempore in valetudinario serviunt. 646. Sodalis Dilingani funestus exitus. 1029. Sodalitatem peculiarem Religiosi constituerat. 139.

Dilinganum Templum. 543. 872. Ejus Benefactores. 745. Pro novo Templo aream emit Episcopus ampliorem. 942. Templi novi fundamenta jacintur. 1018.

Dilingæ venefica leipsam apud Magistratum team agit, ac supplicium ultimum pœnitens sustinet. 171. Inermis unus ab hereticis armatis illensus eripitur. 464. Trepidatur Dilingæ metu obsidionis. 1058. & seq.

Dimissi uniusè Societate mors prematur, ra. 143. alterius infelix conditio. 676.

Dimissio Bartol. Turneri. 679.

Discordia composita 291. 313. 314. Extincta Monachij. 473.

Donavverdanæ Missionis occasio. 788.

Donavverdæ vicissitudo Religionis, 789. & seq.

Donavverda recipitur in gratiam Cz, satis, agente Maximiliano Bav. Duce, 694. Ibidem Templum instruitur, Cemiterium sacratur. 1000.

Donavverda quid anno 1610. sit actum, 1033.

Donavverdæ conversi. 826. 995. 1033,

Donavverdani ad conversionem monentur ab homine agresti. 1034.

Dornspergius Joachimus. 40.

Dorotheus Joannes. Vide Lausannensis Episcopus.

Dramata exhibita Auguste. 197. Dis lingæ. 194. Monachij. 195. 259.

Dramation de Christo parvulo genitum humanum querente. 738.

Drexelius Jeremias. 431.

Dückeri Friderici mors. 932.

Duellum aliquis coactus suscipit, & seruat à B. V. 643.

Dünckelspilæ Missio. 745.

Dünckelspilenium fervor Elvaci, dum ibidem à nostris Missiones institutur. 174.

E.

- Eberius Michaël Wernensem Montem excolit. 298. & seq.
 Ebersperga primū incoli cœpta à PP. Tertiz Probat. 314. Cathechesis ibidem promovendæ studium. 884. Nostrorum operâ crescit cultus S. Sebastiani. 87. Vide S. Sebastianus. Eberspergensis Templi Benefact. 889. Ejus instauratio. 1022. Res Oeconomica aucta. 892.
 Ebriou pœna. 736.
 Ebriosus Landspergæ exemplum Divinæ Justitiz & Misericordiz. 101. & 102. Item 169.
 Ecclesiaz precum vis. 594. Rerum ab Ecclesia sacratarum virtus. 595.
 Edictum Bavarium de liberis ad loca hæretica non mittendis 608. De famulis & ancillis apud hæreticos. 829.
 Egolphus Joannes à Knöringen Episc. August. nobis favens brevi moritur. 522.
 Einsidlensis Deipara Thaumaturga. 412. 714.
 Einsidlam dedicationis Angelicæ Feste excurritur. 862.
 Eisalonus Michaël. 305.
 Eiselinus Wolfgangus Benefactor. 492.
 Eisenreichius Carolus Benefact. Landsperg. 717.
 Eisenreichius Otto Romam Procurator missus. 256. Ejus mors & Elogium. 983.
 Eleemosynæ magnæ erogatæ. 635.
 Elconora Archidux adscribitur Parthenoni Halensi. 924. Ejus munificencia in Templum Halense. 1020.
 S. Elisabethæ Hospitale commodiore loco Monachij constitutum. 158.
 Elisabethæ Bav. D. Cura pauperum. 481. Ornatum Templo Monacensi donat. 697.
 Elisabetha Angliae Regina frustra sponsum petit Carolum Archiducem. 917.
 Elogia. 143. 155. 509. 510. 658. 983. Vide etiam Nomina sua loco.
 Elsenhemius Quæstor Landishutanus obit exercitia. 699.
 Elvacensis missio. 174. 293. 578. 74863. 989. 1033.
 Elvacum. 69. Inducitur usus Rosarii 864. In via ad B. V. in Quercu nostro auditoribus pīz columnæ eriguntur 989. Præter alios septenos vir Nobilis & Catholicus ibidem conversus. 69
 Elvacensis Präpositus Jo. Christoph. Wellerstetten favet nostris. 175. Iter Wolfgangus ab Hausen. 525. & seq.
 Etiam DD. Canonici. 174.
 Emenbusum Boicæ ditionis pagus a hæreti purgatur. 828.
 Energumenæ Monialis curatur. 271.
 Energumenus curatus ope Deiparæ Einsidlensis. 412.
 Energumenorum curam à nobis suscipit Episcopus Lausanensis, sed negatur; Rationes. 212. 213.
 Engelweyh Augustæ. 873.
 Erdingæ ad SS. Cruorem prodigia. 388 Ibidem in Bacchanalijs magni fructus collecti. 394.
 Eremus Mariana. Vide Einsidlensis Deipara.
 Erhardi Ludovici Primitiz sacra in patria celebratz tum parentum munificentia, tum discipulorum Gymnasi periti honorantur. 122. Ei hæreticas adjudicatur. 779.
 Ernestus Elector Coloniensis venit ad Collegium Monacense. 120.
 Ernestus Joannes Notarius in Colloquio Ratisbonensi. 9.
 Eschenbachium in Franconiam evocantur nostri. 581.
 Essexius Legatus Angliae. 917.
 Estensis Cardinalis hospes Collegij Monac. 366.
 Evangeliorum ordo ad normam Romanam corrigitur in Tyroli. 905.
 Eucharistiz abusus, & error circa illam. 296.
 Eucharistiz Fides in Nobili Virgine prodigo confirmatur. 205.
 Eucharistiz frequentia. 313.
 Eucharistiz illata ab hæretico injuria punitur. 201.
 Eucharistiz virtus. 89. & 90.
 Eucharistiz usus & præparatio ad illam. 322.

Eucharistia comitatus augetur propositis Indulgentijs. 905.

P. Everhardus Georgius Dilinganus Academiz Cancellarius in Synodo Augustana. 1010.

Eustettensis Episcopus Jo. Conradus Gemmingius nostrâ operâ utitur, 279. 274.

Exercitia S. Ignatij obecunt, Abbas Alderspacensis. 82. Abbas Monasterij Bruntruto vicini. 420. è Divi Magni Canonicis Neo-Mysta. 726. Radzivilius; & nobile ejus exemplum post Exercitia. 744. Ingolstadij Triginta duo, hos inter Religiosi quatuordecim, & unus Prelatus. 142. Plures Academicci. 307. Religiosi plurimi. 191. 192, 1017. Dilingani. 308. 744. 961. Ibidem Religiosi & Abbas unus. 142. Religiosi in varijs Collegijs. 308. 513. Religiosi in Collegio Friburgensi. 784. Traduntur à PP. Constantiensibus integris Monasterijs. 142. Excoluntur omnis Ordinis viri. 907. Vide etiam. 420. & seq. 653. 654. 655. 699.

Exercitorum mira vis, & fructus. 191. 719. 992. Doceant timere infernum. 514. Vide etiam. 584.

Exercitia annua per totam Societatem decreto sanciuntur. 938.

Exorcistarum munus, Vide Energumenus.

F.

Faber Albertus Jurium Doctor & Episcopi Augustani Cancellarius fit Sacerdos. 367.

Faber serarius clam hæresin reducere nititur Constantiam. 967.

Faber Joannes Oeniponti Doctor vocatur Brixianam ab Episcopo. 71.

P. Fabricius Joannes Biburgensis Superior mortuus. 246.

de Fabris Melchior Parochus Autensis ad Athesin in Domum Oenipontanam S. Nicolai liberalis. 124.

Fabula contra Jesuitas Monachij Confusa, & confutata. 686.

Fabulæ de Colloquio Ratisbonensi sparsæ. 36. de Postcolloquio. 53.

P. Federus Georgius moritur. ejus elo- gium. 982. est auctor Orphanotrophij Monacensis. ib.

FERDINANDO Archiduce Græcensi de salute periclitante, quatuor nostri ad Montem Sanctum peregrinantur. 108. est in Collegium Halense munificus. 752. pro Societatis fama sollicitus. 837. ejus memorabile pietatis exemplum. 894. fortitudo in comprimenda hæresi. 920. est in Templum Ratisbonensem liberalis. 945.

FERDINANDUS Bav. Dux Ingolstadij mansuetioribus litteris dat operam. 120. jam electi Coadjutoris Colonensis peculiaris erga nos favor. 695. Berchtesgadensis Præpositus nostros eò mittit. 841.

Ferdinandi Ducis & aliorum Principum funebria. 915,

Ferdinandus Mantuz Dux Ingolstadij studijs vacat. 120. die Parasceves inter pœnitentes saccum induitus circumicit. 161.

Ferrarius Joannes Baptista in Oenipontanum Collegium beneficus. 495.

Fesselius Carthusiæ Ratisbonensis Prior res nostras Ratisbonæ promovet. 365.

Festa B. V. Elisabetham visitantis & sine labe Conceptæ celebrant Sodales Ratisbonæ. 403.

Feürsteinus Simon Suffraganeus & Præpositus Brixinensis ad nos Halam dicitur. 226.

Fidei explorandæ ratio temeraria, felicitatem exitu. 285.

Fides conjugalis. 407.

Filiæ in Matrem supplicio affectam durus animus corrigitur. 337.

Filiij retinentis, quæ ex catechesi didicerat, constantiâ convertitur Pater. 998

Filius degener à Patre mortuo emendatur. 990.

Fingerlinus Servatius J. U. D. in pauperes scholasticos munificus. 123.

Fladungus Joannes in Colloquio Ratisbonensi præsens. 10.

Aaaaaa 2

Ela-

- Flagellatio publica Zwingliano Præco-**
ni conversionis occasio. 100.
Flaurlinganæ Missiones fructuosaæ. 72.
188. 297.
Fluchenftainensi in arce fructificatur.
575.
Fœmina virum mentita convertitur,
63.
Fœnectoris conversio. 780.
P. Fontanus Joannes in Vallesia ludum
aperit. 861. moritur. 862. ejus in di-
cendo & edendis pijs spectaculis po-
ritia. ib.
Formam dialecticam in Colloquio Ratis-
bonensi petunt nostri. 4. recusant
adversarij. 5. promittunt in speciem.
6. in ipso Colloquio declamat, &
dicitant. 17. iteratis legibus præscri-
bitur forma dialectica. 21. sed fru-
stra. 22.
Forma vox malè intellesta lepidam parie
historiam. 20.
Fortitudo. v. Constantia. Conversio.
S. Franciscus Xaverius. v. S. Xaverius.
Franck Petrus moritur. 155.
Frater fratrem confudit. 423.
Frelich Georg. Ludovicus Neoburgen-
sis Cancellerius. 40.
Friburgi in Helvetia florent scholæ. 122.
Senatus munificentia in Collegium.
194. Fabricæ Templi difficultia initia.
362. latæ conditiones. 363. Stabilitur
lectio Casuum, ac Dialecticæ. 373.
Fabrica Templi tardè surgit. 433.
eius Patroni. ib. & 891. Senatum inter
& Episcopum controversia. 435.
Scintillæ hærefoes suffocantur. 450.
Fabricam Templi remoratur nup-
morum penuria. 559. Collegij res
œconomicæ. 779. Catecheseos pro-
movendæ studiū. 884. Tempore dictum
imponitur. 943. Complicatio 40.
horarum in Bacchanalibus introdu-
citur. 975. in novum Templerum im-
migratur. 1019.
Friburgensis Sodalis alienam pudici-
tiam servat. 466. estimatio & exem-
pla Sodaliū. 467. dividuntur Soda-
lita es. 649.
Fronbergius Vice-Dominus Landishuti,
40.

- Fuggeri.** Isabella latinis litteris præclare
exulta. 114. Philippus junior. 115.
Christophorus penè alter Augustan
Collegij Fundator. 116. Anna gente
Illungia moritur. 113. Barbara Phi-
lli pi senioris Vidua in Sodalitatem
Augustanam benefica. 161. evoca-
nos Mindelhemium. 183. Joanne
Ernestus eligitur Academiz Ingol-
stadiensis Rector. 195. Jacobi Fugge-
ri filia in Oettinganos nostros bene-
fica. 215. Christophori Fuggeri pec-
unijs emitur pro Augustano Colle-
gia Kissinga. 229. Fuggerorum conju-
ges erga Templum Augustanum mu-
nificæ. 230. 231. 1014. & Fuggeri sa-
pius. Jacobus Cathedral. Ecclesi. Con-
stantiensis Præpositus exemplo præ-
in supplicatione pœnitentiū. 301. eli-
gitur in Constantiensem Episcopum.
350. erga nos beneficus. 946. Marcu-
s Augustæ festum Theophoriz reddi-
illustrius. 874. Joan. Jacobus, & Chri-
stophorus vacant Exercitijs S. P. N.
962. Joannes Jacobus Societatem in-
greditur. 963.
Fulmen nostros posternit Bruntrutii. 887.
Fultenbacensis Abbas nostros advoca-
1033.
Fundatio Cóncionis Lucernæ in noſtri
Templo stabilitur. 880.
Fundationis litteræ Collegij Dilingan-
540.
Fundator Dilinganus salutatur Henr-
cus Knöringius Episcopus Augusta-
nus. 1007.
Fundator stipendiiorum Dilingæ Lind-
marius. 747.
Fürstenfeldam evocantur nostri. 292.
- G.
- Garsense Cœnobium unum & noſtri**
Eberspergæ advocat. 190.
Gass Joan. Bernardus in Colloquio Ra-
tisbonensi. 10.
P. Gasteiger Joannes, Missionarius i
Frisingens Diœcesi tempore Jubilæ-
292. cum Serenissimo Alberto Du-
Bavariz Græcium abit. 366.

Gauglerus Georgius in Colloquio Ratisbonensi. 10. ejus acta germanicò vulgat, & corruptit. 35.

Geizkofferus Abrahamus Collegij Hassensis Benefactor. 364.

à Gemmingen Joannes Conradus Episcopus Eystettensis nostrā operā utitur. 270.

à Gemmingen Joannes Otto Episcopus Augustanus pecunias colligit pro ampliando Convictu Dilingano. 332. dat alias pro sustentatione nostrorum. 528.

Gentilius Adamus noster Dilingæ moritur. 1061.

Georgius Abbas ad Vinea unum è nostris Ravenspurgum mittit in locum Parochi. 75. v. Weingarten.

Glaronensem Paroeciam administrat unus è nostris à Nuntio Apostolico missus. 398.

Gonzaga Scipio Marianus Sodalitati adscribitur. 713. Gonzagæ Marchiopes ad nos veniunt Augustam. 1005.

Gözius Leonardus Academiz Dilingæ Gubernator. 372. redit Constantiam ad munus Cancellarij. 555.

P. Graff Elias primus in Cathedra Parochiali Dilingæ Concionator. 274.

P. Graulok Simon Ochsenhusij fructuose laborat. 189. dehinc Oettingana Domus Superior moritur. 705.

Grecoij fundandi Collégium Societatis consilium Carolo Archiduci dat Guilielmus Bav. Dux, Maria conjux persuaderet: quod idem fit Labaci & Clagenfurti. 926. recuperatur primitum Templum. 918.

Gregorius XIII. P. M. in Dilinganum Collégium beneficus. 523.

Gregorianum cantum promovent Brunetrutani. 304.

Gregorium de Valencia Ratisbonensi Colloquio interfuisse falso sparsum à Lutheranis. 36. idem impetrat indulgentias Romæ pro Templo S. Leonardi propè Biburgum. 326.

Gregorianus Domus Monachij Benefactores cives. 696.

Grenzingus Christophorus ex Licentia Theologiz fit Doctor. 303. S. Hic

ronymi Collégium Dilingæ regit. 332. fit Collégij & Academiz Rector. 959. jubetur adesse Episcopo in Synodo Augustana. 1010.

Greiserus Jacobus in Colloquio Ratisbonensi. 9. raucedine laborat. 18. ejus libri editi. 121. 196. 307. 369. 427. 596. 710. 915. 955. 1053. docendi munere liberatur. 427. pro Cathedra Theologiz scholasticz recipit alteram Theologiz moralis. 955.

S. Gualfardi Reliquias novo Templo PP. Capucinorum Augustæ inferuntur. 162.

Guarentius Joannes Blasius Collensis Parochus nostros expedit. 298.

Guerikus Ingolstadiensis Academiz Rector nostris incommoda. 949.

Guidobonie parentat Monacensis Sodalitas. 300.

GUILIELMUS DUX BAVARIAE; eum **RENATA** conjuge peregrinatur ad Deiparam Allerstorffensem. 87. donat Templo S. Michaëlis Monachij Reliquias S. P. Ignatij. 106. ad Virum nobilem nuper ad Fidem convertum ex itinere invisit. 110. erga Oettinganos beneficus. 111. cum Renata Eberspergæ D. Sebastiania no supplicat. 222. munificus in nostra Templa Landspergæ. 368. Brutalitati. 437. Constantiz. 440. ejus de conjugis suæ virtute sensus. 149. ejus demortuæ cor piè secum ac reverenter habet. 150. ad nostros ægrotantes invisit. 153. Grandes Lipsianothecas ex ebena, argento ornatas, Monaciensi Templo donat. 225. in Carthusia Prædensi hospes. 365. S. Ignatio primum Templum condit Schleißheimij. 692. Eberspergæ festum Theophoriz celebrat. 691. causam agit Halensis Collégii. 751. duas spinas à Corona Christi Templo Eberspergen si donat. 1022. ejus erga nostros benevolentia. 257-265. 366. 615. 875. 945.

Guilielmus Episcopus Basileensis Brunetruti in nostro Templo consecratur. 1008.

Guisius Dux in Halensi Collégio hospes. 366.

B b b b b

P. Gutz

P. Guttmaier Melchior Missionarius in
Silva Bavarica. 292.

Günzburgensis Missio. 863.

Gymnasia florent. 120. 122. 371. 372.
429. 593. 759. ædificantur nova.

Bruneruti. 304. Constantiaz. 767.

Oeniponti. 303.

H.

Hæreditas P. Ludovico Erhardo adjudicata à Senatu Friburgensi. 779.

Hæretorum artes. 382. Conversiones v. Conversi. Constantia, fœmina ob lingue temeritatem punta. 1048. ipsimet liberos ad nostram Carechesin adducunt. 768. libri eorum noxii, & subtracti. 72. 129. 130. 449. 502. 578. 1046. 1047. maritus uxoris mortis obtestatione fit. Catholicus. 389. miles opem adversus dæmonem apud Catholicos querere compellitur. 997. Ministri nolunt cum nostris congregari. 68. 199. eorum socordia ab ipsis adversariis accusata. 769. corundem zelus delicatus. 971. ad nobiles Acatholicos non sine fructu invisunt nostri. 171. uni uxor perfudit peregrinationem Oettinganam. 390. hæretorum occulte grassantium conatibus occurritur. 1036. 206. 967. eorum odia in conversos. 199. unius publica pœnitentia opera spectantis dictum. 720.

P. Hagelius Baltasar Brixinam advocatur ab Episcopo. 188.

Hagensis oppidi Lutherani in Austria conversio tentatur. 277. civium in retinenda hæresi pertinacia. 391. plena tandem convertio. 392.

Haidenreichius Cyriacus Halensis Collegij Benefactor. 494. & Templi ibidem. 754. & pauperum scholasticonrum. 956.

Hailbrunnerus Jacobus in Colloquio Ratisbonensi. 10. 40. male tuetur suum syllogismum. 24. nec felicius succedit Post-Colloquium. 39. falsò citat Hieronymum. 43. ejus Papatus Acatholicus refutatur. 914.

Hailbrunnerus Philippus infeliciter accusat Vötterum nostrum sublesta fidei. 2. adeſt in Colloquio Ratisbonensi 10. & in Post-Colloquio. 40 frivole excusat fraudem. 42. male fratrem defendit. 43. improvidè petit exhiberi Lutheri scripta. 47. male seipsum defendit. fol. 23. 51. Laving recusat disputationem cum nostris 68.

Hailius Joannes noctambulo tragicur habet finem. 425.

Halensis Collegij incrementa. 364. ejus Benefactores. 494. 562. 749. ponit primus lapis novi Templi. 876. dedicatur. 1020. Benefactores. ib. dies festi SS. Innocentium, & S. Viti restituuntur. 637. resumitur cura Domini S. Catharinæ. 373.

Halensis Parthenon regius in Templum munificus. III. ejus Virgines sacræ Synaxin obire in nostro Templo incipiunt. 112 eundem ingrediantur Achiduces Christierna & Eleonora. 73 ejus Virgines exemplo suo etiam alie ad nostrum Templum trahunt. 220

Halensium Sodalium pietas erga defunctos. 300. duo ex ijs Romanum proficuntur ad Sepulchrum S. Ignatij. 47 unus suo periculo ad Sodalitatem pertrahitur. 650. Civicæ Sodalitatis in tia. 651. Halenses Sodales incipiunt solennem renovationem Formularianæ. 965.

ab Halweil Joannes Georgius. v. Constantiensis Episcopus.

Haniwaldus Legatus Cæsaris in Templo Ratisbonense beneficus. 268.

Hannemanus Wolfgangus in Colloquio Ratisbonensi præsens. 9.

Haunspergius Sebastianus Benefactor Eberspergiæ. 889.

Haydeckerus Andreas Abbas Alderspanensis. 81.

Hebraæ Mater cum duabus filiabus baptizatur Oeniponti. 973. item Hebraæ. 1048.

Heidelbergi Legati inanes querelæ in Comitijs contra P. Hylinum. 835.

Heissius Joannes Decanus Oettingæve Benefactor. 275.

P. Hei

- P. Heissius Sebastianus Dialogum edit de SS. Eucharistia. 430. cum vertit germanicè Vötterus. 595. refutat Papatum Acatholicum Jacobi Hailbrunni. 914.
- Helfensteinij Comitis Swickardi Epitaphium in Templo Landsbergensi. 232.
- Helfensteinia Vidua in Domum ac Templum Landsbergense benefica. 232. 166. 368. 493. 718. 945.
- S. Henrici argenteam Statuam cum Divi Reliquis Monacensi Templo donat Serenissimus Maximilianus. 106.
- Henricus Episcopus Augustanus nostri Studiofissimus. 118. 272. 368. ut Dilingæ stabilitatur Societas, & Academia eidem in perpetuum tradatur, evincit. 516. & seq. litteris ac literis favet. 118. 959. pietatem exemplis promovet. 118. 367. amplius reddit ædificium Convictus Diligani. 332. mittit nostros in Algojam. 846. pro Templo Diligano æcam & sumptus comparat. 872. 942. Ad Eremum B. V. nostris comitantibus peregrinatur. 872. adhibet nostrorum operam in Synodo Augstantana. 1010.
- Henricus IV. Rex Gallæ in Templum Friburgense liberalis. 1019.
- P. Hero Gerardus Monachij moritur. 143.
- S. Hieronymi Collegium ampliatur Diligæ. 332. v. Dilonga.
- ad S. Hippolytum apud Burgundos missio. 586. 777.
- Hippolytus, Ravennas libros Oenipontano Collegio commodatos repetit, & recipit. 128.
- Hocheneckius Princeps Campidonensis nostrum evocat. 70. v. Campidonensis. Constantia.
- ab Hochenzollern Carolus Comes Altare erigit in nostro Templo Constantiæ. 1021. v. Helfensteinia.
- P. Hoffei Panli mors & elogium. 933.
- P. Holonius Joannes Viro nobili ad mortem damnato assistit. 292. Serenissimæ Elisabethæ peregrinanti adiungitur. 366.
- ab Horckheim Wolfgangus Casparius in Collegium Diligianum munificus. 525.
- Horckhemiana Domus Diligæ pro Templo emitur ab Henrico Episcopo. 872.
- Hospites magni in Monacensi Colegio. 120.
- Hostia consecrata triginta annis illæsa. 179.
- Hungerus Albertus Pro-Cancellarius Ingolstadiensis adest in Colloquio Ratisbonensi. 9. in Templum Ingolstadiense beneficus. 368.
- Hunnius Agidius Wittenbergensis Theologus adest in Colloquio Ratisbonensi. 10. non potest adigi ad formam syllogisticam. 23. absurdæ responsa. 26. reprobatur à Serenissimo Maximiliano. 30. gloriofa de ipso suorum mendacia f. 24. 53.
- P. Hutterus Christophorus Berchtesgadam mittitur. 841.
- P. Hylinus Joannes in Post-Colloquio Ratisbonensi. 40. f. 23. 51. in Comitijs Ratisbonæ vexatur à protestantibus. 832. vota edit magna celebriate. 897. à Ratisbonensi Cathedra ad Vieuenensem in Austria abit. 985.
- I.
- Jacobi Fuggeri Constantiensis Episcopi favor erga nos Augstantæ. 735. v. Constantia. Fuggeri.
- Jägerus Abrahamus Architectus Gymnasii Oenipontani. 303.
- de Jarstorff Publius mittitur ab Episcopo Eystettensi Diligam ad actum Doctoralem. 305.
- Idioma latinum nolunt in Ratisbonensi Colloquio adversarij, extorquent nostri. 6.
- Idoli domestici species sublata. 1049.
- Jesuitæ post Colloquium Ratisbonense miris mendacijs denigrati. 36. 37. 39. v. Societas JESU.
- SS. JESU Nomen mirè efficax. 1040.
- Jezelius Martinus primus civix Soda-litatis Praefectus Halæ. 651.

B b b b b 2

S. Ignatius

S. Ignatius in opere vocatus extinguit grave odium. 105. eidem Oeniponti illustris fœmina morti proxima vitam debet. 105. SS. Ignatij & Francisci Xaverij cultus incendium avertit. 106. ejus Reliquias dono accepit Monacense Templum. 106. ejus Sepulchrum Romæ visitant duo Sodales Halenses. 471. ejus domesticus cultus Augustæ. 591. nobilem Familiam à spectris liberat. 642. S. Ignatij Exercitia. v. Exercitia. Eadem primum Templum condit Schleishemij. Serenissimus Guilielmus Bav. Dux. 692. S. Ignatius unum è nostris Augustæ servat. 888. ejus festum primi Augustæ celebrant Sodales Mariani. 911. postulatur ejusdem relatio inter Divos. 979. restituit. P. Roseffio sanitatem. 980. unius è nostris moribundis devotio erga S. P. 981. incipitur coli officio publico. 1006. ejus erga puerperas, & alios memorabilia beneficia. 187. 221. 324. 408. 483. 638. 767. 773. 855. 888. 978. 1035. 645. 668. 699. 855. 1034.

Illerbergæ Missio. 745.

Ilsungus obstat emptioni Kissingæ. 289.

Imaginum sacrarum cultus restituitur. 184. 318.

Impuri juvenis poena. 187.

P. Imhoff Hieronymus à Cosmo Mediceo in Comitem itinerum assumptus. 744.

Index expurgatorius nobis attributus. 46.

Indulgentiarum estimatio, & ardor lucrandi. 210. carundem vituperatoris mors improvisa. 600.

Ingolstadij florent scholæ nostræ. 120. 370. 429. ampliatur ædificium Collegij. 330. 426. 940. & res Oeconomica. 892. 1023. nostri pertuntur ad procurandas Parœcias. 187. publica opera penitentiae magnos faciunt motus. 301. Convictus desora. 912. Sodalis pia mors. 965. incommodaatur nostris à Rectori Academico. 949. Archidux Austriz ed missus nostræ curæ commendatur. 956.

SS. Innocentium & S. Viti dies festi Ha-
lz restituuntur. 637.

Insulenses in Burgundia, & liberi mon-
tes Missione excoluntur. 178. 291.

Intemperantiz vitium feliciter expug-
natum. 294.

Jubileum. 210. ejus celebratio. 292.

ejus tempore evocantur nostri Con-
stantienses ad Monasteria. 181. Jubile
ignoratio, & inde horror. 993.

Isnensis Minister Cathedram & hæresi-
deserit. 606.

Judex controversiarum Fidei quis? 12.

16. absurdè designatur ab Hunnic
26.

K.

P. Kager Michaël peste laborantibus sa-
vit Brunovij. 703.

Kellerus David Sodalis Halensis Romanus
proficiscitur ad Sepulchrum S. Ignati. 471.

P. Kellerus Jacobus Gretseri in Cathedra
Theologica successor, & primus
concionator in Templo B. V. Ingol-
stadij. 428. ejus professioni inter-
Serenissimus Dux Guilielmus. 72.
fit Rector Monachij. 892.

Kelnæus Medicinæ Doctor, Profess
Annæus Augustæ ad Fidem conve-
titur. 287.

Kellnerus Christophorus Doctor & sur-
mus Custos Augustæ. 533.

P. Kernius Georgius Oeniponti Recto-
255. 303. 485. 741.

P. Kernius Thomas Halz pietatem er-
defunctos promovet. 300.

Kirchberga excolitur. 69.

Kirchmair Georgius Ingolstadij mor-
tur. 329.

Kisca Stanislaus Vilnensis Canonicus
exercitia obit Augustæ. 1017.

Klockerus Benedictus Abbas S. Crucis
Donavverdz pro Religione stat for-
titer. 792.

à Knöringen Henricus Episcopus A-
gustanus, v. Henricus. Augusta. Linga.

Köpple Joannes erga Landspergen
beneficus. 717.

Kövenhillerus Baro Legatus Austriacu-
217.

P. Kollovrat Ferdinandus primum Sacrificium celebrat Monachij. 690.
Kostka Joannes S. Stanislai ex fratre nepos discipulus Monachij. 593.
à Kreüt Comes Legatus Neoburgicus. 194.

Kyssingam emit Augustanum Collégium pecunijs à Christophoro Fuggero donatis, 229. eam immunitate do-nant Serenissimi Duces Bavariæ. 335. facultatem lignandi concedunt. 336. sit tota nostra emptis prædijs Illsun-giano, & Ovvjano. 337.

Kyssingenium rusticorum adversus Col-legium seditio. 563.

L.

Lælius Laurentius in Colloquio Ratis-bonensi. 10.

Lambergerum Joannem Filium unicum, & Familiæ ultimum ipsa Mater Vi-dua ad Collégium adducit. 122.

Landeronæ perpetuam Missionem vult esse Longavilca Princeps. 1038.

Landspergensis Demus Conditorum Epithaphium. 233. ejus Benefactores. 268. 717. Oeconomie incrementata. 232. 945. 1023. excepta coneio poméridiana. 320. introduceitur in Bacchanalibus 40. horarum compreca-tio 906. stabilitur nobis Cathedra Parochialis favore Screnissimi Maxi-miliani Duciæ Bavariæ. 1004. amplia-tur Collégium. 331.

Landspergensis Senatus de frequentan-da Catechesi decresum. 208. idem facilitat ascensum ad nos. 234.

Landspergensis Sodalitas civium insti-tuitur. 404. ejusdem Tutores & Pa-troni, ib. Supplicationem annuatam in campum Lycium decernit. 404. collata quædam Sodalibus cœlitus bene-ficia. 461. Psalmum 50. in Quadra-gesima cantari in nostro Templo cu-rat. 647. viam Landspergæ in Cam-pum Lycium columnis lateritijs exor-nat. 647. confirmatur à Papa & Epis-copo. 720.

Landspergensis Prætoris virtus singula-ris. 141.

Langvalterus Caupo Augustanus in SS. Eucharistiam injurijs punitur. 201.

Lavingæ nostri cum Lutheranis dispu-tant. 306.

Lausanensis Episcopus mittit nostrum ad proerandam Staviacensem Paro-ciam. 84. nostris per Diocesin dat am-plissimam facultatem. 211. honores eidem habiti Friburgi. 304. moritur. 782.

Lausanensis Virginis constantia. 63.

Lauterbacensis Missio. 317.

Lautherius Georgius ad D. V. Monachij Præpositus in Colloquio Ratisbonen-si. 9.

Laymannus Paulus Presbyteratum sus-cipit, & fit Professor Ingolstadij. 369.

Lechusiani parvuli duodenis mors & elogium. 645.

Legati Hispaniæ, & Regis Persarum Mo-nachij. 120. alij plures eò delati ad Collégium invisiunt. 224. Gallicus & Coloniensis. 618.

Legatorum Ratisbonæ in Comitijs erga-nos favor. 267.

Legum Meritarum observationem vo-vet Vir Nobilis Monachij. 140.

Legum Sodalitatis libellus. v. Sodalitas, Leo Gabriel ad S. Leodegarij Lucerne Præpositus Benefactor. 787.

S. Leonardi propè Biburgum cultus, & beneficia. 86. 219. 326. Indulgentiaz ejus Templo concessæ, ib. ejus cultus crevit. 486.

Leoninus Quirinus Cathedralis Ecclesiaz Ratisbonæ Præpositus Crucem in supplicatione præferrit. 134. in no-strum Tempulum beneficis. ib. 268. & erga captivos. 171. item in Collégium Ingolstadiense. 892.

LEOPOLDUS Archidux jocose nostris imponit Monachij. 646. ejusdem erga nos favores. 875. 925.

P. Leopoldus Carolus moritur Mona-chij 417.

Lechenfeld Casparus Sigismundus Bene-factor Templi Ratisbonensis. 1021.

Louchenbergensis Landgravius disce-dit à Colloquio Ratisbonensi. 17.

Cccc

Let

- Ilex iniqua Catholicis Augustæ abrogatur. 904.
- Liberi Parentibus ad Religionem duces. 830.
- Libri hæreticis eripiuntur. 129. 130. 288. 903. 1047. eorum lectio perniciosa. 1046. 578.
- Libri Jac. Gretseri. v. Gretserus, Alij 1053.
- Librorum sacrorum Lectio. 248.
- P. Licius Martinus Friburgi Collegium & fabricam curat. 785.
- Liga Catholica Monachij inita. 1056, 1058.
- Lignandi facultas Kissengensibus impetrata. 336.
- Lindemarius Fridericus Parochus Wessingensis insignis Benefactor Bibliothecæ Dilinganz. 746. Fundator duorum stipendiorum. 747.
- P. Lippius Gerardus Confessarius Serenissimi Maximiliani Archiducis. 228.
- Lipsanostecæ pretiosæ Monacensi Templo donataæ à Serenissimo Guilielmo Duce Bav. 225.
- Lobkovvizi Legatus Cæsareus. 224.
- Locus sacer purgatur, & cultui Divino restituitur. 317.
- Lodronij Comites Sodalitatis Praefecti. 468.
- Longavillea Princeps Landeronæ perpetuam vult Missionem. 1030.
- Lotharingizæ Duces Monachij ad Collegium ac Templum invisunt. 258.
- Lucernensium erga nostros affectus. 90, incipiuntur ibidem meditationes publicæ magno fructu. 309. 399. Collegium ampliatur. 330. Sodalitas in duas dividitur. 403. grassatur lues. 786. Benefactores Templi. 787. concilio in nostro Templo stabilitur: fundatio confirmatur. 880. res Collegij Oeconomicæ. 1023. Senatus Collegio Procuratorem extetnum assighare vult: sed P. Visitatori recusanti acquiescit. 1062.
- S. Lucij Regis Reliquiæ à Curienſi Episcopo donatae. 117. 368.
- Ludentium damna. 321.
- Ludimistorum abusus sublatuſ. 898.
- Lues, sive pestis Bruntruti. 1060. Luciferæ. 786. Augustæ & Ratisbonæ. 885.
- Lunælacensis Abbas suorum agmen adducit Oettingam. 603.
- Lustralis aquæ usus restitutus. 77. al hæreticis parentibus adhibita sanæ filiolum. 411. ejus usus & vis. 661 pedem male affectum sanat. 781.
- Lutheranis famulantium periculo pro specum primum à Serenissimo Duc Bavariz, mox ab Episcopo Augustano, Fisingensi, & Fuggeris. 733.
- Lutherani præeonis conjugis in Fide Catholica suscipienda fortitudo. 67 alterius Præeonis contra Indulgencias insurgentis mors improvisa. 600
- Lutherani Sacramenti administrando modus insolens. 286.
- Lutheri à Vöttero editi, Veridicus. Tuncius. Devotus. Angelicus. 2. f. 22. r. 48. 49. ejus anatomia. 2: ejus Christum scribentis impietas. 47 securitas. ib. doctrina consonans Alcorano. f. 22. 48. falsa & turpia vanicie. 50.
- P. Luzij Christophori Neo-Myftæ Magister beneficia in Templum Ingolstadiense. 368.
- P. Luzius Jacobus Landspergæ Sodalitatem civium frustrâ molitus. 302.
- Lycesius Marcus Combürgensis Decanus, designatus Pro-Episcopus Eystetenſis Theologiaz Doctor inaugurate Dilingæ 305.
- Lyzelburgensis pagi conversio. 730.
- M,
- SS. Machabæorum Reliquiæ in Germaniam veniunt per Familiam Hohenzolleranam. 681. donantur Templum Landspergenſi à Vidua Helffechtini ex eadem Familia. 684.
- Mahometani duo baptizati. 451. Apostata à Mahometismo reducuntur. 1048.
- P. Mairhofer Mathias Apologiam edificuli Prædicantium adversus speculum Jesuitarum. 121.
- Mathij in Vinšgovia à nostris Missionarijs restauratur Sodalitas S. Sebastiani. 1030.

P. Manareus Oliverius Visitator obit Provinciam. 125.

Manne Abrahamus in Colloquio Ratisbonensi praesens. 10.

Manserus Sylvester Donavverdanæ Parrociorum restituitur. 789.

Marchtallensis Abbas contribuit ad foundationem Constantiensis Collegij. 242.

S. Mariz Egyptiacæ S. Cranium Templo-Augustano donatur ab Henrico Episcopo. 230.

MARIA Bavariæ Cojugis Caroli Archiducis elogium. 916. Religionem in Styria periclitantem sustinet factum eternum memorando. 919. Lutheranorum Græcij Seminarium convertit in Monasterium. 923. ejus inter Moniales agendi ratio, professio Religiosa, & sancta mors. 924.

MARIA illius Filia. 689. 691.

Marianæ Misericordiæ exemplum. 758.

Marianæ Sodalitates. v. Sodalitates.

P. Marius Martinus moritur. 155. & P. Michaël Marius. 143.

Marquardus de Berg Episcopus Augustanus. 523. Donavverdanorum Catholicos eliminare molientium conatus resistit. 793.

MATER ADMIRABILIS Titulus Deiparæ gratissimus. 405.

Maternæ institutionis fructus. 61.

Matricidium impeditur. 475.

Matris egregium facinus. 312.

MATHIAS Archidux Monachij hospes. 261. in Comitijs Ratisbonensibus. 267.

S. Mauritij M. S. Cranium Augustano Templo donat Henricus Episcopus. 230.

MAXIMILIANÆ Bay. Principis liberitas in pauperes, & pietas. 96. 481.

MAXIMILIANA Ferdinandi Ducis Filia. 223.

MAXIMILIANI Archiducis Tirolim ingressi favores. 228. Constantiensis Collegij foundationem urget. 237. noster Monachij hospes. 261. 366.

Oenipontanum Gymnasium exstructre incipit. 303. ejusdem & Annae Archiducis Viduz benevolentia. 360. beneficis est in Constantiensem Colle-

gium. 440. Halensi Collegio dat 30000. florinorum. 752. 753. liberalis in Bibliothecam Oenipontanam. 762. item in Collegium. 944. & pauperes scholasticos. 956.

MAXIMILIANUS Dux Bavariæ invicit ad Ducem Neoburgicum. 2. in Ratisbonensi Colloquio arguit imputentiam Hunni. 30. abruptit Colloquium. ejus rei causæ. 32. traducitur mendacij hæreticorum. 38. f. 23. 51. cum Aulicis pedes ad Montem sanctum peregrinatur. 156. est liberalis erga Templum Ebersbergense. 223. committit nobis curam militum. 499. læsam Societatis famam publico Instrumento defendit. 686. suscipit demandatum sibi Donavverdanæ pacandas negotium. 798. ejus in civitate recipienda & regenda moderatio singularis. 994. studium in promovenda canonizatione S. P. N. Ignatii. 979. ejus beneficio stabilitur nobis Landspergæ Cathedra. 1004.

Mediceus Hætruriæ Princeps ad nos Augustam divertit. 744. Colloquij Ingolstadiensis feryens Sodalis. 912.

Meditationes publicæ magno cum fructu incipiuntur Lucernæ. 309. continuantur. 399.

Mellinus Cardinalis Legatus Pontificius. 875.

Mendacia hæreticorum post Colloquium Ratisbonense. 52. 53.

Mendicatio fructuosa PP. Tertiæ Probationis Landspergæ. 182.

Mendicus Catholicum diu simulans, fit serio anç mortem. 741.

SS. Menstruorum sortitio Sodalem Ingolstadiensem Diuinæ vocationis admonet. 468.

Merringana Parochia Collegio Ingolstadiensi tradita. 892.

Merzij Martini Ord. Præmonst. de P. Ilio Priscianensi testimonium. 740.

Mezgerus Casparus in Vallesiam mittetur. 860. juventutem docere incipit. 1039.

Miesiggmannus Michaël Benefactor Templi Ratisbonensis. 492.

Miles hæreticus præsidium adversus demonem inter Catholicos quærit. 997.

- Minchinga Sueyorum purgatur abusibus. 186.
 Mindelheimensis Missio evocante Fugero. 183.
 Minsterlingense Cœnobium nostrorum ministerijs utitur. 99.
 Minutius de Minutijs Nuntius Apostolicus ad Monacense Collegium venit. 260. moritur Monachij, & in Templo nostro sepelitur. 418.
 Mircelius Pro-Episcopus Constantiensis pretiosâ thecâ honorat S. Lucij sacras Reliquias. 117. cum nostro Concionatore oppida Austria in Suevia obit. 288.
 Missæ Sacrificium efficax in sanando civi Brunntrutano. 90. & civis Luorenensis filio. ib.
 Missiones Colmarie 397. Lauertbaci. 317. in Algoja. 846. 571. 576. Ravenspurgi. 74. & seq. ad oppida Austria in Suevia. 288. extra Bayariam. 191. per inferiorem Bavariam. 501. una oppidò necessaria. 178. per silvam Bavaticam. 171. 393. 723. per ditiones Episcopatus Augustani. 73. per PP. Dilinganos obitz. 188. aliz per Provinciam. 863. 986. variatum varij fructus. 839. erga Missionarios benevolentia. 572.
 P. Mittnerus Marcus Jubilei tempore in Frisingensi Dioecesi Missionarius. 292. mittitur Berchtesgadam. 841.
 Molart Ludovicus in Oenipontanum Gymnasium liberalis. 588.
 P. Molitor Joannes Baptista initium facit Congregationis civium Landperg. 302. peste laborantibus Brunovij servit. 703.
 Molshemientes nostri Brunntrutum profugi. 1059.
 Monachij Officiorum Divinorum in nostro Templo Majestas est occasio conversionis. 57. Vir 30. annorum ante mortem opportunè baptizatur. 93. civium Monacenum in pauperes liberalitas. 96. Sodales adducunt supplex agmen ad S. Sebastianum Eberspergam. 87. comprecatio publica in nostro Templo adversus Turcam feliciter instituitur. 107.

- Gymnasium præclaros habet discipulos. 119. 194. Collegium magni hospites lustrant. 224. Annua Dedicationis nostri Templi solennitas. 492. ejus Benefactores ib. res Oeconomicæ 892. Sodalitas civium inchoatur. 1026. obicitur accessus liber ad capitivos. 374.
 Monasteria Sacrarum Virginum nostrorum operâ utuntur. 583. & virorum 584. 308. corum desertores rediuti. 1031.
 Monialis energumena curatur. 271.
 Morenveiss Ludovicus moritur Ingolstadtij. 329.
 Moroldus Christophorus in Colloquio Ratisbonensi. 10.
 Moronus Cardinalis erga nos beneficu. 523.
 Mors felix Matronz. 621. item Virginis 622. pij Sodalis. 757. 1027. 965.
 Mortuus Pater degenerem filium cendat. 900.
 Moseri Centurionis supplicium Dona vverdz. 817.
 Müldorfij exterminantur libri hæretici. 502.
 Mylenus Pistor ad fidem nostram spon versus reducit in pagum liberum exercitium Catholicæ Religionis. 774.
- N.
- Neoburgicus Dux Philippus Ludovicus in Colloquio Ratisbonensi. 10. & Post-Colloquio. f. 23. 51.
 Neoburgi ad Rhenum necessarius & utilis labor. 840. expeditur Societas 1037.
 Neo-Myltz nostri Primicias ornat suæ præsentia Serenissimus Guilielmus 691.
 Neostadiensis Parochus Benefactor Iagoistadiensis Collegij. 497.
 Neresheimensis Abbas nostris addictissimus. 189. in Oettinganos liberalis 275.
 Nesselwyangæ fructuosa Missio. 575. 721.
 P. Neuhauser Caspati mors. 712.
 Neudec

Nedreckia Vidua in Landsbergensem
domum benefica. 111.
S. Nicolai domus Oeniponti. 124. sacellum suum erigit. 364. ejus Benefactores. 652.
Nidanus Pistorius. v. Pistorius.
P. Nidermair Georgius Ochsenhusij cum fructu operatur. 189.
P. Niess Joannes Societati adscriptus. 372.
Norimbergam evocantur nostri. 581.
Nosodochium S. Elisabethæ fundat Serenissima Renata. v. Hospitalis.
Novellæ Lutheranæ mendacijs plenæ da Colloquio, & Post-Colloquio Ratisbonensi. f. 24. & 25. n. 53. 54.
Novitij S. J. v. Tirones.

Q.

Oberndorffium in Algojam nostri mittuntur. 184. 721.
Oberstorfensis Missio in Algoja. 575.
Oberschönfeldensis Monasterij pietas puellam Lutheranam convertit, Hujus in eodem constantia. 382.
Ochsenhusanus Abbas nostris favet, 189. juvat fundationem Collegij Constantiensis. 241. eò mittuntur duo è nostris, 189. Abbas divergit ad Monacense Collegium. 262.
Odia sublata. 72. f. 34. 396. 506. 105. v. Discordia.
Occconomica res aucta. Ingolstadii. 892, 1023. Bruntruti. 892. 1023. Augustæ. 892. Eberspergæ. ib. Monachij. ib. Landspergæ. 945. Lucernæ. 1023.
Oeniponti Viro nobili in supremo supplicio affixitur. 374. familia de Fide suspecta detegitur & refusicit. 449. Benefactores Collegij. 111. 495. foundationem auget Ferdinandus Archidux. 561. Gymnasium exstruit Maximilianus Archidux. 303. immigratur in illud. 587. habet discipulos Religiosos. 588. floret. 759. introducitur lectio Theologiz Moralis, & Dialecticæ. 588. redduntur libri commodi. 126.
Oettingæ in Rhetia laboratur utiliter. 69.

Oettingæ in Bavaria ampliatur habitat. 432. stabilitur à Serenissimo Maximiliano Bav. Duce. 558. crescit frequentia peregrinantium. 91. Magorum Patronorum erga nos beneficentia: è Domo Bavaria Serenissimorum Guilielmi, Maximiliani, Alberti, Mariæ Annæ, & Archiducum Græcensium. III. Catharinæ Törttingæ. 708. & aliorum. 879. in angusta domo nostra pernoctans simul duodecim Principes. 708. Oettinganae Deiparæ diversæ in corpora & animos beneficia. 215. 326. 604. 709. 977. 643. peregrinatio ad illam ad sanitatem & veram Fidem recuperandam salutaris. 59. f. 28. 390. 451. 603. 604. 976. peregrinantur illuc pedites Serenissimi Maximilianus & Elisabetha. 693. 976. Hæc pro Sacro perpetuo offert 5000. florenos. 693. Oettingana Sodalitas confirmatur. 909. Sodales pauperes peregrinos aliunt. 648.
Oliverius Manareus Provinciaz Visitor. 125.
Opalinskij Andrej Postaniensis Episcopi erga nos affectus. 1013.
Orphanotrophij Monacensis Auctor P. Federus. 982. conservatur. 374. & restauratur. 479.
Orphanotrophium pro solis Catholicis Augustæ Auctoriis nostris erigitur. 323.
Osiander Andreas in Colloquio Ratisbonæ. 10.
Ostenbergerus Christophorus Missionarius in silva Bavaria. 292.
Osterhovenensis Abbas erga Oettinganos liberatis. 275.
Ottenburanus Abbas nobis favet. 189.
ab Ow Christophorus Canonicus Augustanus. 533.

P.

Padnoscij Philippus & Martinus Sodalitatis Augustanæ Benefactores. 301.
Paradeiseri Adami conversio ad Fidem. 446.

D d d d d d

Pa,

Parentibus debitæ reverentia & gratitudinis defectus punitur. 311.
 Papistæ cujusvis doctrinam Jesuitis tribuere non curant heretici. 45.
 Parochos ad se nos evocantes cavillantur malevoli. 190.
 Parœciam Saviaçensem administrat noster petente Lausanensi Episcopo. 84. aliz procurantur ab Ingolstadienibus. 187. 498. Glaronensis, mitten te Nuntio Apostolico. 398. ad S. Spiritum Oeniponti. 759. aliz. 883. Meringana Collegio Ingolstadiensi traditur. 892.
 Parthenoa nobilis in Suevia ad concordiam reducitur. 472.
 Parvuli novennis zelus in convertendo Patre. 968.
 Paschalis celebrationem in Ecclesia pertinere ad cultum Divinum negat Hunnius. 27.
 Pater mortuus degenerem filium emendat. 900.
 P. Patrognatus Julius Halz moritur. 508.
 Paumburgensis Præsul & Conventus mortuum è nostris honorifice sepelunt. 707.
 Pauperum cura in Maximiliana Principate Bav. 96. In Maria Archiduœ. 929. apud cives Monacenses. 96. excitatur per nostros erga pauperes, scholasticos. 123. 304. 956. & alios quoscunque. 374. 481. 648. 696. 1052. pauper desperabundus ad spem reducitur. 103. unus ante mortem promittit nostris remunerationem, & præstat. 135.
 Pax Familia restituta. f. 34. n. 72.
 Peccator obstinatus vi altiore sternitur. 132.
 Pelicanus Samuel Tigurinus fit Catholicus. 204.
 Peregrinatio pia Caroli Marchionis Burgoviæ ad Eremum B. V. 109. 485.
 Serenissimi Maximiliani Bav. Ducus ad Montem sanctum. 156. item cum Serenissima Elisabetha Oettingam vet. 693. V. Maximilianus. Oettinga. Romana memorabilis Joannis Ridi Sodalitatis Augustanæ Præfedi. 163.

Peregrinationes PP. Tertiæ Probatæ fructuosa. 585.
 Peregrinis Romæ exhibita caritas, demissio Summi Pontificis. 164.
 Peromannus Petrus Templum ornauit Friburgi. 1019.
 Personarum numerus in Provincia I. 940.
 Pestis grassatur Bruntruti. 1060. Bruno vij. 703. Augustæ. 739. 885. Ratisbonæ. ib.
 Petrohusanus Abbas juvat fundationem Collegij Constantiensis. 242.
 Petri Martyris objectiones ab Hailbrunner citantur, tacitis Bellarmini responsis. 44.
 Petrus Canisius procurat res Collegii Dilingani. 523. quædam de illo memorabilia. 1043.
 Pfaffenhusij pacata odia. 506. Missa ibidem. 702.
 Pfyfferi Lucernæ Benefactores Templi 943.
 P. Pfyfferus Joannes mittitur ad Abbatem Weingartensem. 292.
 Philippus Ludovicus Palatinus invisitus à Maximiliano Duce Bav. unde occasio Colloquij Ratisbonensis. 2 vult institui Post-Colloquium. 40 & seq.
 Pictoris post peragratam Germaniam ad Ecclesiam redditus. 380.
 Pietas erga amicum Mariani Sodalis 402.
 Pietas Mariæ Archiducis erga defunctum Conjugem. 929.
 Pistorius Joannes Nidanus. 2. fabula de illo post Colloquium Ratisbonense 36. fama. ib. male traducitur. ib. 48.
 Poena impuri juvenis. 187. sacrilegi. 201 mulieris profanantis vestem sacram 220. blasphemii. 282. saltu profanantis festum S. Viti. 737. ebriosi. 736 irridentis res sacras. 739. noctambulonum. 425.
 Pœnitentiaz Sacramenti fructus. 89 214.
 Pœnitentiaz opera publica fructuosa. 290. 101. 301. 720.
 Pœnitentiaz præpostoræ corregitus error. 376.

à Polweil Rudolphus Baro munificus
in pauperes scholasticos. 123.
Pontanus Jacobus edit libros. 197. 371.
590. 728.

Pontarliaci à Bruntrutaniis PP, utiliter
laboratur. 97. Viduꝝ præclara edunt
virtutum exempla. ib. Civium erga
peregrinos Româ reduces, & no-
strum caritas. 98.

Portia Comes & Nuntius Apostolicus
venit ad Monacense Collegium. 120.
695.

Post-Colloquij Ratisbonensis narratio.
40. & seq.

Præconis heterodoxi filius in itinere
Romam conuersus. 58. f. 27. idem al-
terius Præconis conjux. 67. alius hæ-
resin & Cathedram deserit. 606. co-
rum delicatus zelus. 971. fraus &
corruptio Protocoli in Colloquio Ra-
tisbonensi. 34.

Prædicatorum Ordinis Religiosi in
Convictu Dilingano. 741.

Præstigijs liberatur domus. 183.

Præsules Bavariæ nostri fautores. 189.

Primitijs nostrorum intersunt Bavariæ
Principes. 690.

P. Priscianensis Julius Collégij & Aca-
demiz Dilingæ Rector excurrit ad
varia Monasteria. 189. moritur Di-
lingæ, ejus elogium. 740.

Pro-Episcopus Constantiensis lectionem
Theologiz moralis suâ præsentia
ornat. 430.

Professio Fidei publica. 444.

Protestantium artes in impedienda con-
versione Donawerdæ. 1033. eorum
unio in bellum erumpit. 1055.

Prijelensis Cartusiaz Prior res nostras
promovet. 365.

Psalmus 50. in Quadragesima Monachij
in varijs Templis nostro exemplo
cantari coepitus. 319.

Puellam fraude inductam pietas erga
Deiparam servat ab hæresi. 382. al-
terius simplicitas Oeniponti ab erro-
re servatur. 476.

Puellæ hæreticæ quatuordecim anno-
rum ad Fidem Catholicam, & Mo-
nasterium se recipientis ardor & con-
stantia. 382.

Pyhelmayr Joannes Baptista Suffraga-
neus Ratisbonensis, magnus Societa-
tis & Exercitiorum S. Ignatij Patro-
nus. 419.

Q.

Quadragesimalis pietas Catholicorum
moyet juvenem heterodoxum. 281.

Quadragesimæ Dominican primam
profanandi abusus sublatas. 902.

Quintinus Guilielmus Sedunensis Ca-
nonicus primos Missionarios in Vale-
Jesiam evocat. 860.

R.

Raderus Matthæus edit libros. 197.
371. 590. Viridarium recudit. 728.
edit Aulam Sanctam, 915. & Partem
alteram Viridarij SS. 1053.

Radzivilij Principes Gymnasij Augustan-
ni discipuli. 372. Joannes Albertus
verò Dilingani. 554. idem Principes,
& illustres Sodales Dilingæ Baccha-
niorum tempore in valetudinario
serviunt. 646. Albertum in Aula Aca-
demica perorantem audit Henricus
Episcopus. 742. obit Exercitia S. Ignatij,
& post hæc nobile edit virtutis
exemplum. 743. abit in Italiam. 913.
à Rittenau Hannibal Benefactor Tem-
pli Constantiensis. 1021.

P. Raius Casparus magno cum plausu
in scenam dat S. Wenceslaum. 742.
in Algojam mittitur. 846.

Ratisbonæ Colloquium inter Catholicos &
Lutheranos. ejus occasio, pro-
crastinationes, successus, finis &c.
1. & seqq. Post-Colloquium Vötre-
rum inter & Hailbrunneros. 40. &
seq. augetur res Catholica post Col-
loquium, 55. Episcopus nostram ope-
ram adhibet in lustranda Diœcesi,
172. 275. 392. ejus exempla pietatis:
ib. & favor erga nos. 173. & Princi-
pum virorum in Comitijs. 267. Ra-
tisbonensis Templi Benefactores. 268.
492. 891 Domus nostra à Partheno-
nis vicini hosto muro dividitur. 365.
Sodalitas in duas dividitur non abs-
Dddd d 2 que

- que solennitate. 403. Magnum Deiparæ in Sodalem beneficium. 462. Collegium infestant seles magicæ. 488. lis oritur inter nostros & Magistratum. 489. ad pedem pontis ministrantur in Nosochio Catholicis Sacra menta. 609. graffatur maligna lues. 885. Oeconomiz incrementa. 945. Grammatices schola in duas dividitur. 492. docetur Jus Pontificium, & Seminarij fundamenta jaciuntur. 957.
- Rattenbergensis & Schvavensis Monasteriorum libri commodantur nostris ad usum Oeniponti. 125.
- Ravennas Hippolytus eos repetit, & recipit. 128.
- Ravenpurgum in locum Parochi unus è nostris mittitur. 75. Religionis Catholicæ facies ibidem. 74. Concionatum fructus. 75. Civium affectus. 76.
- Reccordini Christophori mira teneritudo conscientiæ. 140.
- à Rechberg Benefactor Templi Dilingani. 745.
- Reihingia Catharina Societati addictissima moritur Augustæ. 367.
- P. Reindelius Rupertus mittitur Romam. 614. 685.
- Religionis Catholicæ amplectendæ votum à periculo vita liberat. 203.
- Religiosi tertiam Sodalitatem Dilingæ constituunt. 139. unus ex Ordine S. Francisci zgrotans in Collegio curatur. 245. Religiosorum plurimi in Convictu Dilingæ. 333. 961.
- SS. Reliquiz S. Gualfardi Augustæ. 162.
- SS. Reliquiarum nostri Templi festum celebratur Monachij. 687. Eorum publica ostensio reducitur Augustæ. 873.
- Remboldus Patritius Augustanus filium adducit ad Landspergense Tirocinium. 1014.
- à Remersthall Benefactor Collegij Dilingani. 745.
- RENATA Guilielmi V. Bav. Ducis Conjur erga Landspergenses benefica. 111. Monacensi Templo donat Aulæ pretiosa. 226. ejus elogium.
- prodigiosa infantia, & innocentia morum. 145. rerum Divinarum, & orationis studium singulare. 146. 147. affectus erga Societatem. 148. caritas erga pauperes admiranda. 149. aliz præclaræ virtutes. 150. supremus morbus. 151. preces nostræ, atque omnium Ordinum, uti & pauperum pro ejus salute. 152. Religiosa mors, ib. primum funus Cryptæ Templi nostri infertur. 154.
- Renovatio Formulæ Marianæ. 965. 1026.
- Renz Ludovicus Abbas Degganganus Patronus noster moritur. 511.
- Reus ad mortem damnatus insigniter pœnitens. 395.
- P. Rex Joannes Missionarius in Vallesia. 991.
- Rhainæ Bojorum utilissimè laboratur. 69.
- Rhelingerus Christophorus Sodalitatis Augustanæ. Benefactor. 301.
- P. Rhem Jacobus accipit revelationem de Titulo Matris Admirabilis. 405.
- P. Rherius Michael Flauilingam mittitur. 72.
- Rhetij Joachimi mors. 983.
- Rhotius J. C. infelix Donavverda Consiliarius. 810.
- Ridij Joannis Sodalitatis Augustanae Praefecti peregrinatio Romana memorabilis. 163. panem divinitùs missum invenit, & Laureti consequitur oportam copiam lacrimatum. ib.
- P. Riedinger Petrus moritur Halæ. 416.
- Riedleriana vidua in Halense Collegium benefica. 364.
- Rinck à Baldenstein Guilielmus, Basileensis Episcopus. 870. ejus erga nobis affectus. 871. 1008.
- à Rodt Præpositus Wertenhusanus nobis addictus moritur. 512.
- Romani Breylarij usus nostrorum operi in Diocesin Ratisbonensem introducitur. 726.
- Rosarij usus Elvaci reviviscit. 864. alibi. 206.
- P. Roselli Gregorius ad Augustanæ Monte sancto reduces dicit. 137.
164. Provincialis. 335. Augustæ cor

Mönatur. 873. deponit munus regondi
dæ Provinciæ. 980. sanitatem recu-
perat ope S. Ignatij. ib. Synodum
Augustanam alloquitur. 1010. ser-
monem habet in electione novi Ab-
batis Andecensis. 1012.

Rosenbuschia vidua in Templum Ra-
tisbonense beneficia. 268.
à Rosenbusch Joan. Leonard. Benefi-
ctor. 492.

Rosenhemij Missio. 292.

Rosseus Guilielmus. 45. 55.

Rotensis Abbas in Suevia juvat funda-
tionem Constantiensem. 242.

Rubeus Joan. Baptista Sodalis Halensis
Romam proficiscitur ad Sepulchrum
S. Ignatij. 471.

Rudolphus II. Imp. nostram Oeniponti
inopiam juvat. 116.

Rungius David Theol. Wittenbergensis
in Colloquio Ratisbonensi. 10. 19.

Rusticanus plebis admirabilis ardor. 853.
& seq.

S.

Sabaudi mercatores Socium moribus-
dum ab hæresi revocant. 607.

Sacer locus purgatur. 317.

Sacerdos sibi restituatur. 899.

Sacerdotis Viri nobilis memoranda con-
versio 1032.

SS. Sacraenta. Sacramenti bene admi-
nistrati fructus. 214. SS. Sacra-
mentorum virtus. 89. & 90. Sacra-
mentorum usus furorem sanat. 509.
Sacramentorum etiam in corpore sa-
nando virtus. 1044. Vide etiam
Confessio. Eucharistia. Unctio ex-
trema.

Sacraenta Lutherana administrandi
modus insolens Augustæ foeminam
adducit ad conversionem. 286.

Sacratum rerum usus & amor non sine
fructu. 855.

Sacrificandi, id est, sacra piacularia fa-
ciendi abusus pro infantibus ante ra-
tionis usum mortuis collitur. 206.

P. Salbius Georgius Dilingæ moritur.
509.

Salemianus Präfus suæ nos foyet gra-

tiæ 189. Constant. Collegij fundandi
Benefactor. 212.

Salisburgensi Diœcœsi pars vicina Ju-
stræ à Wolfgango Ratisbonensi
Episcopo, nostris illuc præmissis,
276.

P. Sallerus Joannes Concionator Augu-
stæ. 197. 734. 873. In Octava
Corporis Christi. 201. Auctor con-
versionis Saurzaphij Viri nobilis. 384.
& seq. Ejusdem Epistola. 728. Augu-
stanis in magno est desiderio. 1014.
Latinam Orationem Augustæ habet
ad Synodum. 1040.

P. Salzhafer Cosmas Ecclesiastes Ooni-
poniti. 905.

Saltu festum S. Vici profanantis poena.
937.

Samuel Pellicanus Tiguriæ Präconis fi-
lius Luciferæ conversus. 204.

Sanatio mitæ puellæ. 395.

Sartorij Andreæ nostri mors & elogium.
658.

Saturnaligmæ licentiam pijs operibus
corrigunt nostri Sodales Mariani,
133. & seq.

Saurzaphius Sebastianus ad Fidem Ortho-
doxam convertitur. 384. & seq. Bib.
Hierophcam suam purgat. 597. ejus ar-
tor pro Religione. 445.

Schacher Jacobus moritur. 981.

Scheinerus Christophorus Matheseos
peritus evocatur ad Aulam Mona-
censem. 691. Venit. Ingolstadium,
1054.

Scheitzenbergeri Caroli mors. 712.

Schellenbergæ Missio. 843.

Schellenbergerus Templi Landsberg
Benefactor. 368.

Schellenbergius Joannes Constantien-
sium Patronus moritur. 947.

Schenk à Castell Christophorus Bene-
factor Templi Bruntrutani. 438.

Schenk à Stauffenberg Maximilianus
Urbis Constant. Capitaneus. 238.

Schleisheimense Sacellum S. Ignatij.
1043.

Schoberus Doctor Universitat. Ingol-
stad. 951.

- Scholæ Germanicæ visitantur. 320.
 Scholæ triviales cœptæ visitari Monachij. 1052.
- P. Schönauer Ottmarus opè Deiparæ sanatur. 327. moritur. 786.
- Schongavienis Missio. 73. 721.
- P. Schönsleiderus Wolfgangus vota edit. 897.
- Schramus David heterodoxus in Colloq. Ratisbonæ. 10.
- P. Schrenk Bartholomæus moritur Monachij. 415.
- P. Schretelius Georgius primus ad concionem dicit Donavverdz. 825.
- Schryvazense & Rattenbergense Monasterium tribuit PP. Oenipontanis liberos ad usum. 125.
- P. Scribonius Henricus suscipit Professionem solennem P. Hoffzi. 935.
- Scriptura sacra; Verbum Dei. 3. & 12. qualis Judex in Controversijs. 50. fol. 22.
- S. Sebastiani beneficia Eberspergæ. 38. 222. 325. 414. 701. 855. 885. 888. 889. 977.
- S. Sebastiani beneficium Arembergio Principi exhibutum Londini. 414.
- S. Sebastiani cultus augmentum sumit Eberspergæ. 87. 487. 641. eò supplices excutunt Principes Bavari, & Sodalitas Monacensis. 87. 222. Principes Austriaci & Bavari Sanctum venerantur Eberspergæ. 700.
- S. Sebastiani Fraternitas Brunovii in stauratur. 704. Item Malsij in Vinsgovia. 1030.
- à Sebastiano olim Lusitaniz Rege dominum promissum mittitur Halam. 227. Sedunensis Episcopus. 860.
- Sedunum. Vide Vallesia.
- Seminarium Græcij exstruunt Lusitan. 921.
- P. Serratus Henricus heroicæ patientie exemplum. 247.
- Sfrondratus Franc. Colloquij Ingolstad. servens Sodalis. 912.
- P. Sidleri Martini fructus ex Missione per silvam Bavanicam. 171.
- Sigenburgi Missio. 317.
- Silva Bavarica à nostris Missionariis exceditur. 56. Missio fructuosa. 171. item 393. 723. 1042.
- P. Silius Andreas fulmine tactus. 887.
- Simplietas Virginis Oeniponti ab errore servata. 476.
- Societas JESU vapulat post Colloquium Ratisbonense. 36. Ejus Virtus, & doctrina insigni præconio asseritur. 541. ejus nomen lepido dicto illustratur. 878. Societas JESU Candidati fervor. 184. Societas JESU Tirones adlecti quindecim, unius ex illis singularis constantia. 143. Societas JESU Tiroibus concessa facultas pro cuiusque gradu ab Episcopo Augustano. 209. Societas JESU Tironibus mendicantibus exhibita caritas. 680. Societas JESU Tiro Sacerdos mendicans præconis heterodoxi conjugem Catholicæ Ecclesiz adjungit. 67.
- Societas ab ingressu prohibiti adolescentis immatura mors. 678.
- Societas desertores infelices. 938. vide etiam dimissi.
- Sodalis Augustani mira visio. 1028.
- Sodalis Constantiensis felix obitus. 1027. alterius memorabilis mors. 757. item Sodalis Ingolstadiensis pia mors. 965. Ingolstadiensis studium in castitate euenda. 168. Lucernenis severa sui corporis afflictio. 159. Oenipontani in amico servando memorabilis pietas. 402. Sodalis Dilingani funestus exitus. 1029.
- Sodalis Dilinganus liberat animam & purgatorio. 909.
- Sodalis intemperantiam ulceriscentis ergo- gium facinus. 136.
- Sodalis suo periculo ad Sodalitatem Ha- ix petrahitur. 650.
- Sodales Augustani primi celebrant festum S. Ignatij. 911. idem supplicationibus publicis frequentiam & visitationem conciliant. 161. ad publica poenitentiaz opera exemplo viros primarios erakunt. 137. Supplicationem ad Montem sanctum reddunt illustriorem. 173.
- Sodales Dilingani egregijs exemplis pietatem promovent. 138. idem ad novos poenitentiaz modos ingeniosi. 164.

Sodales dyscoli turbas excitant Ingolstadij. 1025.
 Sodales illustres in valerudinario serviunt tempore Bacchanalium. 646.
 Sodales Mariani licentiani Saturnalium piijs operibus corrigitur. 133. & seq.
 Sodales Mariani miram exaltus opem experiuntur. 713.
 Sodales Oettingani pauperes peregrinos alunt. 648.
 Sodalium Constantiensium in thermis Fabriensibus pietas. 966.
 Sodalium Caritatis & Religionis exempla Augustae. 400.
 Sodalium Dilingz egregia virtus. 465. ibidem. Forum nobilitas. 465.
 Sodalium Halensem erga defunctorum pietas. 300.
 Sodalium Ingolstadiensem exempla. 136.
 Sodalium Monacensem exempla pietatis. 300.
 Sodalium in alios, & Cœlitum ac hominem in Sodales beneficia. 652.
 Sodalium in publicis flagellationibus ardor. 161.
 Sodalium mors beata. 965. 1027.
 Sodalium opera bona. 713.
 Sodalium pietas & orandi studium in publicis necessitatibus. 401.
 Sodalium pietatis exempla egregia: misericordia in pauperes, & peregrinos; Examinis particularis studium; modestia, severitas in scipios. 159.
 Sodalium pietas, & pia Colloquia initium conversionis in adolescente. 56.
 Sodalium zelus in convertendis hereticis. 738.
 Sodalitas Augustana Litteratorum in duas divisa. 964. ejus servos. 1026. eidem collata beneficia. 161.
 Sodalitas Brunetni instituitur. 964.
 Sodalitas Constantiensis, uti & Friburgensis dividitur in duas. 649.
 Sodalitatem Terram Dilingz soli Religiosi constituant. 139. pia eorum supplicatio. 139.
 Sodalitas Halz Civica initium sumit. 651.
 Sodalitas Ingolstadij peculiaris Religorum. 168.

Sodalitas Ingolstadiensis hæres scribitur ab Henrico Canisio. 1024.
 Sodalitas Landspergenium difficulter erigitur à P. Jacobo Luzio. 302. eadem instituitur. 404. Tutores & Patroni. ibidem. Confirmatur à Papa & Episcopo. 720. Psalmum 50. in quadraginta cantari curat. 647. eadem supplicationem annuam in Campum Lyicum decernit. 404. erigit 15. Columnas in via ad Campum Lyicum. 460.
 Sodalitati Lucernensi nomen dante divorum Ordinum Religiosi. 168.
 Sodalitas Lucernensis dividitur in duas. 403.
 Sodalitatis Monacensis Civica initia. 1026.
 Sodalitas Monacensis supplex agmen adducit Ebersbergam ad S. Sebاست. 87.
 Sodalitatis leges observare voto promittit Vir quidam mobilis Monachij. 140.
 Sodalitas Monacensis parentat Guidobono. 300.
 Sodalitas Oettingz veteris instituitur. 909.
 Sodalitatis amplectendz votum edit Beggelius Joannes. 461. etiam Ptincipes adscripti. 469. 649.
 Sodalitatis beneficia. 166.
 Sodalitatum contemptus vindicatur. 910.
 Sodalitatis Libellus, sive Leges unius Sodalitis beneficio distribuuntur. 652.
 Sodalitatum Marianarum utilitas, & pia exempla. 131. 141.
 Sodalitatum Marianarum estimatio, & fructus. 177. 215. 909.
 Sodalitatis prævium Tirocinium Ratisbonæ pro infirmis scholis instituitur. 134.
 Sodalitas SS. Corporis Christi à nobis erigitur. 986.
 Sodalitas SS. Odalrici & Afræ gestatur Augustæ. 1030.
 Soetheranus Abbas Collegij Constant. Benefactor. 242.
 Spaurius Christophorus Andreas Episcopus Brixinenis nostrum ad se vocat Oeniponto. 71. Sodalitati Oenipontanæ adscriptus. 469. Anna de Eccecc 2 Spaur

- Spaur Benefactrix Oenipont. moritur. 944.
 Speculum Jesuitarum, libellus hereticus à Conrado Vöttero refutatus. 46.
 Speculum prædicantium, apologia aduersus Speculum Jesuitarum typus vulgatur à Mathia Mayrhofero. 121.
 Spectris & præstigijs liberatur domus aliqua Mindelheimij. 183. spectri dæmon terret. 170. 311. spectri perlendi causâ ad eos confudit heterodoxa familia. 200. spectris liberatur arx nobilis. 990.
 à Sperberseck Joannes Aulæ Palatinæ Praefectus. 40.
 Spinelli Philippi Nuntij Apostolici erga nos affectus. 269.
 Spinula Marchio cum Ducibus Bav. in Collegio Monacensi accumbens mensa. 695.
 à Sprinzenstein Guilielmus Baro ope B. V. Octtinganæ prodigiosè sanatus. 217.
 Stambensis Monasterij rebelles subditij componuntur. 761.
 S. Stanislaus Kostka. 614.
 Starkius Gotthardus Montis Andecensis Abbas. 876.
 P. Stark Wolfgangus Elvaci moritur. 510.
 Stremberga arx in Superiore Austria. 277.
 Straffenberg. vide Schenk.
 Staviacensem Parœciam ac Monasterium Lausanensis Episcopus committit P. Aegidio Comiti. 84.
 à Stein Dorothea Templi Landsberg. Benefactrix. 368.
 Stengelius Georgius ad nostrum venit Tirocinium. 118.
 Stevartius Petrus Benefact. Colleg. Ingolstadt. 941.
 Stipendij Dilingani Fundator Lindemairius. 747.
 Ster Hieronymus. 533.
 P. Straubius Adamus Rector Bruntruti. 438.
 Straussius Ambrosius ultimus Ratisbonæ ad D. Pauli Parochus, Ejus Elogium. 124.
 Straus Casparus moritur. 281. Fine pietas erga S. Ignatium. Ibidem.
 Stubacensis Missio. 297.
 P. Stüklin Barthol. Lucernæ Rector. 785. Catechesin habet. 881.
 Styria quoad Religionem nullus status. 918.
 Suevica Missio. 503.
 à Sulz Jo. Carolus Comes à morbo liberatur ope S. Bennonis. 484.
 Sanchoffij Missio. 574.
 Superstitiones tolluntur. 285. 853.
 1041.
 Supplicationes penitentium. 290.
 Supplicationes ad D. Bennonem & Montem sanctum. 459.
 Supplicationes publicæ Religionem Augustæ promovent. 601. Alibi astimatio nec conciliant. 161. Supplicationis in festo Theophoriæ augmentum Augustæ. 602.
 Supplicio ad mortem damnati affluitur. 321.
 Supplicium capitale Moseri Centurionis Bayari Dobaverda. 817.
 Syllogismus Hunni. 23. Hailbrunneri. 24. Tanneri. 25.
 P. Sylvius Andreas in Comitijs Provinc. 685.
 Synodus Augustana. 1010. Brixinenus. 295. Constantiensis. 1000.

T.

- Tabernaculum in Templo Monacensi. 493.
 Tannerus Adamus successor Gretseri in Colloquio Ratisbonensi. 9. & seq. ejusdem cum Aegidio Hunno Doctor Lutherano pugna de gestis in Colloquio Ratisbon. 307. ejusdem libri. 711.
 Taurus pro Vacca, sive Carcere Ecclesiastico. 38.
 Templum S. Crucis Augustæ opera ibidem nostrorum. 197.
 Templi Constantiensis descriptio. 765. & seq. Templi Dilingani jacuntur fundamenta. 1018. Templi fabrica Friburgi. 784. Templum Halense dedicatur. 1020.

Ter.

- Tetzelbachi Henricus in Colloquio Ratisbonensi. 10.
- Theophoriz festum celebratum Augusto 431. 601.
- Theophoriz supplicatio Monachij. 162, & seq.
- Thermz ad S. Petrum. 698. In quibus unus nostrorum simul valetudinem suam, & aliorum animas curat. ibidem.
- Theses Colloquij Ratisbonensis. 12.
- Thurneri Bartholomai dimissio e Societate. 679.
- Tkenski Jacobi, pridie mortis inter Sodales adlecti felix obitus. 166.
- Tirones Soc. IESU. Vide Societas IESU.
- Tissotus Joannes juventutem docet in Vallesia. 1039.
- Tölzenlis Missio. 581. 582. 698. 863, ibidem laboratur cum fructu. 500.
- P. Torrentis Hieronymus. 257. 619.
- P. Torrencinus Guilielmo Bayariz Duci Comes itineris Eberbergam. 691.
- Töringia Catharina Benefactriz Oct. ringz ver. 708.
- Töringia genit Fuggera susore nostro mortem evadit. 23.
- Traditiones in Colloquio Ratisbonensi ventilat. 15. fol. 9. iecit 28. 34.
- Truchsonij Comitis liberaltas in Comitiis Ratisbonensis. 268.
- Treitweinius Leonardi Notarius in Colloquio Ratisbonensi. 9.
- Truchsessij Henricus & Frobenius Benefactores Templi Constant. 1021.
- Tubingensis hominis litterari convercio. 55.
- Turca Juvenis, & tres pueri baptizati Monachij. 264.
- Turtianus Legatus Apollonius urgat negotium Collegij Constantiaz habiliendi. 117.
- Tyrius Paschafius mortuus Branderati. 658.
- Tyrolenses Missione excoluntur. 21.
- Tytchenbach Georgius mortuus, & in cemiterio regij Parthenonis Hale sepelitur. 981.
- Vase, die Stube / career Ecclesiasticus male appellatus nomine tauri, 38.
- de Valentia Gregorius fabula de eo post Colloquium Ratisbonense. 36. impetrat Indulgentias pro Templo S. Leonardi prope Biburgum. 326.
- P. Vallatus Germanus moritur. 773.
- Vallesia. 787. in Vallesiam introducendz Societatis capitulare consilium. 586. ejus descriptio 858. Missionis ibidem initia. 858. & seq. Vallesiana Milionis fructus. 991. Vallesiae res. 1039.
- Vallis venusta Mission. 1031.
- Varaltus Fabritius Nun. Apostolicus in Helvetia. 859. festivis excipitur. 774.
- Vaticinia Islebici prophetar. sive Lutetiae de suis excrementis. 50. fol. 22.
- P. Veldensis Barthol. Rector Collegij Bruntrutani. 438.
- Yenifica Dilingae Leipsam apud Magistratum ream agit, ac supplicium ultimum poenitens sustinet. 171.
- Vencic dampnus, & converz. 311.
- Vergierius Henricus Benefactor Templi Bruntrutani. 437.
- Vesontina Diocesis Mission excolitur. 795.
- Vesontinus Pro-Episcopus Societati ad dictus. 610.
- Vesontini Archi-Episcopi, & ejus Suffraganei favores. 776.
- P. Villerius Confessarius Archiducis Ferdinandi. 894. & seq.
- Vindicta Divina memorabile exemplum. 999.
- Vinear. Vide Weingarten.
- Vinsgoviensis, sive Vallis venusta Mission. 1031.
- Vir primarius socris suæ precibus adiuturna flagitosæ vita consuetudine liberatus tria à Deo petit, & obtinet. 971.
- Virginicas custodit. 160. ejus aestimatio & honor singularis. 815.
- S. Viti tolentinas Elvaci. 864.
- S. Vitii festum saltu profanantis pena. 737.
- P. Viverius Joannes Aquensis Maximus Archiducis Confessarius. 303.
- Unctionis extremæ usus restitutus. 77

844. ejus vis etiam corpori salutaris.
669.
- Unguentius Joannes Cathedralis Eccl. clei. Ratisbon. Canon. Benefactor. 945.
- Unio Protestantum. 1055. 1057.
- Vogachium locus Missionis. 182.
- P. Volckius Joannes Collegij Augustani procurator. 229. 563. & seq.
- P. Volkij Wendelini mors. 932.
- P. Vötteri Colloquium privatum cum Hailbrunneris post Colloquium Ratisbonente. 39. 40. Probat bonam fidem eorum, quæ de Luthero edidérat. 45. & seq. Refutat Speculum Jesuitarum. 46. Refutat mendacia de Colloquio Ratisbonensi. 53. fol. 25.
- Vötteri libellis non responderetur. 511. fol. 23.
- Vötteri libri. 2. 727. 836. vide etiam 41. 51. fol. 23. 595.
- S. Ursulae Sociarum duo Sacra Crania donantur Templo Augustano à Serenissimo Ferdinando Electoris Coloniensis Coadjutore. 231.
- Utenburani Sacros Theslauros custodiendos tradunt Monacensibus. 1016.
- W.**
- Waldburgici Barones. vide Sachsenfij.
- Waln Catharina. Vidua, beneficia in fabricam Colleg. Constant. 244.
- Wallersteinij Millio. 69. 980. 745.
- Wannerus Matthæus Academia Diliganza Gubernator. 556. s. i. v.
- Wartenbergius Franc. Guil. Comes Colloquij Ingolstad. servans Sodalis. 912.
- Waywoda Moldaviz Joannes Stephanus Sodalitatis Praefectus Oeniponti moritur. ejus laudes. 167. tapis Templo Parochiali infertur in novo autem Templo ad locum adhuc honoratiorem transfertur ab anno V.
- Wegelinus Georgius. Weingattenius Abbas in fundando Constantij Collegio Patronus. 241.
- Weingarten. 74. 75. eò mittitur P. Jo. Pfyfferus. 292.
- Weingartenius Abbas fayor. 182. idem Constant. Colleg. Benefactor. 242.
- Weingattenius Abbas Georgius erga Octingianos liberalis. 275. nostris titutur Missionarijs. 289. b. 11. 11.
- P. Weinschenk Caspari mors. 932.
- Welserus Anton. Friugentis Canonicus in Colloq. Ratisbonensi. 9.
- P. Welserus Ant. in Comitiis Provinciaibus Monachij. 685. item 804.
- P. Welserus Emeramus in Silva Boica Missionarius. 171. 393.
- P. Welspergius Bartholomæus Rector Oeniponti. 71. moritur. ejus vita. 248. & seq.
- Wembdingz Millio. 580. 745. 863.
- Wembdinganorum servorum & plæ exempla inter risus & sarcasmos hæreticorum. 188. Wembdingani nostros evocant ad assistendum in ultimo supplicio. 190.
- P. Wenceslaidrama. 742.
- Werda Sueorum. vide Donawerda.
- Wernensis Mops excolitur. 298. & seq.
- Wertingz Millio. 863.
- à Westernach Jo. Christophorus. 1022.
- à Westerstetten Jo. Christophorus Ela yvensis Praepositus. 175. 126.
- Wettenhusanus Praepositus rebus nostris adiutorius. 189. moritur. 112.
- Wettenhusij Millio. 745. 863.
- Wickperus Abdis in Colloq. Ratisbon. 10.
- à Windischgratz Pancratius Legatus. 947.
- Wiesensteigz Millio. 863.
- Wittislingz Millio. 380.
- Wolkensteinia Eleonora Colleg. Oenip. Benefactrix. 495. Wolkensteiniarum fondatrix erga Colleg. Oenipont. munificencia. 481.
- Wolkensteinius Bertholdus Rector Acad. Ingolstd. 193.
- Wolkensteinius Engelhardus Collegij Oenipont. Benefactor. 116.
- Dr. Wolfgangus Ratisbonen. Episcopus alia scena exhibitus. 194.
- Wolfgangus Gulielmus Philippus Ludovici Palat. Filius in Colloquio Ratisbonensi. II. Conversionis origo. 54. fol. 25. item 40. 51. fol. 23.
- Wolf

Wolfgangus Ratisbonensis Episc. Societati additus. 267. 292. 367. 735.
ejus pietas & erga nos affectus. 897.
941. ejus exempla publica. 367.
Oettinga nos evocat ad se. 275. No-
stros premitit ad lustrandam partem
Dioecesi Salisburgensi vicinam. 276.
P. Wolfurt Hugo 741. de in-
Wurer Balthasar Constant. Suffraga-
neus insignis noster Patronus mori-
tur. 620.

X.

S. Xaverius in Clientes beneficis. 324.
410. 773. Ejus, & S. Ignatij Imaginum
sultus incendium avertit. 106.

Z.

Zangenhusium à nostris Landspergen-
sibus excolitur, Templum à Funda-
mentis exstructum 182.

P. Zauponius Joannes. 741.
Zelotypia Viri nobilis correcta. 316.
Zelus animarum Collegii Constantien-
sis. 767.
Zelus delicatus prædicantium. 971.
Zelus insignis unius Parochi. 683.
Zelus parvuli novenpis in convertendo
patre suo. 968.
Zenigerus Otto Landsberg. Colleg. Be-
nefactor. 945.
Ziegelsee prope Ebersperg. 892.
Zollerana Familia Benefactrix. 232.
Zott Sigismundus à Berneck Benefactor
Bibliothecæ Halensis. 754.
Zumackerus Paulus. 872.
Zusmershusana Missio. 580.
Zwifaldensis Abbas Colleg. Constance
Benefact. 440.



BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.



xx

XII-95

56. 312





